P. OVIDII NASONIS OPERA, VETERVM EXEMPLARIVM auxilio ab infinitis mendis emendata.

HENRICI GLAREANI ANNOTATIONES IN METAMORPHOSIN, & ad verba, & ad res intelligendas magni vsus. Praterea Longolij, quæ lectorem plurimum in impeditis locis iuuare possunt.

Item, fragmenta quædam Ouidij ex libris, qui magna ex parte periêre, epigramaton, & non male natum carmen ad Pisonem.

Excudebat Ioannes Kyngstonus.

M. D. L X X.

John Mills
His book
1702
Anno 1703 Dōmi:

OVIDII NASONIS VITA, EX EIVS ipsius libris collecta.

OVIDII Nasonis vitam huic operi præponere placuit, quod & ad eruditionem facere, & studiosis gratissimum fore videbatur. Fuit igitur Ouidius Sulmonensis, quod ipse sic testatur in tristibus.

Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis,
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.

In Fastis, vbi etiã à Solemo Sulmonẽ denominatũ dicit.

Huius erat Solemus Phrygia comes vnus ab Ida.
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sulmonis gelidi, patriæ (Germanice) nostræ.
(Me miserum) Scythico, quàm procul illa solo est,

Item autem Sulmo in Pelignis, quod ipse sic in. 2. Elegiarum.

Hæc quoque composui, Pelignis natus aquosis,
Ille ego nequitiæ Naso poëta meæ.

Et in tertio.

Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo,
Peligna gentis gloria dicar ego.

Fuit ex equestri natus familia, ipso dicente in. 4. Tristium.

Quid id est, vsque à proauis vetus ordinis heres,
Non modo fortunæ munere factus eques.

Et fastorum Sexto.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen, eques.

Idem ait, & in Ponto.

Ingenus excutias, equites ab origine prima

Vsque per innumeros inueniemur auos.

Patrimonium, satis amplum, habuisse constat, quod a
dem in ponto sic ostenditur.

Non mens amissos animus desiderat agros,
Ruraq́ Peligno conspicienda solo.
Nec quos promiseris positos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.

Item domum non longè à Capitolio habuit. Ait enim
de Trist.

Hanc ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens
Quæ nostro frustra iuncta fuêre lari.

Fratrem prætereà habuit, natu maiorem duodecim me
bus, &, quod mirum est, eodem, quo ipse, natum die. Ve
enim quarto decimo Kalendas Aprileis Mineruæ Q
quatri; s natus est, quod sic ipse in quarto de tristibus.

Nec stirps prima fui, genitò sum fratre creatus,
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat,
*ambobus *Lucifer amborum natalibus adfuit idem:*
Vna celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armiferæ de festis quinque Minervæ,
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Natus est autem Hircio, & Pansa consulibus, qui bello
toniano apud Mutinam perempti sunt, vt ipse in tristi
Æditus hinc ego sum, nec non, vt tempora noris,
Cùm cecidit fato Consul vterque pari.

Cùm autem Romæ vnà cũ fratre sub clarissimis, & gr
maticis, & oratoribus plurimùm profecisset, legibus co
patre, qui humanitatis studia inutilia esse contendebat,
pit incumbere, & profecit legibus, & honoribus functu
Sed cùm forum displiceret, quod esset maius onus eius
bus, relicta curia, & lati claui seruitute, ad mãsuetiores
sas redijt, poetasq́; omneis illius temporis natu maiore
fidue coluit, atque à minoribus æquè cultus ipse est.

nia in quarto de tristibus ipse elegantissimè sic scribit.

oximus excolimur teneri, curaque parentis.
I mus ad insigneis vrbis ab arte viros.
ater ad eloquium viridi tendebat ab auo,
Fortia verbosi natus ad arma fori.
t mihi iam puero cœlestia sacra placebant,
I nque suum furtim Musa trahebat opus.
pe pater dixit, studium quid inutile tentas?
Maonides nullas ipse reliquit opes.
otus eram dictis, totoque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
onte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Quidquid conabar dicere, versus erat.
tereà, tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta, mihique toga est.
duiturque humeros cum lato purpura clauo,
Et studium nobis, quod fuit antè, manet.
mq; decem vitæ frater geminauerat annos,
Cum perit, & cœpi parte carere mei.
pimus, & tenera primos ætatis honores:
Deq; viris quondem pars tribus vna fui.
ria restabat, claui mensura coacta est.
Maius erat nostris viribus illud onus.
ec patiens corpus, nec mens erat apta labori,
Sollicitaq; fugax ambitionis eram,
petere Aonia suadebant tuta sorores
Otia, iudicio semper amata meo.
emporis illius colui, fouique poëtas,
Quotque aderant vates, rebar adesse deos.
pe suas volucreis legit mihi grandior auo,

Quaque nocet serpens, quæ iuuat herba Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes:
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.
Ponticus Heroo, Battus quoque clarus Iambis,
Dulcia conuictus membra fuêre mei.
Detinuit nostras numerosus Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Virgilium vidi tantùm, nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dêdere meæ.
Successor fuit hic tibi Galle, Propertius illi:
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Vtque ego maioreis, sic me coluêre minores.
Notaque non tardè facta Thaleia mea est.

In secundo de tristibus se & causidicum fuisse scribit, & priuatis causis arbitrum, his versibus.

Nec male est commissa est nobis fortuna reorum:
Vsque decem decies inspicienda viris.
Res quoque priuatas statui sine crimine iudex:
*Deque mea fassa est pars quoque *victa fide.*

*iusta.

Benignus etiam adeò fuit, vt nullus vnquam opus quod ipse composuerat, carpserit. Quod testatur ipse in quarto Tristibus, sic.

Nec, qui detractat præsentia liuor, iniquo
Vllum de nostris dente momordit opus.

Fuit & moribus ornatissimus. Nam, & vinum multa aq dilutum bibebat, & à detestando puerorum concubitu horrebat, eratq; purus omnis sceleris. Sic enim ipse pri de ponto.

*Paruus in exileis succus mihi *permanet artus*
Membraque sunt cera pallidiora noua.
Non hæc immodico contraxi damna Lyæo,

*peruenit.

Scis mihi quàm pura pene bibantur aque.
Non epulis oneror, quarum si tangar amore,
Est tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec vireis adimit Veneris damnosa voluptas,
Non solet in mœstos illa venire thoros.

Item in secundo de arte amandi ait.

Odi concubitus, qui non vtrimq; resoluunt:
Hoc est, cur pueri tangar amore minus.

In secundo autem de Ponto sic scribit.

Vita prior vitio caret, & sine labe peracta est:
Auxilij misero nil tulit illa mihi.

Habuit vxores treis. Quarum duas repudiauit. Cum tertia vsq; coniunctissimè, & amantissimè vixit. Item filiam, & duos liberos, sed ex filia, & auus factus est. Quare in quarto de Tristibus ait:

Parce mihi puero, nec digna, nec vtilis vxor
Est data, quæ tempus perbreue nupta fuit.
Illi successit, quamuis sine crimine, coniux:
Non tamen in nostro firma futura toro,
Vltima, quæ mecum seros permansit in annos:
Sustinuit coniux exulis esse viri.
Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta,
Sed non ex vno coniuge, fecit auum.

In primo autem libro sic.

Sæpe eadem mandata dedi, meq; ipse fefelli:
Respiciens oculis pignora chara meis.

Et in tertio sic.

Atque sit exiguum pœna, quòd coniuge chara,
Quòd careo patria: pignoribusque meis.

Quam autem Augustum Cæsarem imprudenter, & inscius (vt ipse ait) offendisset, ad Euxinos ab eo relegatus est, annos natus quinquaginta. Quare ait in. 4. de Tristibus.

Postqúe meos ortus, Pisæa vinctus oliua,
Abstulerat decies præmia victor eques:
Cùm maris Euxini positos ad læua Tomitas
Quærere me, læsi principis ira iubet.

Describit autem discessum suum ex vrbe, & vxoris, & cæ rorum suorum lacrymas, duramq́;, & periculosam nauig tionem suam primo de tristibus longa epistola, quę inci

*turpissima.

*Cùm subit illius*tristissima noctis imago, &c.*

Prætereà. 1. de Ponto in epistola ad Rufinum. Eo in loco exulare, vbi semper maxima forent frigora, summaq́; in pia bonorum omnium, his queritur versibus.

Orbis in extremis iaceo desertus arenis,
Fert vbi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulceis educat vuas,
Non salices ripa, robora monte virent.
Néue fretum laudes terra magis, æquora semper
Ventorum rabie, solibus orba tamen.
Quocunqúe aspicies, campi cultore carentes,
Vastaqúe, quæ nemo vendicet, arua iacent.
Hostis ad eum dextra, lauaqúe à parte timendus:
Vicinoque metu terret vtrumqúe latus.
Altera Bistonias pars est sensura sagittas:
Altera Sarmatica spicula missa manu.

Sui autem exilij duas fuisse ait caussas, quarum alterã v fatetur, alteram semper supprimit. Ait enim. 2. de Trist

Perdiderint cùm me duo crimina, carmen, & er
Alterius facti culpa silenda mihi est.

Persæpe igitur & libros de arte amandi composuisse d quòd propterea Augusto odio esse cœperit, & aliquid vi per errorem, vt ob id in Scythiam relegatus fuerit, off Cæsare. Ait enim in secundo de ponto:

Néue roges quæ sit, stultam quam scripsimus art

Inno

Innocuas nobis hæc vetat esse manus.
Et quid præterea peccârim, quærere noli:
Vt pateat sola culpa sub arte mea.

Et paulo inferius.

Naso parum prudens artem dum scribit amandi,
Doctrinæ pretium triste magister habet.

Et in tertio ad amorem.

Nec satis hoc fuerat, stultus quoq; carmina feci,
Artibus vt posses non rudis esse meis.
Pro quibus exilium misero mihi reddita merces,
Id quoq; in extremis, & sine pace locis.

In eodē sic amorem sibi respondentem inducit in somnis.

Vtq; hoc, sic vtinam defendere cætera posses.
Scis aliquid, quod te læserit, esse magis.

Et in quarto ad Carum.

Ille quidem dixit, sed me iam (Care) niuali
Sexta relegatum bruma sub axe tenet.
Carmina nil prosunt, nocuêrunt carmina quondam:
Primaq; tàm misera causa fuêre fuga.

Secundo item de tristibus ait.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita causa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:
Præda suis canibus non minus ille fuit.

Et in eodem.

Carminaq; ædideram, cùm te delicta notantem
Præterij toties irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta, parùm prudens, nunc nocuêre seni.
Sera redundauit veteris vindicta libelli,
Distat & à meriti tempore pœna sui.

Et in

Et in tertio.

Inscia quòd crimen vidêrunt lumina, plector:
Peccatumq́ oculos est habuisse meum.
Non equidem totam possum defendere culpam,
Sed partem nostri criminis error habet.

Vbiq; igitur exilij causam tum libros de arte, tum errorem fuisse commemorat. Quis verò ille error fuerit, nunquam aperuit, ne magis Augustus sibi iraſceretur. Verum quia (vt ipse ait) Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, quidnã id fuerit, plurimi scire conati sunt, & conatur semper aliquis. Quapropter suspicati sunt quidam, turpe aliquod Augusti secretum casu vidisse Ouidium, quod nõ placeret, quia toties obijciendo scelus, immitiorem reddidisset Cæsarem, quem lenire, & placare studebat. Alij verò, quòd Augusti filiã falso Corynnæ nomine amauerit, quæ vt Plinius, & Tranquillus scribunt, flagrauit adulteriorum infamia, & damnata est. Quã de re sic Sidonius Poëta.

Et te carmina per libidinosa
Notum naso tener, Tomosq́ missum,
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Falso nomine subditum Corynnæ.

Quod non videtur, quia si ita esset, grauiter, & scienter in Augusti maiestatem deliquisset Ouidius, non vt vbiq; ipse scribit per errorem, & inscienter. Præterea quam ficto nomine Corynnam appellauit, potitum se testatur in amoribus libro primo, dicens.

Singula quid referam? nil non laudabile vidi:
Et nudum pressi corpus aduq́ meum.
Cætera quis nescit? lassi requieuimus ambo,
Proueniant medij sic mihi sæpe dies.

Quare si ea vel filia, vel neptis, vel ancilla Cæsaris, vel quæcunq; alia fuerit sic illi chara, vt propterea Ouidiũ relegauerit

erit, nõ error, sed scelus fuisset, non inscius vidisset crimen ed sciens feçisset. Adde quòd in eum errorem incidit iam nex. Corynnam verò iuuenis amauit. Sic enim de seipso quarto de tristibus.

Carmina cùm populo primùm iuuenilia feci:
Barba resecta mihi bisue semélue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per vrbem,
Nomine non vero dicta Corynna mihi.

Nec puto hic eam quasi gaudẽs nominasset, si eius miseriæ, & exilij causa fuisset. Credẽdũ certè est aliquid ab Ouidio per errorẽ visum cognitumq́, vt propterea ab offenso Augusto sub artis amatoriæ culpa Tomos relegatus sit. Sed quidnam illud fuerit, cùm sciri ipse noluerit, nequidquam quærimus, præsertim cùm ne quæratur, sic ipse iubeat.

Et quid præterea peccârim quærere noli:
Vt pateat sola culpa sub arte mea.

Exulans autem in locis asperrimis, & perinhumanis, sæpe, vt saltem in mitiorem locum relegaretur, petijt. Quanquã vel veniam impetraturũ se ab imperatore asperabat. Quapropter eo mortuo in quarto de Ponto sic dolet.

Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ:
Spem nostram, terras deseruit q́ simul.
Quale tamen potui de cœlite (Brute) recenti,
Vestra procul positus carmen in ora dedi.
Quæ prosit pietas vtinam mihi, sitq́ malorum
Iam modus, & sacræ mitior ira domus.

Et in eodẽ numẽ Augusti rogat, vt sibi ignoscatur, & præsertim cùm de illo, nouo deo facto, libellum scripserit. Ait enim.

Tu certè scis hæc superis adscite, videsq́,
Cæsar, vt est oculis subdita terra tuis.
Tu nostras audis inter connexa locatus

Sydera

Sydera, ſollicito quas damus ore preces.
Peruenient illûc & carmina forſitan illa,
Quæ de te ſcripſi cœlite facta nouo:
Auguror his igitur flecti tua numina, nec tu
Immerito nomen mite parentis habes.

Scripſit ante exilium heroidũ epiſtolas plurimas, de amo
ribus ad Corynnam lib. 5. quos poſteà diligentius recogn
tos in treis redegit. Quod ſic ipſe in. 1. eorundem.

Qui modo Naſonis fueramus quinq; libelli,
Tres ſumus, hoc illi præſtulit auctor opus.

De arte amãdi lib. 3. De remedio amoris libros duos. Trã
mutationum libros quindecim, quos quia non emendau
rat, tum iratus, vt ipſe ait ſtudio, carminibusque ſuis, cũ
Tomos relegaretur, ſua manu combuſsit, cum alijs qu
buſdam placituris, ſed quia excripti fuerant ante plurim
exemplis. Propterea ſic ipſe primo de Triſtibus ait:

Grata tua eſt pietas, ſed carmina maior imago
Sunt mea, quæ mando, qualiacunq; legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas:
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Hoc ego diſcedens, ſicut bona multa meorum:
Ipſe mea poſui mœſtus in igne manu.
Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror.
Sic ego non meritos mecum peritura libellos,
Impoſui rapidis viſcera noſtra rogis.
Vel quod eram Muſas, vt crimina noſtra peroſa
Vel quod adhuc creſcens, & rude carmen erat.
Quæ quoniam non ſunt penitus ſublata, ſed extan
Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.
Nunc precor vt viuant, & non ignaua legentem

Otia delectent, admoneantq; mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab vllo,
Nesciat his summam si quis abesse manum.
Ablatum medijs opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis vltima lima meis.
Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi lector ero.
Hos quoq; sex versus in prima fronte libelli,
Si præponendos esse putabis, habe.
Orba parente suo quicunq; volumina cernis,
His saltem vestra detur in vrbe locus.
Quoq; magis faueas, non sunt hæc edita ab ipso,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quidquid in his igitur vitij rude carmen habebit,
Emendaturus (si licuisset) eram.

Item in tertio.

Sunt quoq; mutatæ ter quinq; volumina formæ,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem:
Certius à summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi peruênit in ora,
In populi quidquam si tamen ore mei est.

Scripsit & Medeam Tragœdiã, de qua maximè & à Quintiliano, & à Cornelio Tacito laudatus est. Ait enim Fabius? Ouidij Medea ostendit quantũ vir ille præstare potuerit, si ingenio suo tẽperare, quã indulgere maluisset. Sũmo etiam eum fuisse iudicio ostendit Seneca in secũdo declamationũ, inquiens: Rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret treis versus, petiuit inuicem vt treis exciperet, in quos illis nihil liceret. Cõscripserant illi, quos tolli vellẽt secreto, hic quos tutos esse vellet. In vtrisq; codicillis ijdem versus erãt.

Ex qui-

ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit: Semibouēq; virū, semiuirumq; bouem. Secundū Gelidum Boream, Gelidū nomen, ex quo appar. summi ingenij viro non iudicium defuisse ad cōpescend licentiam carminum suorū, sed animum. Aiebat item de cētiorem esse faciem, in qua aliquis næuus inesset. De Me dea Tragœdia ipse sic meminit tertio de Tristibus.

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnus,
Quaq; grauis debet verba Cothurnus habet.

Composuit & librum in malos poëtas, qui non extat. Ite in exilio epistolam consolatoriam ad Liuiam Augusti morte Drusi. De Tristibus etiam libros quinque. De Pon libros quatuor. In Ibin. Fastorum libros duodecim, ex qu bus sic ipse. 3.

Sex ego Fastorum scripsi, totidemq; libellos,
Cumq; suo finem mense libellus habet.

Scripsit & triumphum Cæsaris, de quo tertio de Ponto meminit.

Vtq; suo faueas mandat (Rufine) triumpho,
In vestras veniet si tamen ille manus.
Est opus exiguum, vestrisq; paratibus impar:
Quale tamen cunq; est, vt tueare, rogo.

Et lingua Getica libellum de laudibus Cæsaris, qu etiam recitauit, cuius meminit quarto de Ponto ad C rum sic scribens.

Ah pudet, & scripsi Getico sermone libellum,
Structaq; sunt nostris barbara verba modis.
Et placui, gratare mihi, cœpiq; Poëta
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quæris, laudes de Cæsare dixi.
Aduta est nouitas numine nostra dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse

Cor

Corpus, ad æthereas numen abisse domos.
Se parem virtute patri, qui frena rogatus
Sæpe recusati ceperit imperij.
Se pudicarum Vestam te, Liuia, matrum:
Ambignum nato dignior, anne viro?
Se duos iuuenes firma adiumenta parentis,
Cui dederint animi pignora certa sui.
Hæc vbi non patria perlegi scripta Camœna,
Venit & ad digitos vltima charta meos.
caput, & plenas omnes mouére pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.
que aliquis scribas hæc cùm de Cæsare, dixit:
Cæsaris imperio restituendus eris.

De piscibus opus non perfecit, de quibus postea Oppia-
s Ouidium imitatus Græcè scripsit ad Antonium Impe-
rem. Extant præterea multa opuscula sub huius poëtæ
mine, vt de nuce, & medicamine faciei, ac auritum, de
lice, de somno, de cuculo, de aurora, de Philomela, de
nace, de vetula, de quatuor humorib. de ludo latruncu-
um, quæ omnia præterquam de nuce, & de medica-
ne faciei, quæ fortasse puer composuit, ridicula sunt, nec
na vt diuino Nasonis ingenio non iuuenis modò, viri-
sed ne pueri quidem attribuantur. Desperans tandem
rbem reditum impetrare à Cæsare, sic ad vxorem tertio
o de Tristib. scripsit.

Ossa tamen facito parua referantur vt vrna.
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Hoc vetat hoc quisquã, fratrem Thebana peremptũ
Supposuit tumulo, fratre vetante, soror.
Atq; ea cum foliis, & amomi puluere misce:
Atq; suburbano condita crede solo.

Quos q;

Quosq́ legat versus, oculo properante, viator,
Grandibus, in tumuli marmore, cade notis.
Hic, ego, qui iaceo, tenerorum lusor amorum,
Ingenio perij Naso poëta meo
At tibi qui transis non sit leue, quisquis amâsti
Dicere: Nasonis molliter ossa cubent.

Missus autem fuit in exilium anno Imperij Augusti secundo, & quinquagesimo, vel circiter. Quinto autem Tiberij Tomis apud Getas diem obijt, ex quo colligitur exulasse annos octo, & menses aliquot. Sepultum etiam iuxta oppidum Tomos tradit Eusebius.

FINIS.

INDEX FABVLARVM, ET

aliorum quorundam apud Ouidium, secundum ordinem Alphabeti.

A.

ACheloi,& Herculis congreſſus 104
Achelous in alias formas 105
Achelous ab Hercule ſuperatus 105
Achillis interitus 159
Achillis arma Vlyſsi data. 158. Acis in flumen. 166
Aconiton è ſpuma Cerberi. 82
Actæon Cadmi nepos in ceruum 32
Adonis ex Myrra in arborem æditus 125
Adonidis cruor in florem purpureum 128
AEgeus Medeam excipit. 82. AEgina olim Oenopia 83
AEgeria in fontem. 181. AEneæ naues in nymphas 177
AEenæ nauigatio in Latium 152
AEneas deus indiges factus 272
AErea ætas .3. Aeſacus in mergum 141
Aeſon ex ſene in iuuenem .80. Aeſculapius in draconem .182. Aeſculapius Romam aduectus 183
Aetna Siciliæ mons cur ardeat. 187. Aethiopiæ lacum epotum,aut inſaniam,aut ſoporem facere 187
Aglauros Cecropis filia in lapidem,& ſaxum 28
Aiacis,& Vlyſsis contentio ſuper occiſi Achillis armis 152
Ahenea ætas 3
Aeſculapius in bubonem 62
Aiacis cruor in florem Hyacinthum 158
Albani reges. 173. Alcidamantis filia in columbam. 82
Alcione,& Ceyx in aues 139
Alcitboë cum ſororib. Meneidibus in veſpertiliones, 47
Althææ à Meleagro cæſi 92 Amaſenum Siciliæ amnem modò areſcere modò fluere. 186
Amphionis exitus 68
Anaxarate puella in lapidem. 175
Andromede expoſita, 51

Angues plurimi ex guttis, quæ ex obtruncato Meduſæ pite cecidëre, in Lybia nati.
Angues ex hominum medulla.
Anigrus amnis dulcis in amarum.
Anij filiæ, quæ omnia à ſe tacta in frumentum, oleum, num, conuertebant, in columbas.
Animas tranſire in varia corpora.
Annus in. 4. tempora. 185. Antiſſa olim inſula.
Antigone in ciconiam .68. Aper Calydonius
Apes ex tauro. 187. Apes initio ſine membris naſci.
Apollo in paſtorem. 25. Apollo iterum in paſtorem.
Apollo in accipitrem. Apollo in leonem.
Apollo, & Neptunus, in homines. 132. Apollo Medicinę uentor. 110. Appulus paſtor in oleaſtrum.
Aquæ frigidiſsimæ in feruentes.
Arachnes cum Pallade certamen.
Arachne puella in araneam
Arcas cum matre in ſydera
Ardea oppidum in nauem ſui nominis
Arethuſa nympha in fontem. 62. Argentea ætas.
Argi oculi in caudam pauonis
Ariadnæ corona in ſydus cœleſte. 23, &
Aries, ſenio confectus, in agnum.
Aſcalaphus in Bubonem. 62. Atalantæ forma.
Athamantis aquis accendi lignum.
Athlas in montem. 51. Atys in pinum.
Aues omnes ex oui vitello naſci.
Auſtri peſtilentiales. 82. Auguſti laudes.
Aurea ætas.
Bacchus ex Semele Cadmi filia. Bacchi educatio.
Bacchi nutrices à Medea in iuuentutem reuocatæ
Bacchi nomina. 41. Bacchus in puerum
Bacchus in caprum. 58. Bacchus in vuam
Bacchæ Thraciæ in arbores
Bœotia à boue dicta. 29 Battus in ſaxum

Baucidis casa in templum. Baucis ipsa in arborem 101
Biblis Mileti filia in fontem 114
Bura, & Helice vrbes submersæ 186
Cadmus Thebarum conditor .31. Cadmus, & Hermonia vxor, in dracones. 49. Cænis puella in virum Cæneũ 144
Caeneus vir arborum congerie oppressus in auem 150
Cato in vrsam. 188. Cæsar Iulius in stellam 196
Caicum amnem iter mutasse 186
Calais, & zetes, pennati 75
Calauræ insulæ rex cum coniuge in auem versus 82
Calisto, Lycaonis filia, in vrsam 22
Challirhoës filij infantes in iuuenes 110
Calculi nigri in candidos 182
Canens Pici vxor, erepti coniugis dolore absumpta, loco nomina dedit. 175. Cannæ vocales. 131
Caunus Biblidis frater, Cauni vrbis conditor. 114
Celmus puer in adamantem. 45. Centaurorum, & Lapitharum prælium. 145. Cephali telum inexitabile 87
Cephalus ab Aurora raptus 89
Cephalus mutata facie Procrin vxorem solicitat 87
Cephenum tumulus 55
Cepheni Perseum oppugnantes in Saxa 56
Cerambus in auem. 81. Ceraste in tauros 120
Chiron pædagogus 25
Callimachus in hymno Cereris 101
Cerbero viso mutatum quendam in saxum 82
Cecropes in simias. 169. Chaos in elementa 1
Chameleon in varios colores 188
Ciconũ flumen quoddã, quæ tetigerit, in saxũ vertere 187
Cippo in fronte enata cornua. 191. Clytie nympha in heliotropium herbam. 45. Clytorio de fonte potantes abstemios fieri 187. Coæ matronæ cornutæ 81
Combe in auem. 82. Copiæ cornu 105
Coraliũ sub aqua molle esse, extra aquã lapidescere. 189
Coralium in virgis. 52. Coronis in cornicem 23

Coruus ex candido niger .245. Coryti pater
Coronas iuuenes inuersi ex fauillis filiarum Orionis
Crocus,& Similax in flores.
Crabrones ex equo putrefacto nasci
Crathin,& Sybarin amnes capillos auro similes facere.
Cyane nympha in aquas
Cycnus,Stenelei filius,& Lygurũ rex in auẽ sui nominis.
Cygnus Neptuni,filius,in auem sui nominis
Cyparissus in Cupressum
Dædalus ẽ Creta aufugiens volat.
Dædalus ad Cocalum .93. Dedalion in accipitrem
Deianira,vxor Hercul,isà Nesso Centauro rapta
Daphne in laurum .10. Daphnis Idæus in lapidem
Draco in saxum .81. Draco seruans aurea vellera
Deucalionis lapides in viros
Dercetis Babylonia in piscem
Dirces filia in columbam 41 Diana in felem
Diluuij descriptio .5. Diomedis socij in aues
Draconis dentes, sati à Cadmo, in viros armatos
Draconis dentes,sati à Iasone,in viros armatos
Dryope in arborem Loton
Draco peruigil ab Iasone sopitus
Europa Agenoris filia à Ioue vitiatur
Echo nympha in vocẽ.34.Eleméta inuicẽ trãsmutari
Electrum ex lacrymis Phaetontiadum
Erasinús amnis nunc subterraneus fluit,nunc emergit.
Erisicthonis impietas.102.Erisichtonis fames
Erisicthonis filia in varias formas
Eumeli filia in volucrem
Famæ domus descriptio,& patria.142.Ferrea ætas.
Formicæ in homines.86.Fungi in homines
Galanthis ancilla in mustelam
Gigantum sanguis in homines.3.Gigantomachia.
Glaucus in deum marinum
Guttæ aquæ feruentis in flores

omines in aues .188. Halcyone in auem 140
ammonis fons, die frigidus, noctu calescit 187
ecuba in canem. 159. Hemus, & Rhodope in montes. 65
erculis labores. 107. Hercules in deum 108
ermaphroditus, & Salmacis in vnum corpus 46
erfilia, Romuli vxor, in Oram deam 181
esione Laomedontis filia ab hercule liberata. 150
ippolytus in virbium .191. Hippocrene fons ex vngula
Pegasi .57. Hippodames, & Pirithoi nuptiæ 145
ippomanes, & Athalanta in leones. 128. Homi. origo 2
ominis .4 ærates. 185. Hiacynthus puer in florem 119
iacynthia testa. 120. Hypanis amnis ex dulci amarus. 186
yries filius in olorem. Hyrie dolore amissi filij in lacū. 82
ason in Colchos expeditio. 76
ason aureo vellere potitur 78
carus in mare præceps delapsus Icariæ insulæ nomen dedit. 93. Inferorum descriptio. 47
no, & Melicerta in deos maris. 49
nuidiæ domus, & ipsius inuidiæ descriptio. 27
ouis amor, & raptus Ganimedis 119
is, nuntia Iunonis. 5. Io Inachi filia in iuuencam. 11
o eadem in deam Isidem 13 Iolaüs ex sene in adolescentem .110. Iphis puella in puerum 116
phigenia Agamemnonis filia in ceruam 142
rys à matre occiditur .74. Iuno in anum 33
uppiter in Dianam .21. Iuppiter in taurum 28
uppiter in aurum, aquilam, cygnum 66
uppiter in arietem .58. Iuppiter in Satyrum 66
uppiter in Amphitryonem. Iuppiter in ignem. 66
uppiter in pastorem. Iuppiter in serpentem 66
uppiter, & Mercurius in homines
uuencus in ceruum .81. Iudex in saxum 194
abyrinthus. 92. Lacteus circulus 4
apitharum cum Centauris pugna 145
eucothoë Orcami regis filia, in virgam Thuream 44

Leucas continens olim, nunc insula
Lupus in saxum .135. Lycaon in lupum
Lychas in scopulum
Lernæ centum capita.
Lucij coloni in ranas
Lycus amnis, hiatu absorptus, rursum renascitur
Lyncus rex Scytharum in Lyncem
Lyncis vrina in lapidem Lyncurinum
Lynceſtum amnem potum ebrietatem inducere
Mæra in canem
Mare in terram
Martis, & Veneris, adulterium
Marsyas in fluuium
Medea artis periculum in stipite facit
Medeæ amores
Medea ad AEgeum
Medusei capilli cur immisti serpentibus
Meleagri fatum. 94. Meliagri mors
Meleagri sorores in aues Meleagridas
Memnonis cineres in aues Memnonidas dictas
Mente nympham in Mentam herbam.
Menephron cum matre concubuit
Mercurius in pastorem .12. Mercurius in Ibin.
Midæ contactu omnia versa in aurum.
Midæ aures in asininas
Midæ famuli vox in arundinem
Miletus, Mileti vrbis conditor
Minois bellum contra Athenienses
Mons ex planicie apud Trœzena factus
Mora ex albis nigra
Musæ alis sumptis Pyrenei vim effugiunt
Mandatum Iouis. Mercurius legatus Iouis
Matronæ Thebanæ in saxa & volucres
Metra in piscatorẽ. 103. Morpheus in multas formas
Muri vocales .89. Myrrhæ amor.

Myr

Myrrha Cinyræ filia in arborem ſui nominis 124
Naiades nymphæ in inſulas Echinadas 99
Nais nympha in piſcem .41. Narciſsi amor 35
Narciſſus in florem ſui nomtnis 37
Neptunus in Iuuencum. Neptunus in Enipeum fluuiũ 66
Neptunus in arietem Neptunus in equum 66
Neptunus in Delphinum .66. Neſsi eruor 106
Niobes filiorum, & filiarum mors 68
Niobe in marmor 69
Niſus Scylle pater in Halyetem auem 92
Numa Pompilius ad pythagoram 182
Nyctimene in noctuam 24
Numa deorum cultum inſtituit 190
Nyvroë Chironis filia in aquam 25
Oliuæ ramus ficcus in viridem 80
Olenus, & Lethea in lapides 118
Orphei, & Eurydices, nuptiæ 117
Orphei ad inferos deſcenſus 117
Orpheus diſcerpitur à Bacchis 129
Orpheus obſcœni concubitus apud Thrachas author 118
Ortygia inſula olim mobilis 186
Ortygia à Borea rapta 75
Oſtoli arenæ aureæ 130
Pallas olei inuentrix 65
Pallenes incolas mutari in aues 188
Pallas in vetulam 64
Parnaſus biceps 6
Pegaſus equus alatus, & Chryſaor ex *Medusæ* ſanguine 53
Peliæ cædes 81
Pelopis humerus in eburneum 70
Pentheus à matre, & materteris dilaceratur. 40
Periphas & Phineus in aues 82
Perimele, Hyppodamantis filia, in inſulam 99
Periclimenus, Nelei filius, in varias figuras 150
Periclimenus, & fratres, ab Hercule interfecti 151

Perſei geſta.
Perſei,& Andromadæ nuptiæ
Peſtis maxima in AEgina,AEaco rege.
Phaëton, Solis,& Climenes filius, fulmine occiſus
Phaëtontis cum Phœbo contentio
Phaëtontis incendium
Phaëtontis ſorores in arbores
Pharos olim inſula
Pheneus Arcadiæ lacus noctu epotus nocet, interdiu in
xius eſt.
Phœnix ex ſeipſo naſcitur
Philomela in luſciniam
Phineus rex,Cephei frater,& ſocij eius in ſaxum
Picus in auem ſui nominis
Pici ſocij in varias feras
Pieri,& Enipes nouem filiæ in picas 58 &
Philemon in arborem.Philemonis caſa in templum
Pigmalionis odium in fœminas
Puella in columbam
Puer in Phocam
Pluuiales fungi in homines
Pigmalionis ſtatua in puellam
Plexippus,& Toxeus,Althææ frattes,à Meleagro occiſi
Polydectes in ſaxum
Polydori cædes.Polymneſtor ab Hecuba obcæcatus
Polyxenæ immolatio
Polyphemonis neptis in volucrem
Polyphemi amor,& cantilena
Progne in hirundinem
Procris mors
Prætus in ſaxum
Proteſilai cædes
Propœdites in ſaxa
Proſerpinæ raptus
Pygmæa in gruem

thon ſerpens occiſus 8
thia, ludi 8
rami, & Thyſbes amores 46
renei ſcelus 58
rrhæ lapides in mulieres 8
thagoræ ſermo 183
thagoras ſæpe renatus 184
uæ ex limo 188
ma condita 189
mæ laus .189. Romulus in deum 181
muli haſta in arborem 191
lmacis fons ſemiuiros facit 187, & 45
urnus in tartara miſſus 3
miramis in columbam 41
yx deorum timor 33
mele ex Ioue grauida 33
turnus in equum 64
ironis oſſa in ſcopulos, qui Scironides petræ 83
ithon modo vir, modo fœmina 45
ylla, Niſi filia, in Cirin auem, quæ & alauda, & galerita dicitur 91
ylla Phorci filia media ſui parte in canes latrantes 169
ylla eadem in ſcopulum 169
ythi das fœminas veneno ſparſas immutari in aues 188
corpius ex cancro 188
rpens deuoraturus faciem Orphei in lapidem 130
rpens alius in lapidem 142
ptem Triones quare non occidant 23
bylla in vocem .170 Siciliæ deſcriptio 164
renes facie virginea, cętera volucres 62
thonis in monedulam .83. Solis regia 14
olis equorum nomina 17
omni domus deſcriptio .138. Somni filij 138
agnum in Phrygia inundatione terræ factum 97
eles puer temerarius in ſtellionem 60

Symplegadas insulas olim moueri solitas, nunc stare.
Syrinx in arundinem. 13. Tages ex gleba ortus
Talus puer, serræ circiniq; inuentor in perdicem
Tauri ignem efflantes
Telchines visu omnia vitiantes ab *Ioue* submersi
Thebæ conditæ 31 Terræ filij
Triopeis in varias figuras
Triptolemus agriculturam docuit
Thesei gesta, 98 Thetys nympha in varias formas
Thraciæ mulieres in arbores
Terra in orbis speciem 1 Terram post diluuium p
creasse varias animalium formas
Tereus, rex Thracum, in vpupam
Tiniæ in papiliones
Tiresias, Heueri filius, in fœminam cõuersus, & mox i
in marem restitutus
Tiresias ab Iunone oculis captus, ab *Ioue* augur fa
est
Tyros olim insula
Tyrrheni nautæ in Delphinos 39 Terra animal
Venus in piscem
Venus ex spuma maris
Ventorum regiones
Vertumnus Pomonæ amore captus, in anum post v
formas versus, ea potitur
Via ad inferos
Vlyssis socij in porcos, atque ex porcis in formam pr
nam
Vrsæ catulum priùs viuam esse carnem, posteà lambe
reduci in vrsi formam
Vulpes Cephali canem fugiens, & canis ipse in saxa
Vulcanus Mulciber
Zanclen insulam olim Italiæ iunctam
Zonis quinque, & cælum distingui, & terram.

FINIS.

OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER I.

IN NOVA fert animus mutatas dicere formas — Præpositio generalis totius operis.
Corpora. Dy cœptis (nam vos mutastis & illas) — Inuocatio.
spirate meis, primaq; ab origine mundi,
ad mea perpetuum deducite tempora carmen. — Narratio à Chao.
ante mare, & terras, & quod tegit omnia, cælum,
unus erat toto naturæ vultus in orbe.

Pongolius. Descriptio χάους quod ex sententia Hesiodi, omnia extitisse narrat, illustratur a circumstantiarum explicatione. Dictum autem est χάος, ἀπὸ τοῦ χάσκεσθαι εἰς ἄπλωμα.

Quem dixêre Chaos, rudis, indigestaq; moles.
Nec quidquam, nisi pondus iners, congestaq; eôdem
non bene iunctarum discordia semina rerum.
Nondum Phœbus adhuc mundo præbebat lumina Titan,
nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe,
nec circumfuso pendebat in aëre tellus
ponderibus librata suis, nec brachia longo
margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quaq; erat & tellus, illic & pontus & aër.
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda,
lucis egens aër, nulli sua forma manebat,
obstabatq; aliis aliud, quia corpore in vno
frigida pugnabant calidis, humentia siccis.

Mollia.

Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus,
Hanc deus, & melior litem natura, diremit.
Nam cælo terras, & terris abscidit vndas,
Aëre. *Et liquidum spisso secreuit ab æthere cælum.*
Quæ postquam euoluit, cæcoq; exemit acerno,
Dissociata locis concordi pace ligauit.
Elementorũ ordo, ex Chao. *Ignea conuexi vis, & sine pondere cæli*
Emicuit, summaq; locum sibi legit in arce.
Proximus est aër illi leuitate, locoq;.
Densior his tellus, elementaq; grandia traxit,
Et pressa est grauitate sui. Circumfluus humor
Epilogus diuisionis. *Vltima possedit, solidumq; coërcuit orbem.*
Miro consilio pœta prouidentiam deorum probat à conjũctis terrę Ornatus mundi. *Sic vbi dispositam, quisquis fuit ille deorum,*
Congeriem secuit, sectamq; in membra redegit,
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni speciem glomerauit in orbis,
Tum freta diffudit, rapidisq; tumescere ventis
Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.
Addidit, & fontes, & stagna immensa, lacusq;
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.
Distributio. *Quæ diuersa locis partim sorbentur ab ipsa,*
In mare proueniunt partim, campoq; recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Circuli quinque Zonæ. *Iussit & extendi campos, subsidere valles,*
Fronde tegi syluas, lapidosos surgere montes.
Consule Macrobij somniũ. *Vtq; duæ dextra cælum, totidemq; sinistra*
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis:
Natura plagarum. *Sic onus inclusum numero distinxit eodem*
Cura dei, totidemque plagæ tellure premuntur
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu

ix tegit alta duas, totidem inter vtramq; locauit,
mperiemque dedit mista cum frigore flamma
minet his aër, qui quanto est pondere terra,
ndere aqua leuior, tanto est onerosior igne,
ic & nebulas, illic consistere nubes
sit, & humanas motura tonitrua mentes,
cum fulminibus facientes frigora ventos.
s quoque non passim mundi fabricator habendum
ra permisit, vix nunc obsistitur illis,
n sua quisq; regat diuerso flamina tractu,
n lanient mundum, tanta est discordia fratrum.
rus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,
sidaque, & radijs iuga subdita matutinis,
sper, & occiduo qua littora sole tepescunt,
xima sunt Zephyro, Scythiam, septémq; triones
rifer inuasit Boreas, contraria tellus
ibus assiduis, pluuioque madescit ab Austro.
super imposuit liquidũ, & grauitate carentem
bera, nec quidquam terrena facis habentem.
ita limitibus discreuerat omnia certis,
, quæ pressa diu massa latuere sub ipsa,
a cœperunt toto fulgescere cælo.
regio foret vlla suis animalibus orba,
a tenent cælestè solum, formaque deorum,
unt nitidis habitanda piscibus vnda,
a feras cepit, volucres agitabilis aër,
ius his animal, mentisq; capacius altæ
at adhuc, & quod dominari in catera posset.
us homo est, siue hunc diuino semine fecit
ifex rerum, mundi melioris origo,

Epitheta.
ab effectu,
Peristasis.
Vis ventorum.
Acclamatio.
Eurus.
Periphrasis.
Orientis.
Zephyrus.
Tmesis.
Boreas.
Auster.
A natura ætheris.
Massa.
Sydera.
Animaliũ creatio.
Hominis creatio.
Propositio; à collatione estq; locus attentionis.

Siue

Diuiſio.

Siue recens tellus, ſeductaq; nuper ab alto
Æthere cognati retinebat ſemina cæli,
Quàm ſatus Iapeto, miſtam fluuialibus vndis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum
Pronáque cùm ſpectant animalia cetera terram

Amplificat collatione, vide Cicer. in ſecundo de legib. & Lactant. de opific.

Os homini ſublime dedit, cælúmque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.
Sic modo quæ fuerat rudis, & ſine imagine tellus
Induit ignotas hominum conuerſa figuras.

Epilogus declaratiõe hominis.

Longolius. Non diu conſtitit vis illa animi diuina leſtis, ſed mox ex perfectiſsimo ſtatu in peius declinapit, quam rem poëtæ per ſæculorũ mutationẽ indic

De his ætatibus lege Heſiodi lib. opera & dies, & Ara φαινομένοις, à quibus multa tranſtulit Ouidius.

AEtas aurea.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua, ſine lege fidem, rectúmque colebat.
Pœna, metúsque aberant, nec verba minantia

Longolius. Periphraſis legum, quæ à Seneca dicun nis mixta præcepta. Obid autem ſcribebantur in reis, quod perpetuò eas vigere volebant.

Synecdoche,

Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti.

Congeries

Nondum cæſa ſuis, peregrinum vt viſeret orb
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat vnd
Nullâque mortales, præter ſua littora, nôra
Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ,
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non enſis erat, ſine militis vſu
Mollia ſecura peragebant otia gentes.
Ipſa quoq; immunis, raſtróque intacta, nec v
Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus,
Contentiq; cibis, nullo cogente creatis,

buteos fœtus, montanáque fraga legebant,
náque, & in duris horrentia mora rubetis,
quæ deciderant, patula Iouis arbore glandes.
erat æternum, placidiq; tepentibus auris
lcebant Zephyri natos sine semine flores
x etiam fruges tellus inarata ferebat.
renouatus ager grauidis canebat aristis,
nina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
áque de viridi stillabant ilice mella.
olius Hesiodus hic quercu: Ακρημέν τεφέρι βαλά-
μέαςη τὲ μελίαςας. Et Phocylides.
νεὶ δ' ἱερόφοιτος ἀρεσοπόνος τέ μέλιαςα.
τέτθης κοίλις κατὰ χηραμὸν ἤ δονάκέαςιν.
ουρ ὠγγίης κατὰ κοιλάδος ἐνδοθι σίμβλων
quam: Saturno tenebrosa in Tartara misso,
Ioue mundus erat, subiitque argentea proles,
deterior fuluo preciosior ære:
iter antiqui contraxit tempora veris,
ue hiemes estusq́;, & inæqualeis autumnos,
eue ver, spatijs exegit quatuor annum
primùm siccis aër feruoribus vstus
uit, & ventis glacies astricta pependit.
primùm subiêre domos. Domus antra fuerunt,
nsi frutices, & iunctæ cortice virgæ.
a tum primùm longis Cerealia sulcis
a sunt, pressiq; iugo gemuêre iuuenci.
post illam successit ahenea proles,
ingenijs, & ad horrida promptior arma,
scelerata tamen. De duro est vltima ferro.
us irrupit, venæ pêioris in æuum,

Κάρπον δ' ἐφερε ζειδώρος ἄρουρα αὐτομα τη, πολ λόν τε κἱ ἄ φθονον

Hesiodus Plin. li. 11. cap. 1. Cõgeries commodorũ seculi aurei.

Saturni fabulam exprimit Lactantius.

Argentea ætas sub Ioue.

Collatio.

Spõdaicus.

A consequentibus

Aetas ahenea.

Aetas ferrea.

Omne

Omne nefas, fugére pudor, verumq́, fidesq́,

Ita Theog. Ωχετο μὲν πίςις, μεγαλη θεος, ὤχετ
ἀνδρῶν, Σωφροσύνη, χάριτες τὴς ὦ φίλε
ἔλιπον.

A vitiorũ multitudine.

In quorum subiére locum fraudesq́, doliq́,
Insidiæq́, & vis, & amor sceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos
Nauita, quæq́ diu steterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis insultauere carinæ.
Communemq́ prius, ceu lumina solis, & auræ
Cautus humum longo signauit limite * *messor*
Nec tantùm segetes, alimentaq́ debita, diues
Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ,
Quasq́ recondiderat, Stygijsq́ admouerat vm
Effodiuntur OPES, irrritamenta malorum.
Iámque nocens ferrum, ferroq́ nocentius aur
Prodierat, prodit bellum, quòd pugnat vtroq́,
Sanguineáque manu crepitantia concutit arm
VIVITVR ex rapto, nõ hospes ab hospite t
Nec socer à genero, fratrum quoq́ gratia rar
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes,

* Mensor Auxesis ab hominũ auaritia. gnome

Vide Plin. lib. 33. in prologo.

Congeries scelerũ ex Hesiodo.

Longo. Poëta εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἐ
Aratus virginem, δίκην, id est, iustitiam fuisse dicit
hanc Theophrastus etiam virginem apud Gelliũ. Pr
& Hesiodus. παρθένος διός ἐκ γεγαῖα. Aratus
Astræã nominatã censet ab Astræo primo astrorũ p

Collatio.

Vltima cælestum, terras Astræa reliquit.

Néue foret terris securior arduus æther,
Affectasse ferunt regnum cæleste Gygantes.
Altaq; congestos struxisse ad sydera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossæ.
Obruta mole sua cùm corpora dira iacerent,
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt, calidumq; animasse cruorem.
Et ne nulla suæ stirpis monumenta manerent,
In faciem vertisse hominum, sed & illa propago
Contemtrix superûm, sæuæq; rudissima cædis,
Et violenta fuit, scires è sanguine natam.
Quæ pater vt summa vidit Saturnius arce.
Ingemit, & facto nondum vulgata recenti,
*Cæda Lycaoniæ referens conuiuia * mensæ,*
Ingentes animo, dignas Ioue concipit iras,
Conciliumq; vocat. Tenuit mora nulla vacatos.
Est via sublimis, cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Hâc iter est superis ad magni tecta Tonantis,
Regalemq; domum, dextra, lauaq; deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Vbs habitat diuersa locis, à fronte potentes
Incola, clariq;, suos posuére penates.
Hic locus est, quem, si verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia cæli.
Ergô vbi marmoreo superi sedêre recessu,
Sensior ipse loco, sceptroq; innixus eburno,
Terrificam capitis concussit terq;, quaterq;,
Cæsariem, cum qua terram, mare, sydera mouit,

Gygantis fabula

Terræ filij *Perislasis.*

Antonomasia.

Caussa. cœnæ.

Lycaonis fabula.

Lacteus circulus.

Topographia.

vide Marc. lib. 1. ca. 15 Et Higin. lib. 2.

Sceptrum iustitiam signat.

Homerus μέγαν ἐλιλιγξιν ὄλυμπον.

Talibus inde modis ora indignantia soluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius, illa
Tempestate fui, qua centum quisq́; parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia cælo.
Nam quanquã ferus hostis erat, tamen illud ad
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum.

Exordium à collatione à periculo.

Nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orb
Perdendum est mortale genus, per flumina iuro
Infera, sub terras Stygio labentia luco:

Collatio.

Cuncta priùs tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.

Propositio cum intentione.

Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina, Fauni,
Et nymphæ, Satyriq́;, & monticolæ Syluani,

A iuramẽto.

Quos quoniam cæli nondum dignamur honore:

Caussa.

Quas dedimus certè terras habitare sinamus.

Occupatio

An satis, ô Superi, tutos fore creditis illos,
Cùm mihi, qui fulmen, qui vos habeoqúe, regoq́;,
Struxerit insidias, notus feritate Lycaon?
Confremuêre omnes, studijsq́; ardentibus ausum
Talia deposcunt. Sic, cùm manus impia sæuit,

Simile quo blanditur.

Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen,

Aug.

Attonitum tanto subitæ terrore ruinæ
Humanum genus est, totusq́; perhorruit orbis.

Apostrophe.

Nec tibi grata minus pietas Auguste tuorum,

Ab habitu cõcionãtis.

Quàm fuit illa Ioui, qui post quàm voce manuq́
Murmura compressit, tenuêre silentia cuncti.
Substitit vt clamor, pressus grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit.
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) soluit
Quod tamen admissum, quæ sit vindicta docebo

Contigerat noſtras infamia temporis aures, Propoſitio
Quam cupiens falſam, ſummo delabor olympo: Narratio à cauſſa.
Et deus humana luſtro ſub imagine terras,
Longa mora eſt, quantum noxa ſit vbiq; repertum
Enumerare, minor fuit ipſa infamia vero.
Manala tranſieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cyllenes gelidi *pineta Lycai. *ſpineta.

Longolius. Hi montes Arcadiæ ſunt. Iuppiter autem in Arcadia plurimum verſatus eſt, vnde etiam illum quidam Arcada dixerunt, vt Callimachus in hymnis.

Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni Paralepſis.
Ingredior, traherent cùm ſera crepuſcula noctem. Hodeporia Iouis.
Signa dedi veniſſe deum, vulgusq; precari à tempore
Cœperat, irridet primo pia vota Lycaon,
Mox ait, experiar deus hic diſcrimine aperto,
An ſit mortalis, nec erit dubitabile verum. προσωποποιία.
Nocte grauem ſomno, nec opina perdere morte
Me parat, hæc illi placet experientia veri. Ab alio ſcelere amplificat. Diuiſio. Violati hoſpitii pœna. Lycaon in Lupum lege Pli. lib. 8. cap. 22.
Nec contentus eo eſt, miſſi de gente Moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit,
Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim ſubiecto torruit igni,
Quos ſimul impoſuit menſis, ego vindice flamma,
In dominum dignos euerti tecta penateis,
Territus ipſe fugit, nactusq; ſilentia ruris,
Exulat, fruſtraq; loqui conatus, ab ipſo
Colligit os rabiem, ſolitaq; cupidine cædis
Vertitur in pecudes, & nunc quoq; ſanguine gaudet.
In villos abeunt veſtes, in crura lacerti,
Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ.

A natura lupi.
Canicies eadem est, eadem violentia vultus,
Idem oculi lucent, eadem feritatis imago est.

Luporum oculi splẽdentes Pli. lib. 2ca. 37
Occidit una domus, sed non domus una perire

Conclusio Causla.
Digna fuit, quâ terra patet, fera regnat Erinnys,

*Furenti.
In facinus iurasse putes, dent ocyus omnes
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.

Fictio à consequentibus.
*Dicta Iouis pars voce probant, stimulosq; * fremit*
Adijciunt, alij partes assensibus implent.
Est tamen humani generis iactura dolori
Omnibus, & quæ sit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant; quis sit laturus in aras

A spe melioris confirmat deliberatio Iouis quo supplicio perdere debeat humanũ genus.
Thura, ferisne paret populandas tradere terras.
Talia quærentes (sibi enim fore cetera curæ)
Rex superûm trepidare vetat, soboleméq; priori
Dissimilem populo promittit origine mira.
Iamq; erat in totas sparsurus fulmina terras,
Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, totusq; ardesceret axis.
Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quot tellus, correptaq; regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Alia causla Consiliũ. Iouis.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.
Pœna placet dũersa, genus mortale sub vndis
Perdere, & ex omni nymbos dimittere cælo.

Diluuij descriptio.
Longol. Diluuij descriptionem habes apud Senecam Nat. quæstionum lib. 3. cap. 27.

Protinus Æolijs Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flumina nubes,

Noti descriptio qui nymbos
Emittitq; Notum, madidis Notus euolat alis,
Terribilem picea tectus caligine vultum,

Ba

Barba grauis nymbis, canis fluit vnda capillis.
Fronte sedent nebulæ, rorant pennæque, sinusque.
Vtq; manu latè pendentia nubila pressit,
Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nymbi.
Nuntia Iunonis, varios induta colores,
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Sternuntur segetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longiq; perit labor irritus anni.
Nec cælo contenta suo est Iouis ira, sed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Conuocat hic amnes, qui postquam tecta tyranni
Intrauêre sui, non est hortamine longo
Nunc (ait) vtendum, vires effundite vestras.
Sic opus est, aperite domos, ac mole remota
Fluminibus vestris totas immittite habenas.
Iusserat, hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et defrenato voluuntur in æquora cursu.
Ipse tridente suo terram percussit, at illa
Intremuit, motusq; vias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos.
Cumq; satis, arbusta simul, pecudesq;, virosq;,
Tectaq;, cumq; suis rapiunt penetralia sacris.
Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto
Indeiecta malo, culmen tamen altior huius
Vnda tegit, pressæq; latent sub gurgite turres.
Iamq; mare, & tellus, nullum discrimen habebant:
Omnia pontus erat, deerant quoq; litttora ponto.
Occupat hic collem, cymba sedet alter adunca,
Et ducit remos illîc, vbi nuper ararat.
Ille super segetes, aut mersa culmina villæ

comitari solet, eũq; mira periphrasis.
Iris nuntia Iunonis.
Iridis finitio.
Ab effectibus pluuię
Ab auxilio amplificat
Periphrasis
Propositio

A consequentibus inundationem.
διασυνοθρισμὸν.

Nauigat, hic summa piscem deprendit in vlmo.
Figitur in viridi (sic sors tulit) anchora prato,
*Aut subiecta * tegunt curua vineta carina,*
Et modo quà graciles gramen carpsêre capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ,
Mirantur sub aqua lucos, vrbesq; domosq;
Nereïdes, syluaq; tenent delphines, & altis
Incursant ramis, agitataq; robora pulsant.
Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones,
Vnda vehit Tigres, nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato prosunt velocia ceruo,
Quæsitisq; diu terris vbi sistere possit,
In mare lassatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
Pulsabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars vnda rapitur, quibus vnda peper-
cit,
Illos longa domant inopi ieiunia victu.
Separat Aonios actæis phocis ab aruis
Terra ferax, dum terra fuit, sed tempore in illo
Pars maris, & latus subitarum campus aquarum.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus:
Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes.
Hîc vbi deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum consorte thori parua rate vectus adhesit:
Corycidas nymphas, & numina montis adorat,

* terunt Imitatio Horatiana in. 18. ode lib. 1. Deformes fœtidæ vnde pmia. apud *Arist.*

Typographia. Vt veniat ad Deucalionem & Pyrrham. Descriptio Parnasi à situ & qualitate.

Longolius. Quæ tunc oracla) Nam Pindari scholia docent noctem primò prefuisse oraculis, deinde Themin. Ne Apollinem à Themide vaticinandi artem accepisse, sed Pane.

A persona Deucalio-

Fatidi

tidicamq3 Themin, quæ tunc oracla tenebat.
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla deorum.
Iuppiter vt liquidis stagnare paliudibus orbem,
Et superesse virum de tot modo millibus vnum,
Et superesse videt de tot modo millibus vnam,
Innocuos ambos, cultores numinis ambos,
Nubila desiecit, nymbisq3 Aquilone remotis,
Et cælo terras ostendit, & æthera terris,
Nec maris ira manet, positoq3 tricuspide telo,
Mulcet aquas rector pelagi, supraq3 profundum
Extantem, atq3 humeros innato murice tectum,

nis atque à iustitia & pietate.

παλιλογία.

Longolius. Triton tubicen, & armiger Neptuni vt Statius scribit libro primo Achil. Dicitur hic concha perforata canere. Eius copiosiorem descriptionem lege apud Poëtam libro decimo Æneid.

Metaphora à re militari.

Cæruleum Tritona vocat, conchaq3 sonanti
Inspirare iubet, fluctusq3, & flumina signo
Iam reuocare dato, cana buccina sumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo.
Buccina, quæ in medio concepit vbi æra ponto,
Littora voce replet sub vtroq3 iacentia Phœbo.
Tum quoq3 vt ore dei madida rorantia barba
Contigit, & cecinit iussos inflata recessus,
Omnibus audita est telluris, & æquoris vndis,
Et quibus est vndis audita, coërcuit omneis.
Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes,
Flumina subsidunt, collesq3 exire videntur,
Surgit humus, crescunt loca decrescentibus vndis.
Postq3 diem longam nudata cacumina sylvæ

Buccinæ descriptio

ὑποτύπωσις.

Ostendunt, limumq́ tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat, quem postquam vidit aperti
Et desolatas agere alta silentia terras
Deucalion, lacrymis ita Pyrrham affatur obortis
Cõquestus Deucaliõis Exordium est per exclamationem. *O soror, ô coniunx, ô fœmina sola superstes,*
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde thorus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt,
Terrarum, quascunq́ vident occasus, & ortus,
Nos duo turba sumus, possedit cætera pontus.
Pathos. *Hæc quoq́ adhuc vitæ non est fiducia nostræ*
à necessitate. *Certa satis, terrent etiam nunc nubila mentem,*
Fictio. *Quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,*
Pysma. *Nunc animus miserenda foret? quo sola timorem*
Ferre modo posses? quo consolante, dolores?
Pathos. *Namq́ ego, (crede mihi) si te quoq́ pontus haberet*
Te sequerer coniunx, & me quoque pontus haberet
O vtinam possem populos reparare paternis
Artibus, atque animos formata infundere terra.
Nunc genus in nobis restat mortale duobus.
Sic visum est superis, hominumq́ exempla manemus
Dixerat, & flebant, placuit cæleste precari
Consiliũ. *Numen, & auxilium per sacras quærere sortes.*
Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas vndas
Et nondum liquidas, sed iam vada nota sequentes.
Expiatio. *Inde vbi libatos irrorauêre liquores,*
Vestibus, & capiti, flectunt vestigia sacræ
Ad delubra Deæ, quorum fastigia turpi
Squallebant musco, stabantq́ sine ignibus aræ.
Vt templi tetigêre gradus, procumbit vterq́
Pronus humi, gelidoq́ pauens dedit oscula saxo:

que ita, si precibus (dixerunt) numina iustis
cta remolescunt, si flectitur ira deorum,
c Themi, qua generis damnum reparabile nostri
rte sit, & mersis fer opem mitissima rebus.
lota Dea est, sortemq; dedit, discedite templo,
*velate caput, cinctasq; * resoluite vestes,*
saq; post tergum magna iactate parentis.
stupuêre diu, rupitq; silentia voce
rra prior, iussisq; dea parere recusat.
tq; sibi veniam, pauido rogat ore, pauetq;
adere iactatis maternas ossibus vmbras.
nterea repetunt, caciq; obscura latebris
erba data sortis secum, inter seq; volutant,
nde Promethides placidis Epimethida dictis
ulcet, & aut fallax (ait) est solertia nobis,
ut pia sunt, nullumq; nefas oracula suadent.
agna parens terra est, lapides in corpore terræ,
ssa reor dici, iacere hos post terga iubemur.
iugis augurio quanquàm Titania mota est,
s tamen in dubio est, adeò cælestibus ambo
ffidunt monitis, sed quid tentare nocebit?
iscedunt, velantq; caput, tunicasq; recingunt,
t iussos lapides, sua post vestigia mittunt.
axa, quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?
uere duriciem cœpêre, suumq; rigorem,
lliriq; mora, mollitaq; ducere formam.
ox vbi creuêrunt, naturaq; mitior illis
ntigit, vt quædam, sic non manifesta videri
rma potest hominis, sed vti de marmore cœpta,
on exacta satis, rudibusq; simillima signis.

Ab adorantium consuetudine.
Precatio Obliqua & figurata Oraculũ.
*reuoluite
Muliebris superstitio
Epiphonema.
Reparatio. generis humani iactu lapidũ.
Saxa in homines.
Amplificatio.

Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
Et terrena fuit, versa est corporis vsum,
Quod solidum est, flectiq́ nequit, mutatur in ossa
A partib. lapidis. *Quæ modo vena fuit, sub eodem nomine mansit,*
Inqúe breui spatio, superorum numine, saxa.

Epilogus. Longolius. Lapides, quos Deucalion post tergum proi-
rat, viri facti sunt, quos Pyrrha, ex ijs fœminæ natæ, hi
quod Græci homines etiamnum λάϐς appellant, ἀπ
λάος, quod lapidem sonat, quam rem poëta quidam
culo illo testatur. Ἐκ δ' λίθων ἐγένοντο βροτοί λαοῖ
καλοῦνται. Prind interpres.

Missa viri manibus faciem traxêre virorum:
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Inde genus durum sumus, experiensq́ laborum,
Et documenta damus, qua simus origine nati.
Cetera diuersis tellus animalia formis
Putredinis descriptio. *Sponte sua peperit, postquàm vetus humor ab ig*
Percaluit Solis, cœnumqúe, vdæqúe paludes
Intumuêre æstu, fœcundaq́ semima rerum,
Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo
Creuêrunt, faciemqúe aliquam cepere morando.
Fœcunditas. *Sic vbi deseruit madidos septemfluus agros*
Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alueo.
Nili. *Æthereoq́ recens exarsit sydere limus,*
Plurima cultores versis animalia glebis
*nata, *Inueniunt, et in his quædam modo *cœpta per i*
Nascendi spatium, quædam imperfecta, suisqúe
Solis vigor in animãdo. *Trunca vident humeris, & eodem corpore sæpè*
Altera pars viuit, rudis est pars altera tellus,
Quippe vbi temperiem sumpsêre humorq́, cal

C

cipiuunt,& ab his oriuntur cuncta duobus,
umq; sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus oẽs
creat,& discors concordia fœtibus apta est.
ô vbi diluuio tellus lutulenta recenti,
bus æthereis, altoque recanduit æstu,
didit innumeras species,partimque figuras
didit antiquas,partim noua monstra creauit.
quidem nolliet,sed te quoq; maxime Python
n genuit,populisque nouis incognite serpens
ror eras,tantum,spatij de monte tenebas.
nc deus arcitenens,& nunquam talibus armis
te,nisi in damis,capreisq; fugacibus vsus,
lle grauem telis,exhausta penè pharetra,
didit effuso per vulnera nigra veneno.

Cauſſa generationis animaliũ. Accingit ſe ad aliam fabulam. *Apoſtrophe.* *Epiphonema.*

Néue oper.) Quod erat hiſtoria ab fabulam trahit. enim Apollo inſtituit Phytia certamina, ſed Eurylo- Theſſalus cum Amphyctionibus aggreſſus Cyrrheos, impios, & violentos, vt autor eſt pindari enarrator.

Amplificatio. *Hipallage.*

ue operis famam posset delere vetustas,
stituit sacros celebri certamine ludos,
ia perdomitæ serpentis nomine dictos.
iuuenum quicunq; manu,pedibúsue, rotáue
cerat *esculea capiebat frondis honorem.
ndum laurus erat,longoque decentia crine
mpora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Pythia. A ludorũ celebritate *Herculeę. *Procatalepſes.*

Daphnes fabulam recenſet Parthenius in amatorijs narrationibus. Aphthonius Sophiſta non Penei filiam, ſed Lamnis amnis appellat. Require illius progymnaſmata.

Daphnes fabula.

nus amor Phœbi Daphne Peneia,quem non
ignara dedit,sed saua Cupidinis ira.
us hunc nuper victo serpente superbu,

Aemulatio quæ eſt

Videmus

causa amo tis.
Increpatio Ab inutili Ab exemplo.
*talibus.
Ironica permissio familiaris iratis.

Collatio.

Iritare crabrones.
Tela cupidinis.
Plumbum tarditatis nota.
Emphases
Aliafabula
Amantes se comunt vt placeant
Synonymia
Plocea.
quæ facit ad affectũ patris.
*aspernata
Metonymia.

Viderat, adducto flectentem cornua neruo,
Quidque tibi lasciue puer cum fortibus armis?
Dixerat, ista decent humeros gestamina nostros,
Qui dare certa feræ, dare vulnera possumus hosti,
Qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
Stranimus innumeris tumidum Pythona sagittis,
Tu face, nescio quos, esto contentus amores
Iritare tua. Nec laudes asscre nostras.
Filius huic Veneris, figat tuus omnia Phœbe,
Te meus arcus (ait) quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra.
Dixit, & eliso percussis aëre pennis,
Impiger vmbrosa Parnassi constitit arce.
Deq; sagittifera promsit duo tela pharetra
Diuersorum operum, fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta:
Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum.
Hoc deus in nympha Peneide fixit, at illo (bum
Læsit Apollineas traiecta per ossa medullas.
Protinus alter amat, fugit altera nomen amantis,
Syluarum latebris, captiuarumq; ferarum
Exuuijs gaudens, innuptaq; æmula Phœbes.
Vitta coercebat positos sine lege capillos.
*Multi illam petiêre, illa *auersata petentes*
Impatiens, expersq; viri nemora auia lustrat:
Nec quid hymẽ, quid amor, quid sint cõnubia curat.
Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes.
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tædas exosa iugales,
Pulchra verecundo suffundens ora rubore,

Inq; patris blandis hærens cervice lacertis,
Da mihi perpetua genitor charissime (dixit) Petitio.
Virginitate frui, dedit hoc pater ante Diana,
Ille quidem obsequitur, sed te decor iste, quod optas Ab exemplo.
Esse vetat, votoq; tuo tua forma repugnat. Ab inutili.
Phœbus amat, visaq; cupit connubia Daphnes, Expositio.
Quodq; cupit, sperat, suaq; illum oracula fallunt.
Utq; leves stipulæ demtis adolentur aristis, Comparatio.
Ut facibus sepes ardent, qua forte viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit, Applicatio
Sic deus in flammas abiit, sic pectore toto
Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem.

Amplificatio à causis aucti amoris. Sumuntur autem à demoestratione.

Spectat inornatos collo pendere capillos,
Ecquid si comantur, ait? videt igne comantes
Syderibus similes oculos, videt oscula, quæ non
Est vidisse satis, laudat digitosq; manusq;,
Brachiaq;, & nudos media plus parte lacertos. Hyperbole Precatio.
Si qua latent, meliora putat, fugit ocyor aura quæ mixtam habet expostulationem à disparatis,
Illa levi, neque ob hæc revocantis verba resistit.
Nympha precor Penea mane, non insequor hostis,
Nympha mane, sic agna lupum, sic cerva leonem,
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ,
Hostes quisq; suos. Amor est mihi caussa sequendi,

Sollicitus amans, estq; adeò captatio benevolentiæ, quæ non semper principio servit.

Me miserum, ne prona cadas, indignave lædi
Crura notent sentes, & sim tibi caussa doloris,
Aspera, quà properas, loca sunt, moderantius, oro,

Curre

Curre, fugamq́ inhibe, moderantius insequar ip
Cui placeas inquire tamen, non incola montis,
Non ego sum pastor, non hic armenta, gregesq́
Cõmẽdat se ab officio per collationem.
Horridus obseruo, nescis temeraria, nescis,
Quem fugias, ideoq́ fugis: mihi Delphica tellus
A diuitiis.
Et claros, & Tenedos, Patareaq́ regia seruit,
A genere.
Iuppiter est genitor: per me quod eritq́, fuitq́,
A studiis.
Estq́, pater, per me concordant carmina neruis.
Amplificat collatione.
Certa quidem nostra, est nostra tamen vna sa
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.

Tribus artibus præesse Apollinem docet Aristophan
terpres, Manticæ, latricæ & Musicæ. Dicitur autem
nisse medicinam Apollo, quòd sol producit herbas, i
bus tota ferè medicina consummatur.

* opiferq; Apollo medicinæ inuentor.
*Inuentum medicina meum est *opifexq́ per or*
Exclamatio.
Dicor, & herbarum est subiecta potentia nobis.
Hei mihi, quod nullus amor est medicabilis he
Nec prosunt domino, quæ prosunt omnibus, art
Hypallage
Plura locuturum timido Peneia cursu
Ab habitu ceteriscq; circunstãtiis amplificat.
Fugit, cumq́ ipso verba imperfecta reliquit.
Tunc quoq; visa decens, nudabant corpora ven
Obuiaq́ aduersas vibrabant flamina vestes.
Ei leuis impulsos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma est, sed enim non sustinet vltr
facit ad probabile.
Perdere blanditias iuuenis deus, vtq́ monebat
Ipse Amor, admisso sequitur vestigia passu.
Comparatio à venatione.
Vt canis in vacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit, & hic prædam, pedibus petit ille salutem
Alter inhæsuro similis, iam iamq́ tenere
Sperat, extento stringit vestigia rostro,

Alt

lter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis
lorsibus eripitur, tangentia q3 ora relinquit.
c deus, & virgo est, hic spe celer, illa timore.
ui tamen insequitur, pennis adiutus amoris, Adaptatio
cyor est, requiemq3 negat, tergoq3 fugacis
minet, & crinem sparsum cernicibus afflat.
iribus absumptis expalluit illa, citæq3
icta labore fugæ, spectans Peneidas vndas, Obtestatio
r pater (inquit) opem, si flumina numen habetis.
ua nimium placui, tellus (ait) hisce, vel istam, Daphne in laurum.
Quæ facit, vt ledar, mutando perde figuram, Obtestatio
ix prece finita, torpor grauis occupat artus, distributio
ollia cinguntur tenui præcordia libro, quomodo
frondem crines, in ramos brachia crescunt, sit mutata
es modo tàm velox pigris radicibus heret, Laurus.
ra cacumen habent, remanet nitor vnus in illa. Amor.
anc quoq3 Phœbus amat, positaq3 in stipite dextra Phœbi.
ntit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus, Collatio.
omplexusq3 suis ramos, vt membra, lacertis,
scula dat ligno: refugit tamen oscula lignum. Io triũphe
i deus, at quoniam coniunx mea non potes esse, laurus Apollini sacra.
rbor eris certè (dixit) mea, semper habebunt
e coma, te cythara, te nostra, Laure, pharetræ.

ec deus tanquam vates & futurorum minimè ignarus.
d hæc consule Plinium lib. decimoquinto, capite vltimo.
Tu ducibus lætis aderis, cùm læta triumphum
ox canet, & longas visent Capitolia pompas. A simili.
ostibus Augustis eadem fidissima custos,
nte fores stabis, mediamq3 tuebere quercum.
tq3 meum intonsis caput est inuenile capillis,

Tu

Topographia à ſitu & qualitate.

Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honor
Finierat Paan, factis modo laurea ramis
Annuit, vtq; caput, viſa eſt agitaſſe cacumen.
Eſt nemus Æmoniæ prærupta quod vndiq; cla
Sylua, vocant Tempe, per quæ Penaus ab imo
Effuſus Pindo, ſpumoſis voluitur vndis,
Deiectuq; graui, tenueis agitantia fumos
Nubila conducit, ſummisq; aſpergine ſyluis
Inſluit, & ſonitu plus quàm vicina fatigat.
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis, in his reſidens, facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, nymphisq; colentibus vndas.
Conueniunt illùc popularia flumina, primùm
Neſcia gratentur, conſolenturne parentem,
Populifer Sperchius, & irrequietus Enipheus,
Apidanusq; ſenex, lenisq; Amphryſus, & Æas,
Mox amnes alij, qui, qua tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus vndas,
Inachus vnus abeſt, imoq; reconditus antro,
Fletibus auget aquas, natamq; miſerrimus Io
Luget, vt amiſſam, neſcit vitane fruatur,
An ſit apud manes, ſed quam non inuenit vſqu
Eſſe putat nuſquam, atq; animo peiora veretur.

Tempe.

Penei natura.

Hyperbole

Expoſitio.

ner ſynopymiam.

Occaſio fabulæ inſequentis.

Cauſſa.

Attumentium conſuetudine.

Hanc fabulam ſub Iſidis nomine Herodotus, & Diodo
recẽſent. Omnũ aũt optimè Lucianus in dialogis man

Appellatio Iouis inſinuatoria per ethopœiam.

Viderat à patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine, & ô virgo Ioue digna, tuoq; beatum
Neſcio quem factura thoro, pete (dixerat) vmbra
Aut horũ, aut horũ nemorum (mõſtrauerat amb
Dum calet, & medio ſol eſt altiſſimus orbe.

Quod si sola times latebras intrare ferarum,
præside tuta deo nemorum secreta subibis.
Nec de plebe deo, sed qui cælestia magna
sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
Nec fuge me (fugiebat enim) iam pascua Lernæ,
consitaque arboribus Lycea reliquerat arua,
cum deus inducta latas caligine terras
occuluit, tenuitq́ fugam, rapuitq́ pudorem.
Interea medios Iuno despexit in agros,
et noctis faciem nebulas fecisse volucres,
ab nitido mirata die, non fluminis illas
esse, nec humenti sensit tellure remitti,
atq́ suus coniunx vbi sit, circumspicit, vt quæ
deprensi toties bene nosset furta mariti.
Quæ postquàm cælo non repperit, aut ego fallor,
aut ego lædor, ait, delapsaq́ ab æthere summo,
constitit in terris, nebulasq́ recedere iussit.
coniugis aduentum præsenserat, inque nitentem
Nachidos vultus mutauerat ille iuuencam.
Sed quoq́ formosa est, speciem Saturnia vaccæ,
quanquam inuita, probat, nec non & cuius, et vnde,
quoue sit armento, veri quasi nescia, quærit.
Iuppiter è terra genitam mentitur, vt autor
finat inquiri, petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele suos addicere amores,
non dare, suspectum, pudor est, qui suadeat illud,
hinc dissuadet amor, victus pudor esset amore.
Mel leue, si munus socia generisq́, thoriq́,
vacca negaretur, poterat non vacca videri.
Pellice donata non protinus exuit omnem

Inuitat ab opportuno.
Occupatio
Amplificat à persona idq́ue collatione.
Iuppiter comprimit Io.
Nox pudore vacat.
Occasio suspicionis ab insolito
Causæ caliginis diurnę causa suspicionis.
Iunonis fingitur autem per petnò zelotypa.
Nebulasq́
Nam Iuno. Imperium aëris obtinere putatur.
Consiliũ ex tẽpore.

Dubitatio Lupũ, auribus tenere Io in iuuencam.

*addicere.

Ab iniusto Zelotypæ affectus aptiſ. expreſſus.

Diua metum, timuitq́ Iouem, & fuit anxia furti

Argus Ariſtoris filius. Callimachus in epigrã. τὸν Ἀρηϛορίδην οὗτος πολυόμματον ἄργον Ariſtotem Crotopo æditus erat. Hic argus Iunoni operã in paſda vacca falsã nauaſſe dicitur, quæ res à Lycophrone ἡϵ βούντας appellatur.

Donec Ariſtoridæ ſeruandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habeba
Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem,
Cætera ſeruabant, atq́ in ſtatione manebant.
Conſtiterat quocunq́ loco, ſpectabat ad Io,
Ante oculos Io, quamuis auerſus habebat.

ARGVS Proſopographia.

Luce ſimit paſci, cùm Sol tellure ſub alta eſt,
Claudit, & indigno circundat vincula collo,

Metaphora.

Frondibus arboreis, & amara paſcitur herba,

à re militari.

Proq́ ihoro, terræ non ſemper gramen habenti
Incubat infelix, limoſaque flumina potat.

Periphraſis.

Illa etiam ſupplex Argo cùm brachia vellet
Tendere, non habuit, quæ brachia tenderet Ar

Pathos. A comiſeratione.

A mugitu Ius dicta eſt Mycene, nempe ἀπὸ τοῦ μυκᾶσθαι, quod ſibi in bouem, conuerſa primum mugediderit Pauſanias in Achiuis.

Et conata queri, mugitus edidit ore,

A voto.

Pertimuitq́ ſonos, propriaq́ exterita voce eſt.

Pathos.

Venit & ad patrias, vbi ludere ſæpe ſolebat,
Inachidas ripas, nouaq́ vt conſpexit in vnda
Cornua, pertimuit, ſeſeq́ exterrita fugit,
Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe,
Quæ ſit, & illa, patrem ſequitur, ſequiturq́ ſor
Et patitur tangi, ſeq́ admirantibus offert.

D

cerptas ſenior porrexerat Inachus herbas,
manus lambit, patrijsq; dat oſcula palmis,
ec retinet lacrymas, & (ſi modo verba ſuperſint)
et opem, nomenq; ſuum, caſusq; loquatur,
tera pro verbis, quam pes in puluere * duxit: * facit.
rporis indicium mutati triſte peregit.
e miſerum, exclamat pater Inachus, inq; gemẽtis
nibus, & niueæ pendens ceruice iuuencæ,
e miſerum, ingeminat, tu ne es quæſita, per omnes
rę interrogationes conueniũt cũ dolore admirantibus. Querela patris.
ata mihi terras? tu non iuuenta, reperta es?
ctus erat leuior, retices? nec mutua * noſtris * nobis, à
ta refers? alto tantùm ſuſpiria ducis ſe fruſtrata
ore, quodq; vnum potes, ad mea verba remugis. A rei indignitate.
tibi ego ignarus thalmos, tædasq; parabam: Ex dolore
sq; fuit generis mihi prima, ſecunda nepotum. deſperatio,
grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus, & condicionis
c fimere licet tantos mihi morte dolores, detestatio.
nocet eſſe deum, præcluſaq; ianua lethi Pathos.
ternum noſtros luctus extendit in æuum.
lia dicenti ſtellatus ſubmouet Argus,
ptamq; patri, diuerſa in paſcua natam
ſtrahit, ipſe procul montis ſublime cacumen
upat, inde ſedens partes ſpeculatur in omnes.
c ſuperûm rector mala tanta Phoronidos vltrà Mandatũ Iouis.
re poteſt, natumq; vocat, quem lucida partu Periphraſis Mercurij
ias enixa eſt, lethoq; dei, imperat, Argum. Argiphontes.
rua mora eſt, alas pedibus, virgamq; potente Mercurius legatus Iouis.
niferam ſumpſiſſe manu, tegimenq; capillis.
c vbi diſpoſuit, patria Ioue natus ab arce Mercurius

Pastoris habitum induit, & legationem exequitur. Collatio. Mimesis, à loci amœnitate.

Desilit in terras, illîc tegimenq; remouit,
Et posuit pennas, tantummodo viga retenta est.
Hac agit, vt pastor per deuia rura capellas
Dum vehit adductas, & structis cantat auenis.
Voce noua captus custos Iunonius artis,
Quisquis es, hoc poteris mecum considere saxo,
Argus ait, neq; enim pecori fœcundior vllo
Herba loco est, aptamq; vides pastoribus vmbr
Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo.
Omnis strepitus somnum conciliat, præcipuè garru
Detinuit sermone diem, iunctusq; canendo
Vincere arundinibus seruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molleis euincere somnos.
Et quamuis sopor est oculorum parte receptus,
Parte tamen vigilat, quærit quoq; (namq; reperi
Fistula nuper erat) qua sit ratione reperta.
Tum deus, Arcadiæ gelidis in montibus, inquit.

Occasio fabulæ insequentis.

σύριγξ Græcis fistulam sonat, ex arundine factã.

Excurrit in aliam fabulã, & obiter illam recensct, annc
qua ratione fistula primùm inuenta sit, quodq; ex aru
præcipuè eam conficere Pan docuit, lege Plin. lib. 7. ca
Inter Hamadriadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, nympha Syringa vocabant,
Non semel & Satyros eluserat illa sequenteis,
Et quoscunq; deos, vmbrosaque sylua, feraxque
Rus habet, Ortygiam studijs, ipsamque colebat
Virginitate deam, ritu quoque cincta Diana
Falleret, & credi posset Latonia, si non
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
Ex pinu Panes, Satyrique, corollas factitabant, non alia
ne quàm quòd isti dei in comitatu matris deorum fre
tes essent, cui hæc arbor sacra est. Senecæ in Troade: Sc
fo

tum Pinus matrt sacra Cybelæ. Et quod Pansit socius.
ἀρεδρος ϙ matris, audi Pindarum in κεχτρισμένοις
πᾶν Α ρηαδίας μεδέων έως τȣ ματρὸς μεγά-
ς ὅπα. δὲ σέμνων χαρίτων μέληματερνὸν.
c quoque fallebat, redeuntem colle Lycæo.
Plinius corona Panos, quod ea arbor ad pastoralia vtilis
onius, ἔυ κάλαμον ποταμὸν καὶ ἐυςεφανον λα-
ῶνα. Dionys. 2.

n videt hanc, pinuq́ caput præcinctus acuta,
alia verba refert, tibi nubere nympha volentis
otis, cede dei. Restabat plura referre,
t precibus spretis fugisse per auia nympham,
onec arenosi placidum Ladonis ad amnem
enerat, hîc illam, cursum impedientibus vndis,
t se mutarent, liquidas orasse sorores:
naq́, quum prensam sibi iam Syringa putaret,
rpore pro nymphæ, calamos tenuisse palustreis,
umq́ ibi suspirat, motos in arundine ventos
fecisse sonum tenuem, similemq́ue querenti,
rte noua, vocisq́ue deum dulcedine captum,
oc mihi consilium tecum dixisse manebit,*
tq́ itadisparibus calamis, compagine cera
ter se iunctis, nomem tenuisse puellæ.
alia dicturus, vidit Cyllenius omneis
ccubuisse oculos, adopertáq́ lumina somno,
pprimit extemplo vocem, firmatq́ soporem
anguida, permulcens medicata lumina virga.
ec mora, falcato nutantem uulnerat ense,
ua collo est confine caput, saxoq́ue cruentum
ijcit, & maculat præruptam sanguine rupem.

Syringa in arũdinem. Fistulę inuentio.

*colloquiũ Conclusio. Pan instituit calamos cera coniungere plureis.

Hipotiposis Argus in

caudam pauonis.
Arge iaces, quodq; in tot lumina lumen habebas
Extinctum est, centumq; oculos nox occupat vn
Pathos.
Excipit hos, volucrisq; sua Saturnia pennis
Per auersionem luno nusquã immemor beneficij.
Cellocat, & gemmis caudam stellantibus implet
Protinus exarsit, nec tempora distulit ira,
Horriferamq; oculis, animoq; obiecit Erinnym,
Pellicis Argolicæ, stimulosq; in pectore cæcos.
Apostrophe.
Condidit, & profugam per totum terruit orbem
Vltimus immenso restabas Nile labori,
Quem simul ac tetegit, positisq; in margine ripæ
Procubuit genibus, resupinoque ardua collo,
Quos potuit, solos tendens ad sydera vultus,
Beneuolentia coniugalis.
Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu,
Cum Ioue visa queri est, finemq; orare malorum
Coniugis ille suæ complexus colla lacertis,
Finiat vt pœnas tandem, rogat, inq; futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi caussa doloris.
Styga paludẽ Iuppiter, vt inquit Hesiodus, muneribus c
nestauit, ἀυτὴμ μὲν γαρ ἔθηκε θεῶμ ἔμμεναι ὅρ
Hæc erit, & Stygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita dea est, vultus capit illa priores,
Fitq;, quod ante fuit, fugiunt de corpore setæ,
Cornua decrescunt, fit luminis arctior orbis,
Amplificatio. à partibus.
Contrahitur rictus, redeunt humeriq;, manusq;
Vngulaq; in quinos dilapsa abscumitur vngues,
De boue nil super est, formæ nisi candor in illa,
Officioque pedum nympha contenta duorum
Erigitur, metuitque loqui, ne more iuuencæ
Mugiat, & timidè verba intermissa retentat.
Niligena.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba

*c Epaphus magni genitus de*semine tandem *sanguine
ditur esse Iouis, perq3 vrbes iuncta parenti
mpla tenet, fuit huic animis æqualis, & annis,
satus Phaëton, quem quondam magna loquentẽ Contentio
ec sibi cedentem, Phœboq3 parente superbum inter æqua
on tulit Inachides, matriq3 (ait) omnia demens leis, estq;
dis, & es tumidus genitoris imagine falsi. occasio se-
ubuit Phaëton, iramq3 pudore repressit, quentis fa-
tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrem. bulæ.
enuntiat matri Epaphi conuitia, in quo poëta mirè ob- Pathos.
nauit τὸ πρέπον iuuenis glorioſi. Querela.
uodq3 magis doleas genitrix, ait, en ego liber
ferox tacui, pudet hæc opprobria nobis
dici potuisse, & non potuisse refelli.
tu, si modo sum cælesti stirpe creatus,
de notam tanti generis, meq3 assere cælo
xit, & implicuit materno brachia collo,
q3 suum, Meropisq3 caput, taedasq3 sororum Petitio.
aderet, orauit, veri sibi signa parentis. Mimisis.
mbiguum est Clymene precibus Phaëtontis, an ira
ota magis dicti sibi criminis, vtraq3 cælo
rachia porrexit, spectansq3 ad lumina Solis, Fictio le-
r iubar hoc (inquit) radijs insigne coruscis, pida.
ate, tibi iuro, quod nos auditq3, videtq3,
oc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem, A iuramẽ-
le satum, si ficta loquor, neget ipse videndum to.
i mihi, sitq3 oculis lux ista nouissima nostris.
ec longus patrios labor est tibi nosse penates,
nde oritur, terra domus est contermina nostra: Ethopoia.
modo fert animus, gradere, & scitabere ab ipso. Consiliũ
à facili.

Emicat ex templo latus post talia matris
Dicta sua Phaëton, & concipit æthera mente,
Æthiopasque suos, positosque sub ignibus Indos
Sydereis transit, patriosque adit impiger ortus.

FINIS LIB. I.

P. OVIDII NA

SONIS METAMOR.

PHOSEON LIBER II.

τοποθεσία.

Egia solis erat sublimibus alta colu
Clara micante auro, flammasq; imi
te Pyropo,
A materia. *Cuius ebur nitidum fastigia sum*
gebat.
Ab artificio. *Argenti bifores radiabant lumine valuæ,*
Periphrasis *Materiam superabat opus. Nam Mulciber il*
A varietate picturæ. *Æquora celarat medias cingentia terras,*
Terrarumque orbem, celumque quod imminet o
Cæruleos habet unda deos, Tritona canorum,
Proteaque ambiguum, balenarumque premente
ἀιγαίωρ ὁ ποσὶ λῶρ. *Ægæona suis immania terga lacertis,*
Doridaque, & natas, quarum pars nare videtu
Pars in mole sedens virideis siccare capillos,
Pisce vehi quadam, facies non omnibus una est.
Nec diuersa tamen, qualem decet esse sororum.
Terra viros, urbesque gerit, syluasque, feraque
Fluminaque, & nymphas, & cætera numina ru

ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago,
aq3 ſex foribus dextris, totidemq3 ſiniſtris. Zodiacus circulus.
ò ſimul accliuo Clymeneïa limite proles
it, & intrauit dubitati tecta parentis,
inus ad patrios ſua fert veſtigia vultus,
ſiſtitq3 procul (neq3 enim propiora ferebat
nina) purpurea velatus veſte ſedebat Solis habi tus.
ſolio Phœbus, claris lucente ſmaragdis.
dextra, leuaq3 dies & menſis, & annus,
culaq3, & poſita ſpatijs æqualibus Hora. A numero comitum Quatuor anni partes.
rq3 nouum ſtabat cinctum florente corona.
bat nuda Æſtas, & ſpicea certa gerebat.
bat & Autumnus calcatis ſordidus vuis,
lacialis Hiems canos hirſuta capillos.
de loco medius, rerum nouitate pauentem *ille Captat beneuolétiã petitio cũ intẽtione
culis iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit.
a tibi cauſa viæ? quid hac (ait) arce petiſti,
genies Phaëton haud inficianda parenti?
refert, ô lux immenſi publica mundi,
ebe pater, ſi das vſum mihi nominis huius,
c Clymene falſa culpam ſub imagine cælat,
nora da genitor, per qua tua vera propago
dar, & hunc animis errorem detrahe noſtris.
xerat, at genitor circum caput omne micanteis
poſuit radios, propiusq3 accedere iuſſit,
mplexuq3 dato, nec tu meus eſſe negari
ignus es, & Clymene veros, ait, addidit ortus. Periſtaſis.
uoq3 minus dubites, quod vis, pete munus, & illud Patris ĩdul gentia.
e tribuente feres, promiſſi teſtis adeſto A iuramẽ-
is iuranda palus, oculis incognita noſtris.

to. Audax iuuenta. Exemplũ est ne maiora viribꝰ aggrediamur.

Vix bene desierat, currus petit ille paternos,
Inq́ diem alipedum ius, & moderamen aquorum
Pœnituit iurasse patrem, qui terq́, quaterq́.

Oratio Solis suasoria in genere deliberatiuo, qua dehortatur Phaëtontem, vt munus regendi currum, cum non sit par, minimè aggrediatur.

Concutiens illustre caput, temeraria (dixit)
Voxmea facta tua est, vtinam promissa liceret
Non dare, confiteor, solum hoc tibi nate negarem.
Dissuadere licet, non est tua tuta voluntas.
Propositio cui admiscentur argumenta à personæ circunstãtia.
Magna petis Phaëton, & quæ non viribus istis
Munera conueniunt, nec tàm puerilibus annis.
Sors tua mortalis, non est mortale, quod optas.
Plus etiam, quam quod superis contingere fas est,
Nescius affectas, placeat sibi quisq́ licebit,
Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
Collatio à maiore.
Me valet, excepto. Vasti quoq́ rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra
Non aget hos currus, & quid Ioue maius habetur?
A periculo & difficultate viæ.
Ardua prima via est, & quà vix mane recentes
Enituntur equi, medio est altissima cælo,
Vnde mare, & terras ipsi mihi sæpe videre
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona via est, & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.
Adde quod assidua rapitur vertigine cælum,
Syderaq́ alta trahit, celeriq́ volumine torquet.
Nitor in aduersum, nec me, qui cætera vincit

Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.
Finge dato currus, quid ages? poterisne rotatis Concessio.
Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forsitan & lucos illic, vrbesq; deorum A periculo antisagoge. A monstrisoccurrentibus.
Concipias animo, delubraq; dicta donis
Esse, per insidias iter est, formasq; ferarum.
Vtq; viam teneas, nulloq; errore traharis,
Per tamen aduersi gradieris cornua Tauri, Ab equorũ ferocia.
Aemoniosq; arcus, violentiaque ora Leonis,
Seuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atq; aliter curuantem brachia Cancrum. *dãnosos
Nec tibi quadrupedes * *animosos ignibus illis* Collatio à maiore.
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promptu regere est, vix me patiuntur, vbi acres
Incaluere animi, ceruixq; repugnat habenis. A metu.
At tu, funesti ne sim tibi muneris autor,
Nate caue, dum resq; sinit, tua corrige vota.
Scilicet vt nostro genitum te sanguine credas, Occupatio
Pignora certa petis, do pignora certa timendo,
Et patrio pater esse metu probor, aspice vultus A natura Ab affectu Paterno.
Ecce meos, vtinamq; oculos in pectora posses
Inserere, & patrias intus deprendere curas.

A premijs, & pollicitationibus, quibus à proposito pueri animum auertere conatur.

Deniq; quidquid habet diues, circumspice, mundus,
Deq; tot, ac tantis caeli, terraque, marisque,
Posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.
Deprecor hoc vnum, quod vero nomine, poena, Cõclusio.
Non honor est. Poenam Phaëton pro munere poscis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?

Ne

Ne dubita, dabitur, Stygias iurauimus vndas,
Quodcunq; optâris, sed tu sapientius opta.
Finierat monitus, dictis tamen ille repugnat,
Propositumq; premit, flagratq; cupidine currus.
Currus solis. *Ergô qua licuit, genitor cunctatus, ad altos*
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus,
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Chronographia. *Per iuga Chrysolyti, positaq; ex ordine gemmæ,*
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
Allusum ad epitheton Homericum. *Dumq; ea magnanimus Phaëton miratur, opusq;*
Perspicit, ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena rosarum
Atria, diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit
Rorodactylos eos. *Lucifer, & cæli statione nouissimus exit,*
Phosphorus postremus lucet. *Tum pater vt terras, mundumq; rubescere vidit,*
Cornuaq; extrema velut euanescere Lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat horis,
Iussa dea celeres peragunt, ignemq; vomentes,
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntq; sonantia frena.
Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Nã ipse inuentor medicaminũ. *Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ,*
Imposuitq; comæ radios, præsagaq; luctus
Pectore sollicito repetens suspiria (dixit)
Si potes his saltem monitis parere parentis,
Parce puer stimulis, & fortius vtere loris.
Monitoria instruit filiũ pater. *Sponte sua properant, labor est inhibere volantes.*
Nec tibi directos placeat via quinque per arcus,
Sectus in obliquum est lato curuamine limes,

onarumq3 trium contentus fine, polumq3
fugit Australem, iunctamq3 Aquilonibus arcton,
âc sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes. A periculo
tq3 ferant æquos & cælum, & terrra calores,
ec preme, nec summum molire per æthera currrum. *recta.
ltius egressus, cælestia *signa cremabis. De quibus
ferius, terras, medio tutissimus ibis. pœne desperemus
eu te dexterior totum declinet ad anguem, hæc fortunæ mandare solemus.
éue sinisterior pressam rotâ ducat ad aram.
ter vtrumq3 tene, fortunæ cetera mando, Periphrasis.
iæ iuuet, & melius, quàm tu tibi, consulat opto.
um loquor, Hesperio positas in littore metas Adhortatiuncula quam auget expolitione,
umida nox tetigit, non est mora libera nobis,
cimur, & fulget tenebris Aurora fugatis.
rripe lora manu, vel si mutabile pectus Quoatuor Solis equi Sonorus versus.
tibi consilijs, non curribus vtere nostris
um potes, & solidis etiam nunc sedibus astas:
umq3 male optatos nondum premis inscius axes, Alluſum ad carceres vnde dimittũtur equi.
ua tutus spectes, sine me dare lumina terris.
cupat ille leuem iuuenili corpore currum,
atq3 super, manibusq3 datas contingere habenas
ndet, & inuito grates agit ille parenti.
tereà volucres Pyroeis, Eous, & Aeton,
is equi, quartusq3 Phlegon, hinnitibus auras
ammiferis implent, pedibusq3 repagula pulsant.
ua postquàm Tethys, fatorum ignara nepotis
opulit, & facta est immensi copia * cœli, *mundi.
rripuêre viam, pedibusq3 per aëra motis Recte Euros, nam iis ventus ab aurorq flat ortu.
stantcis scindunt nebulas, pennisq3 leuati,
ætereunt ortos ijsdem de partibus Euros.

Sed

Sed leue pondus erat, nec quod cognoscere possent
Solis equi, solitaq; iugum grauitate carebat.
Adaptatio. *Vt q; labant curuæ iusto sine pondere naues,*
Perq; mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto vacuos dat in aëre saltus,
Succutiturq; altè, similisq; est currus inani.
Quod simul ac sensêre, ruunt, tritumq; relinquu
Quadriuges spatium, nec, quo prius, ordine curr
Ipse pauet, nec quâ commissas flectat habenas,
Nec scit qua sit iter, nec si sciat, imperet illis.
A signis maximũ incendium ostendit. Est aũt longa & diola ἐπιμονή.
Tum primùm radijs gelidi caluêre Triones,
Et vetito frustrà tentarunt æquore tingi.
Quaq; polo posita est glaciali proxima serpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis vlli,
Apostrophi Alludit adnaturã syderis: videris: vide Higi nim. Nã extremã mẽbra primò timorẽ sentiunt. *Incaluit, sumpsitq; nouas feruoribus iras.*
Te quoq; turbatum memorant fugisse Boote,
Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenel
Vt verò terras despexit ab æthere summo
Infelix Phaëton penitus, penitusq; iacentes,
Palluit, & subito genua intremuêre timore,
Suntq; oculis tenebræ per tantum lumen oborta:
Et tam mallet equos nunquam tetigisse paternos
Iam cognosse genus piget, & valuisse rogando.
Iam Meropis dici cupiens, ita fertur, vt acta,
Fictio. *Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remisit*
Cõparatio *Frena suus rector, quam dis, votisq; reliquit.*
Hesitantis cõfirmatio *Quid faciat? multum cæli post terga relictum,*
Ante oculos plus est, animo metitur vtrumq;
fatum.

modo quos illi* fas tum contingere non est,
spicit occasus, interdum respicit ortus,
udq3 agat ignarus, stupet, & nec frena remittit,
ec retinere valet, nec nomina nouit equorum.
rsa quoque in vario passim miracula calo,
starumq3 videt trepidus simulacra ferarum.
locus in geminos vbi brachia concauat arcus
rpius, & cauda, flexisq3 vtrinq3 lacertis
rrigit in spatium signorum membra duorum.
unc puer vt nigri madidum sudore veneni,
lnera curuata minitantem cuspide vidit,
entis inops, gelida formidine, lora remisit.
ua postquàm summo*tetigêre iacentia tergo,
patiantur equi, nulloq3 iubente per auras
ota regionis eunt, quaq3 impetus egit,
ac sine lege ruunt, altoq3 sub athere fixis
ursant stellis, rapiuntq3 per auia currum.
modo summa petunt, modo per decliue, viasq3
ecipites spatio terra propiore feruntur,
feriusq3 suis*paternos currere Luna
dmiratur equos, combustaq3 nubila fumant.
rripitur flammis, vt quæque altissima, tellus.
saq3 agit rimas, & succis aret ademptis,
bila canescunt, cum frondibus vritur arbor,
ateriamq3 suo præbet seges arida damno.
rua queror, magnæ pereunt cum mœnibus vrbes,
mq3 suis totas populis incendia gentes
cinerem vertunt, sylua cum montibus ardent.
det Athos, Taurusq3 Cilix, & Tmolus, & Oete.
tum sicca, priùs celeberrima fontibus Ida,

A periculo præsenti metus.
Descriptio Scorpij.
signi.
Metalypsis
*staternos
metaphora
*sensere.
Luna planetarum infima.
Homerus.

Virgi-

Polypidacosida. *Virgineusq3 Helicon, & nondum Oeagrius A*
Ardet in immensum, geminatis ignibus Aetna,
Parnassusq3 biceps, & Eryx, & Cynthus, & O
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mima
Dindimaq3, & Mycale, natusq3 ad sacra Cith
Nec prosunt Scythię sua frigora. Caucasus ar
Ossaq3 cum Pindo, maiorq3 ambobus, Olympus.
Aërięque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tum verò Phaëton cunctis è partibus orbem
*accendi *Aspicit *accensum, nec tantos sustinet *estus,*
*ignis *Feruenteisque auras, velut è fornace profund*
Simile. *Ore trahit, currusque suos candescere sentit,*
Amplificatio. *Et neq3 iam cineres eiectatamque fauillam*
Ferre potest, calidoque inuoluitur vndique fum
Quoque eat, aut vbi sit, picea caligine tectus
Nescit, & arbitrio volucrum raptatur equorum
Sanguine tum credunt in corpora summa voca
Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.
Tum facta est Libye raptis humoribus, astu,
Arida, tum nymphę passis fontesque, lacusque
*defluxete *Defleuere comis, quęrit Bœotia Dircen.*
Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas vnda
Nec sortita loco distanteis flumina ripas
Tuta manent, medijs Tanaïs fumauit in vndi
Peneusque senex, Teuthranteusque Caycus,
Et celer Ismenos cum Phocaico Erymantho,
Arsurusq3 iterum Xanthus, flauusq3 Lycorm
Quique recuruatis ludit Meander in vndis,
Mygdoniusque Melas, & Tanareus Eurota
Arsit & Euphrates, Babylonius arsit Oronto

hermodoonq3 citus, Gangesq3, & Phasis, & Ister,
Estuat Alphaus, ripa Sperchiades ardent.
uodq3 suo Tagus amne vehit, fluit ignibus, aurũ.
quæ Maonias *celebrabant carmine ripas * celebra-
uminea volucres medio caluêre Caystro. runt.
ilus in extremum fugit preterritus orbem, Periphrasis
culuitq3 caput, quod adhuc latet, hostia septem Cygnorũ
luerulenta vacant, septem sine flumine valles historiam
rs eadem Ismarios Hebrũ cum Strymone siccat, ad fabulã
esperiosq3 amnes Rhexum, Rhodamumq3, Padũq3, lepidè tra-
niq3 fuit rerum promissa potentia, Tybrim, hit.
issilit omne solum, penetratq3 in Tartara rimis
umen, & infernum terret cum coniuge regem.
mare contrahitur, siccaq3 est campus arena,
uod modo pontus erat, quesq3 altũ texerat æquor,
cistunt montes, & sparsas Cycladas augent.
a petunt pisces, nec se super æquora curui
llere consuetas audent delphines in auras.
rpora phocarum supino resupina profundo
caminata iacent, ipsum quoq3 Nerea fama est,
oridaq3, & natas, tepidis latuisse sub vndis,
er Neptunus aquis, cùm toruo brachia vultu
cerere ausus erat, ter non tulit aëris ignes,
lma tamen tellus, vt erat circundata ponto, Formulaq̃
ter aquas pelagi, contractosq3 vndique fontes, valet. Pro
ui se condiderant in opaca viscera matris, to pithanõ.
stulit omniferos collo tenus arida vultus,
oposuitq3 manum fronti, magnoq3 tremore, πάνδ' ἄ-
nnia concutiens, paulùm subsedit, & infra. ρρος ἀ-
atio Pathetice, & ab animo perturbatio proficiscens, vnde ρουρὴ.

habet principium vix, ab iurgio abstinens.

*profatur. Telluris omniferæ oratio.

Quàm solet, ipse fuit, sacraq; ita voce loquuta
Si placet hoc, meruique, quid ô, tua fulmina cessa
Summe deum? liceat peritura viribus ignis,
Igne perire tuo, clademq; authore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo
(Presserat ora vapor) tostos en aspice crineis,
Inque oculis fumum, volitant super ora faullæ,

Exposturlatio ingratitudinis.

Hos ne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem
Officijsq; refers, quòd adunci vulnera aratri,
Rastrorumq; fero, totoq; exerceor anno?
Quòd pecori frondes, alimentaq; mitia, fruges

Commiseratio ab eo quod præter spem.

Humano generi, vobis quoq; thura ministro?
Sed tamen exitium fac me meruisse, quid vnda,
Quid meruit frater, quur illi tradita sorte

Ab iniquo

Æquora decrescunt, & ab æthere longius absum

A periculo instanti.

Quòd si nec fratris, nec te mea gratia tangit:
At cali miserere tui, circumspice, vtrimq;
Fumat vterq; polus, quos si violauerit ignis,
Atria vestra ruent, Athlas en ipse laborat,
Vixq; suis humeris candentem sustinet axem.
Si freta, si terra pereunt, si regia cæli,
In chaos antiquum confundimur, eripe flammis,

Conclusio.

Si quid adhuc superest, & rerum consule summæ
Dixerat hæc Tellus, neque enim tolerare vapor
Vlterius potuit, nec dicere plura, suumq;
Rettulit os in se, propioraq; manibus antra.
At pater omnipotens superos testatus, & ipsum

Periphrasis

Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
Interitura graui, summam petit arduus arcem

de ſolet nubes latis inducere terris,
de mouet tonitrus, vibrataq; fulmina iactat. Pathos.
neque, quas poſſet terris inducere, nubes
nc habuit, nec quos cælo demitteret imbres. Temeritatis pœnam
onat, & dextra *libratum fulmen ab aure *vibratum
ſit in aurigam, pariterq; animaq;, rotisq; *expulit
xuit, & ſauis compeſcuit ignibus ignes. Hipotypoſis.
ſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto Expolitio.
la iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
c frena iacent, illic temone reuulſus
tis, in hac radij fractarum parte rotarum,
rſaque ſunt latè laceri veſtigia currus.
phaëton, rutilos flamma populante capillos, Phaëton.
luitur in præceps, longoq; per aëra tractu Præceps in
tur, vt interdum de cælo ſtella ſereno, Eridanum
a ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri. Cõparatio
em procul à patria diuerſo maximus orbe
cipit Eridanus, fumantiaque abluit ora.
uades Heſperidæ triſida fumantia flamma.
louis fulmen triſulcum, & hoc, ex proprietate fulminis,
l lucet ferit, & ardet.
pora dant tumulo, ſignant quoq; carmine ſaxum Periphraſis
c ſitus eſt Phaëton, currus auriga paterni, Epitaphiũ.
em ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis,
pater obductos luctu miſerabilis agro
diderat vultus, &, ſi modo credimus, vnum
diem ſine ſole ferunt, incendia lumen
ebebant, aliquisq; malo fuit vſus in illo. Noema.
Clymine poſtquam dixit, quæcunque fuerunt Nullũ tantum malũ quin ali-
antis dicenda malis, lugubris, & amens,

quid commodi promittat: pietas matris.

Et laniata sinus totum percensuit orbem,
Exanimeisq; artus primò, mox ossa requirens,
Repperit ossa tamen peregrina condita ripa,
Incubuitq; loco, nomenq; in marmore lectum
Perfudit lacrymis, & aperto pectore fouit.

*terra.

Gnome.

Pathos.

Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lacrymas, & caso pectore palmis

Heliadum fabula mutantur in populos, vnde succinũ stillat

Non auditurum miseras Phaëtonta querelas
Nocte, dieq; vocant, asternunturq; sepulcro.
Luna quater iuncti implêrat cornibus orbem,
Illa more suo (Nam morem fecerat vsus)
Plangorem dederant, è queis Phaëtusa, sororum

Noema.

Phaëtõtis sorores in arbores mutantur.

Maxima, quum vellet terra procumbere, questa est
Diriguisse pedes, ad quam conata venire
Candida Lampetie, subita radice retenta est.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet,
Euellit frondes, hæc stipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos,
Dumq; ea mirantur, complectitur inguina cortex,
Perq; gradus vterum, pectusq;, humerosq;, manus
Ambit, & extabant tantùm ora vocantia matrem.

Vrmi.

Affectus pars est.

Quid faciat mater? nisi quò trahit impetus illam,
Hûc eat, atq; illûc, & dum licet, oscula iungat.
Non satis est, truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit, at indè

*corpore

Prosopopœa.

Sanguinea manant tanquam de *vulnere gutta,
Parce precor mater, quæcunq; est saucia, clamat,

Iteratio in rãdi causa

Parce precor, nostrum laceratur in arbore corpus.
Iamq; vale, cortex in verba nouissima venit.

Electrũ ex

Inde fluunt lacryma. stillataq; sole rigescunt

Dira-

De ramis electra nouis, qua lucidus ammis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.
Affuit huic monstro, proles Stheneleia, Cycnus,
Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
Mente tamen Phaëton propior fuit, ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes)
Imperio, ripas virideis, amnemq; querelis
Eridanum implêrat, syluamq; sororibus auctam.
Quum vox est tenuata viro, canaq; capillos
Dissimulant pluma, collumque à pectore longè
Porrigitur, digitosque ligat iunctura rubenteis,
Penna latus velat, tenet os sine acumine rostrum,

lactymis Heliadum. Cycni fabula. Descriptio personæ. Cycnus in auem.

Poëtarum est, quæ nature sunt, ad fabulam detorquere. Et hic felicissimus Ouidius.

Fit noua Cycnus auis, nec se caloq; Iouiq;
Credit, vt iniustè missi memor ignis ab illo,
Stagna petit, patulosq; lacus, ignemq; perosus,
Qua colat, elegit contraria flumina flammis.
Squallidus intereà genitor Phaëtontis, & expers
Ipse sui decoris, qualis quum deficit orbi,
Esse solet, lucemq; odit, seq; ipse, diemq;,
Datq; animum in luctus, & luctibus adijcit iram,
Officiumq; negat mundo, satis (inquit) ab æui,
Sors mea principijs fuit irrequieta, pigetq;
Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.
Quilibet alter agat portanteis lumina currus.
Si nemo est, omnesq; dei non posse fatentur,
Ipse agat, vt saltem dum nostras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc sciet ignipedum vires expertus equorum

Squallidus habitus lugentium. Eclypsis. Cõquestio solis.

*autor Abnutili, *Epitropi.* Inuidiose subticet nomen Iouis, estque hic color

iratorum. *Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.*
A precibus deorum. *Talia dicentem circumstant omnia solem.*
*terris. *Numina, neue velit tenebras inducere rebus,*
Rerum nō est supplici-ter roga-re. *Supplice voce rogant, missos quoque Iuppiter ign*
Excusat, precibusque minas regaliter addit.
Colligit amenteis, & adhuc terrore pauenteis
Phœbus equos, stimuloque dolens, & verbere sæu
Etapῦa. *Sæuit enim, natumque obiectat, & imputat illis.*
Palilogia. Poëtæ fingunt deos habere curam inferiorum horum.
Ingressus in amores Iouis. *At pater omnipotens ingentia mœnia cæli*
Circuit, & ne quid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat, quæ postquàm firma, suique
Roboris esse videt, terras, hominumque labores
Occasio in sequentis fabulæ. *Perspicit, Arcadia tamen est impensior illi*
Cura suæ, fonteisque, & nondum audentia labi
Flumina restituit, dat terræ gramina, frondes
Arboribus, lassasque iubet reuirescere syluas.
Dum redit, itaque frequens, in virgine Nonacri
Hæsit, & accepti caluêre sub ossibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
A studio puellæ. *Nec positas variare comas, sed fibula vestem,*
Vitta coërcebat neglectos alba capillos.
Et modo leue manu iaculum, modo sumpserat a
γνωμὴ. *Miles erat Phœbes, nec Mœnalon attigit vlla*
χρονο-γραφία. *Gratior hac Triuia. Sed nulla potentia longa e*
Vlterius spacium medio sol altus habebat,
Quum subit illa nemus, quod nulla cecíderat æt
Ab opportuno. *Exuit hîc humero pharetram, lentosque retend*
Arcus, inque solo, quod texerat herba, iacebat,
*carentem *Et pictam posita pharetram ceruice premebat.*

I

ppiter vt vidit fessam,& custode vacantem, Collatio.
oc certè furtum coniux mea nesciet(inquit) Iuppiteris
ut si rescierit,sunt,ô,sunt iurgia tanti? Dianam.
otinus induitur faciem,cultumque Diana,
que ait,ô comitum virgo pars vna mearum,
quibus es venata iugis?de cespite virgo
leuat,& salue numen,me iudice(dixit)
udiat ipse licet,maius Ioue,ridet,& audit,
sibi præferri se gaudet,& oscula iungit,
ec moderata satis,nec sic à virgine danda. Impetus amoris.
ua venata foret sylua,narrare parantem,
pedit amplexu,nec se sine crimine prodit.
a quidem contrà,quantum modo fœmina posset. Collatio à persona.
piceres vtinam Saturnia. Mitior esses. Apostrophe
a quidem pugnat,sed qua superaret puella, Pathitice.
uisue Iouem poterat? Superum petit æthera victor
ppiter:huic odio nemus est,& conscia sylua.
nde pedem referens,pænè est oblita pharetram *inde
llere cum telis,& quem suspenderat arcum. A persona. Iouis.
ce suo comitata choro Dyctinna per altum Ab affectu
enalon ingrediens,& cæde superba ferarum. Virginis
bicit hanc,visamque vocat,clamata refugit, stupratæ.
timuit primo,ne Iuppiter esset in illa,
postquàm pariter nymphas incedere vidit, αἰτιολο-
sit abesse dolos,numerumque accessit ad harum. γία.
E V quàm difficile est crimen non prodere vultu. Acclamatio per sententiam.
e oculos attollit humo,nec,vt ante solebat,
cta dea lateri,nec toto est agmine prima,
silet,& lasi dat signa rubore pudoris, A signis & conscientię effectu
nisi quòd virgo est,properat sentire Diana

Mille notis culpam nympha ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant lunaria cornua nono,
Cum dea venatu fraternis languida flammis,
Temporis deſcriqtio. *Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure lab*
Ibat, & attritas verſabat riuus arenas,
A ſignis, & mendicijs. *Vt loca laudauit, ſummas pede contigit vndas.*
His quoq; laudatis, procul eſt (ait) arbiter omni
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.
Pharaſis erubuit, cuncta velamina ponunt,
Vna moras quarit, dubitanti veſtis adempta eſt
Qua poſita nuda patuit cum corpore crimen.
Attonita, manibusq; vterum cælare volenti,
Mimiſis. *I procul hinc (dixit) nec ſacros pollue fonteis*
Cynthia, deq; ſuo iuſſit ſecedere cœtu.
Vindictæ appetens. mulier. *Senſerat hoc olim magni matrona tonantis,*
Diſtuleratq; graueis in idonea tempora pœnas.
Cauſſa mora nulla eſt, & iam puer Arcas (id ip
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus,
Quo ſimul obuertit ſæuam cum lumine mente
Vis inuidię criminatio. *Scilicet hoc etiam reſtabat adultera (dixit)*
Vt fœcunda fores, fieretq; iniuria partu
Nota, Iouisq; mei teſtatum dedecus eſſet.
Haud impune feres. Adimam tibi namq; figur
Qua tibi, quaq; places noſtro importuna mari

Phurnutus ait, Caliſto venatricem ab vrſa fuiſſe de tam, quam venatores cùm ad vrſę luſtrum vidiſſent, o pliùs exiſtentem conſpexiſſent, in vrſam conuerſam Sunt autem vrſæ geminę in cælo (vt apud Arati inter lego) quarum alteram Nauphus, alterã Thales Mile inuenit, maiorem Helicen apellant, quam Græci ſp tes nauigant, vnde ab Homero Helicopes voca

ἀνατείνοντες εἰς ἀυτὴν ταὺς ὥπας At phœnices nauticæ Græcis peritiores, minorē obseruant. Currus au-n, siue Amaxæ, dicuntur, quòd haud secus sibi inuicem ereant, ac currus, cùm pari boum gressu in vijs tra-tur.

Hypotypo-sis.

ixit, & areptam prensis à fronte capillis
rauit humi pronam. Tendebat brachia supplex.
rachia cœperunt nigris horrescere villis,
ruariq; manus, & aduncos crescere in vngueis,
fficioque pedum fungi, laudataq; quondam
ra Iouis lato fieri deformia rictu.
éue preces animos, & verba precantia flectant,
sse loqui eripitur, vox iracunda, minaxque,
enaq; terroris rauco de gutture fertur.
lens antiqua manet, facta quoque manſit in vrſa,
ſſiduoque ſuos gemitu teſtata dolores,
ualescunq; manus ad cælum, & ſydera tollit,
ngratumque Iouem, nequeat cum dicere, ſentit.
h quoties ſola non auſa quiescere ſylua,
nte domum, quondamq; ſuis errauit in agris.
h quoties per ſaxa canum latratibus acta eſt,
enatrixque metu venantum territa fugit.
epe feris latuit viſis, oblita quid eſſet,
rſaque conſpectos in montibus horruit vrſos,
ertimuitq; iupos, quamuis pater eſſet in illis.
cce Lycaonia proles ignara parentis
rcas adeſt, ter quinque ferens natalibus annos.
umque feras ſequitur, dum ſaltus eligit aptos,
exilibusq; plagis ſyluas Erymanthidos ambit,
ncidit in matrem, qua reſtitit Arcade viſo,

A geſtibus puellæ ver ſa. *pathos.* exclama-tio.

Alia fabu-la Ab ætate. A loco facit veri-ſimile.

Et

Et cognoſcenti ſimilis fuit, ille refugit,
Immotóſque oculos in ſe, ſine fine, tenentem
*Neſcius extimuit, propiusq; accedere *fugit.*
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo,
Arcuit omnipotens, patérque ipſoſque, nefásque
Suſtulit, & celeri raptos per inania vento
Impoſuit cælo, vicinaq; ſydera fecit.
Intumuit Iuno, poſtquam inter ſydera pellex
Fulſit, & ad canam deſcendit in æquora Tethy
Oceanumq; ſenem, quorum reuerentia mouit
Sæpe deos, cauſſamq; viæ ſcitantibus, inquit:
Quæritis æthereis quare regina deorum
Sedibus hîc adſim, pro me tenet altera cælum.
Mentiar, obſcurum niſi nox cùm fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo mea vulnera cælo
Videritis ſtellas illic, vbi circulus axem
Vltimus extremum, ſpatioq; breuiſſimus ambit.
Eſt verò cur quis Iunonem lædere nolit?
Offenſamq; tremat, quæ proſum ſola nocendo?
O, ego quàntum egi, quàm vaſta potentia noſtra
Eſſe hominem vetui, facta eſt dea, ſic ego pœnas
Sontibus impono, ſic eſt mea magna poteſtas.
Vendicet antiquam faciem, vultumq; ferinos
Detrahat, Argolica quod in ante Phoronide fec
Cur non expulſa ducit Iunone, meoq;
Collocat in thalamo, ſocerumq; Lycaona ſumit?
At vos ſi læſæ tangit contemptus alumnæ.

Septem prohibete. Hæ ſtellæ Oceano tingi metuunt, vt p
ticè dicitur, quod ideò fictum id eſt, quia horizontem,
nunquàm ſubeunt, Oceanum appellant. Hinc eſt, q

tentat. Dij ſceleribus homines arcent. Arcas filiꝰ Caliſtonis in Arcto phylaca. aitiologia. A perſona amplificat Occupatio Propoſitio confirmatio. A loco. Interrogationes ab indignante animo. exclamatio. Pathos. Ab eo, qđ ꝓter ſpem. Ironica cō ceſsio amarulentiæ plena. Ab exẽplo Petitio.

Ar

ti, quasi aeræ, id est vertices, & mundi capta nuncu-
ntur.

urgite ceruleo septem prohibete Trionas, *Tmysis.*
deraq3, in cælum stupri mercede recepta,
llite, ne puro tingatur in æquore pellex.
y maris annuerant, habili Saturnia curru, Ratio.
greditur liquidum pauonibus ✶aëra pictis, ✶æthera
am nuper pictis cæso pauonibus Argo, Collatio. qua perue nit ad aliã fabulam.
uàm tu nuper eras, cùm candidus ante fuisses,
rue loquax, subitò nigranteis versus in alas.
am fuit hæc quondam niueis argentea pennis Colatia.
les, vt æquaret totas sine labe columbas, Apostrophi
ec seruaturis vigili Capitolia voce Causa.
deret anseribus, nec amanti flumina cygno, Coronis in cornicem.
ngua fuit damno, lingua faciente loquaci,
ui color albus erat, nunc est contrarius albo,

Coronis nympha Thessalica, Leucippi Lacedęmonis filia
e ex Apolline concepit Aesculapium: Postea, quia cum
nyæ Elati filio clam rem haberet, petente Apolline simul
n Ischye, sagittis à Diana confecta fuit, sed priùs coruũ,
i crimen indicauerat, ex albissimo in atrum conuertit
pollo, & puerum, quem è ventre matris excisum Chironi,
i in Magnete habitabat, enutriendum, & erudiendũ tra-
dit. Hæc Pindari scholia.

ulchrior in tota quam Lariſſæa Coronis
on fuit Æmonia, placuit tibi Delphice certè
um vel casta fuit, vel inobseruata, sed ales
nsit adulterium Phœbeus, vtq3 latentem
etegeret culpam non exorabilis index,
d dominum tendebat iter, quem garrula motis Occasio in sequentis
nsequitur pennis, scitetur vt omnia, cornix,

Audita-

fabulæ, quam obiter admiscet.

Auditaque via causſa, non vtile carpis
Inquit iter, ne ſperne mea præſagia linguæ.
Quid fuerim, quid ſimque, vide, meritūque require.
Inuenies nocuiſſe fidem. Nam tempore quodam
Pallas Erichthonium prolem ſine matre creatam,
Clauſerat Actæo texta de vimine ciſta
Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis
*Seruandam dederat, *ſed enim inconfeſſa quid eſſet*
**Et legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.*
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab vlmo,
Quid facerent, commiſſa duæ ſine fraude, tuentur
Pandroſos, atque Herſe, timidas vocat vna ſorores
Aglauros, nodoſque manu diducit, & intus
Infantēque vident, apporrectumque draconem.
Acta dea refero, pro quo mihi gratia talis
Redditur, vt dicar tutela pulſa Minerua,
Et ponar poſt noctis auem, mea pœna volucres
Admonuiſſe poteſt, ne voce pericula quarant.
At puto, non vltrò, nec quidquam tale rogantem
*Me petyt, *videt, hoc ex ipſa Pallude quæras.*
Quamuis irata eſt, non hoc irata negabit.
Nam me Phocaica clarus telure Coroneus
(Nota loquor) genuit, fueramq; ego regia virgo,
Diuitibusque procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit. Nam cùm per littora lentis
Paſſibus (vt ſoleo) ſumma ſpatiarer arena:
Vidit, & incaluit pelagi deus, vtque precando
Tempora cum blandis abſumpſit inania verbis,
Vim parat, & ſequitur. Fugio, denſumque relinquo
Littus, & in molli nequidquam laſſor arena.

A ſuo exēplo ſuadet taciturnitatem.

Narratio.

*ſic incōfeſſa

*hanc

A coco.

Garrulitatis pœna.

Epilogus

Antipophora.

*licet

A ſigno probat.

Narratio quomodo ſit mutata in auem.

A loco.

Inde

Inde deos, hominesqúe voco, nec contigit vllum
Vox mea mortalem, mota est pro virgine virgo,
Auxiliumqúe tulit. Tendebam brachia cœlo.
Brachia cœperunt leuibus nigrescere pennis. hypotyposis
*Reijcere ex humeris vestem *molibar, at illa* *nitebar.
Pluma erat, inq́, cutem radices fixerat imas.
**Plangere nuda meis conabar pectora palmis:* * pandere.
Sed neque iam palmas, nec pectora nuda gerebam,
Currebam, nec (vt ante) pedes retinebat arena,
*Sed summa tollebar humo, mox *acta per auras*
Euehor, & data sum comes inculpata Mineruæ. *alta.

Conquestus cornicis, quam aptè ad culpandam Nyctimenem instituit, & suam garrulitatem prodendam.

Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
Crimine Nyctimene nostro successit honori? Nyctimene in noctuam.
An, quæ per totam res est notissima Lesbon,
Non audita tibi est, patrium temerasse cubile
Nyctimenen? Auis illa quidem, sed conscia culpæ
Conspectum, lucémque fugit, tenebrisque pudorem
Cælat, & à cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus Epilogus.
Sint precor ista malo, nos vanum spernimus omen,
Nec cœptum dimittit iter, dominóque iacentem Coruus adulteriũ prodit.
Cum iuuene Æomonio vidisse Coronida narrat,

Hanc fabulam Hesiodus breuibus his versibus complexus est, vt Græcorum scholia docent.

τῶ μὲν γὰρ αγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς
Πιύθω ἐς ἠγαθέην καὶ ῥεφραδεν ἔργ' ἄιδηλα
Ποίβω ἀκερσε κόμη ὁτ' ἰοχυς γῆμε κορωνίν
Φοιλατίδης, φλεγυαο διογήνταο θυγάτρα.

Lau-

Ab ira Apollinis. Vis iræ. Pathos. *dabit. Querela, Coronis transfixa telo ab Apolline. Pathos. A pœnitẽtia. Periph. congeries, A simili. *iusta.

Laurea delapsa est audito crimine amantis,
Et pariter vultusq́ deo, plectrumq́, colorq́
Excidit, vtq́ animus tumida feruebat ab ira,
Arma assueta capit, flexumq́ à cornibus arcum
Tendit, & illa suo toties cum pectore iuncta,
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractóque à vulnere ferro,*
Candida puniceo perfudit membra cruore,
Et dixit, potui pœnas tibi Phœbe dedisse,
Sed peperisse priùs, duo nunc moriemur in vna,
Hactenus, & pariter vitam cum sanguine fudit,
Corpus inane animæ frigus lethale secutum est.
Pœnitet heu, seriò pœnæ crudelis amantem,
Séque, quod audierit, quòd sic exarserit, odit,
Odit auem, per quam crimen, causámque dolendi
Scire coactus erat, nec non arcumq́, manumq́.
Odit cumq́ manu temeraria tela, sagittas,
Collapsamq́ fouet, seráque ope vincere fata
Nititur, & medicas exercet inaniter arteis,
Quæ postquàm frustra tentata, rogumq́ parari
Vidit, & arsuros supremis ignibus artus,
Tum verò gemitus (neq́ enim cælestia tingi
Ora licet lacrymis) alto de corde petitos
Ædidit, haud aliter, quàm cùm spectante iuu
Lactantis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu,
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit amplexus, iniustaq́ busta peregit,
Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem
Semina, sed natum flammis, vteroq́ parentis

Erip

ripuit, geminiq; tulit Chironis in antrum.
erantemque sibi non falsæ præmia linguæ,
ter aues albas vetuit consistere coruum,
mifer interea diuinæ stirpis alumno
tus erat, mixtóque oneri gaudebat honore.
ce venit rutilis humeros protecta capillis
lia centauri, quam quondam nympha Cayci
uminis in rapidi ripis enixa vocauit
yrhoën, non hæc artes contenta paternas
didicisse fuit, fatorum arcana canebat.
go vbi vaticinos concepit mente furores,
caluitque deo, quem clausum pectore habebat,
spicit infantem, totiq; salutifer orbi
esce puer dixit. Tibi se mortalia sæpe
rpora debebunt, animas tibi reddere ademptas
s erit, idq; semel dijs indignantibus ausus,
sse dare hoc iterum flamma prohibebere auita:
ue deo corpus fies exangue, deusq;,
ui modo corpus eras, & bis tua fata nouabis.
quoque chare pater, non iam mortalis, & auis
nnibus vt maneas nascendi lege creatus,
sse mori cupies tum, cùm cruciabere diræ
nguine serpentis per saucia membra recepto,
que ex æterno patientem numina mortis
icient, replicésque dea tua filia resoluent.
labat fatis aliquid, suspirat ab imis
toribus, lacrymaq; genis labuntur obortæ,
que ita prauertunt, inquit, me fata, vetórque
ra loqui, vocisque meæ *praeluditur vsus.
on fuerant artes tanti, quæ numinis iram,

Chiron pædagogus.
Coruus ex albo fit niger.
Occasio fabulæ sequentis.
A genere.
Ocyrhoë vates.
Oracula atque adeo deorũ arcana prodit.
Ocyrhoë.
Apostrophe
A querela puellæ.
Pathos.
*præuertũtur.

Contra-

Contraxere mihi, mallem neſciſſe futura.
Iam mihi ſubduci facies humana videtur,
Iam cibus herba placet, iam latis currere campis
Impetus eſt, in equam, cognataque pectora veni
Tota tamen quare? Pater eſt mihi nempe biformis
Talia dicenti pars eſt extrema querela
Intellecta parum, confuſaque verba fuêrunt.
Mox nec verba quidem nec equæ ſonus ille videri
Sed ſimulantis equam, paruóque in tempore cer
Ædidit hinnitus, & brachia mouit in herbas.
Tum digiti coëunt, & quinos alligat vngueis
Perpetuo cornu leuis vngula, creſcit & oris,
Et colli ſpatium, longa pars maxima palla
Cauda fit, vtq; vagi crines per colla iacebant,
In dextras abiêre iubas, paritérque nouata eſt
Et vox, & facies, nomen quoq; monſtra dedêre
Flebat, opemq; tuam fruſtrà Philyrius heros,
Delphice, poſcebat. Nam nec reſcindere magn
Iuſſa Iouis poteras, nec ſi reſcindere poſſes,
Tunc aderas. Elim, Meſſeniáque arua coleba
Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis
Texit, onusq; fuit baculus ſylueſtris oliua,
Alternis diſpar ſeptenis fiſtula cannis.
Dumq; amor eſt curæ, dum te tua fiſtula mulc
Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues, videt has Atlantide Maia
Natus, & arte ſua ſyluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo, niſi natus in illo
Rure ſenex, Battum vicinia tota vocabat.
Diuitis hic ſaltus, herboſaque pascua Nelei,

Arguit à diſsimili. Acyrohë in equam.

hypotipoſis

Paraſceue

Ad aliam fabulam.

Apoſtrophé Appollo paſtor.

Ab habitu deſcribit paſtorem.

Occaſio ſequẽtis fabulæ.

A Batti perſona.

Nobiliumq3 greges custos seruabat equarum:
Hunc timuit, blandaque manu seduxit, & illi
Quisquis es hospes, ait, si forte armenta requiret
Hæc aliquis, vidisse nega, neu gratia facto Mimesis.
Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam,
Et dedit, accepta, voces has reddidit hospes. Gratitudo.
Tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur,
Et lapidem ostendit. Simulat Ioue natus abire.
Mox redit, & versa pariter cum voce figura, Quæstio.
Rustice vidisti si quas hoc limite, dixit Præmium
Ire boues, fer opem, furtoq3 silentia deme. Minatron
Iuncta suo pariter dabitur tibi fœmina tauro. Battologia
At senior postquam est merces geminata, sub illis Demonstratio.
Montibus inquit, erant, & erant sub montibus illis: Anadiplosis, qua pulchrè respõdet loquacitati Batti.
Risit Athlantiades, & me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis, ait? perituraque pectora vertit
In durum silicem, qui nunc quoque dicitur: Index,
Inq3 nihil merito vetus est infamia saxo.
Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis
Munychioq3 volans agros, gratámq3 Minervæ Battus mutatus in indicem.
Despiciebat humum, cultiq3 arbusta Licæi.
Illa forte die castæ de more puellæ Occasio in sequentis fabulæ,
Vertice suppositio festas in palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Inde reuertentes deus aspicit ales, iterq3 Lyceum gymnasiũ Athenis.
Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem. A simili.
Vt volucris visis rapidissima miluius extis,
Dum timet, & densi circumstant sacra ministri, Coaptatio
Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,
Spemq3 suam motis auidus circumuolat alis.

Collatio. per comparationem.

Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, & eadem circinat auras.
Quanto splendidior, quàm cætera sydera fulget
Lucifer, & quanto, quàm Lucifer aurea Phœbe,
Tanto virginibus præstantior omnibus Herse
Ibat, eratq; decus pompæ, comitumq; suarum.
Obstupuit forma Ioue natus, & æthere pendens

A simili amplificat

Non secus exarsit, quàm cùm Balearica plumbum
Funda iacit, volat illud, & incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter, cæloq; petit diuersa relicto:
Nec se dissimulat, tanta est fiducia formæ.

Acclamatio loco ætiologiæ.

Quæ quanquam iusta est, cura tamen adiuuat illam
Permulcetq; comas, chlamidemq;, vt pendeat aptè
Collocat, vt limbus, totumq; appareat aurum.

Ab habitu Mercurij, amplificat caduceus.

Vt teres in dextra, qua somnos ducit, & arcet,
Virga sit, vt tersis niteant talaria plantis.
Pars secreta domus ebore, & testudine cultos

Domus Cecropidis descriptio

Treis habuit thalamos, quorũ tu Pandrose dextri

Distributio.

Aglauros læuum, medium possiderat Herse.
Quæ tenuit læuum, venientem prima notauit

Commẽdat se Mercurius à genere.

Mercurium, nomenq; dei scitarier ausa est,
Et causſam aduentus, cui sic respondit Athlantis
Pleionesq; nepos, ego sum, qui iussa per auras
Verba patris porto, pater est mihi Iuppiter ipse,
Nec fingam causſas, tu tantùm fida sorori
Esse velis, prolisq; meæ matertera dici.

Intentio quæ petitionẽ exprimit.

Herse causſa viæ est, faueas, oramus amanti.
Aspicit hunc oculis iisdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ secreta Minerua,

Pr

roq3 ministerio magni sibi ponderis aurum
postulat, intereà tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes, Amplificatio.
Vt tanto penitus traxit suspiria motu,
Vt pariter pectus, positamq3 in pectore sorti
Ægida concuteret, subit hanc arcana profana
Detexisse manus, tum cùm sine matre creatam
Gemmiacam stirpem contra data fœdera vidit,
Ingratamq3 deo fore iam, ingratamq3 sorori, A causis odij.
Vt ditem sumpto, quod auara poposcerat, auro.
Protinus inuidiæ nigro squallentia tabo
Tecta petit, domus est imis in vallibus antri Descriptio domus inuidiæ.
Abdita, sole carens, non vlli peruia vento,
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne vacet semper, caligine semper abundet.
Huc vbi peruenit bello metuenda virago,
Constitit ante domum (neq3 enim succedere tectis
Fas habet) & postes extrema cuspide pulsat, A victu Inuidiæ.
Concussæ patuêre fores, videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum
Inuidiam, visaq3 oculos auertit, at illa
Surgit humo pigrè, semesarumq3 reliquit
Corpora serpentum, passuq3 incedit inerti.
Vtq3 deam vidit, formaq3, armisq3, decoram,
Ingemuit, vultumq3 dea ad suspiria duxit.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. Inuidiæ descriptio.
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes. A membris corporis.
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi fecêre dolores, Ab accidentibus,
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis,

Sed videt ingratos, intabescitq́ videndo,
Successus hominum carpitq́, & carpitur vnà,
Suppliciumq́ suum est, quamuis tamen oderat illa
Talibus affata est breuiter Tritonia dictis,
Infice tabe tua natarum Cæcropis vnam.
Sic opus est, Aglauros ea est, haud plura loquuta
Fugit, & impressa tellurem reppulit hasta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parua dedit, successorumq́ Minerua
Indoluit, baculumq́, capit, quem spinea tortum
Vincula cingebant, adopertaq́ nubibus atris,
Quacunq́ ingreditur florentia protulit arua.
Exuritq́ herbas, & summa papauera carpit,
Afflatuq́ suo populos, vrbesq́, domosq́
Polluit, & tandem Tritonida conspicit arcem
**Ingenijs, opibusq́, & festa pace nitentem,*
Vixq́ tenet lachrymas, quia nil lacrymabile cernit
Sed postquam thalamos intrauit Cæcrope natæ,
Iussa facit, pectusq́ manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia sentibus implet,
Inspiratq́ nocens virus, piceumq́ per ossa
Dissipat, & medio spargit pulmone veuenum.
Néue mali caussæ spatium per latius errent,
Caussæ cur inuidiam conceperit erga sororem.
Germanam ante oculos, fortunatumq́ sororis
Coniugium, pulchraq́ deûm sub imagine, ponit,
Cunctaq́ magna facit, quibus iritata dolore
Cæcropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit, lentaque miserrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto saucia sole.

Brachylogia.
Artificiosa
Ab inuidię natura.
Antiptosis.
Descriptio baculi inuidiæ.
Iter inuidiæ.
Fascinatio
*cacumina.
Ab vrbis studijs.
Exequitur mandatũ.
Inuidia.
Inuidię virus.
*immensis.

elicisq3 bonis aliter non vritur Herſes,
Quàm cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis,
Quæ neque dant flammas, liniq3 tepore cremantur. Ab affectibus inuidioſorum.
pe mori voluit, ne quidquam tale videret,
pe velut crimen rigido narrare parenti.
emq3 in aduerſo venientem limine ſedit
xcluſura deum, cum blandimenta, precesq3, Ironia.
erbaque iactanti, mitiſſima, deſine, dixit.
inc ego me non ſum, niſi te, motura, repulſo.
emus ait pacto velox Cyllenius iſto,
latasq3 fores virga patefecit, at illi
rgere conanti, partes quaſcunq3 ſedendo
ectimus, ignaua nequeunt grauitate moueri.
la quidem pugnat recto ſe attollere trunco, Comparatio.
d genuum iunctura riget, friguſq3 per vngues Applicatio
bitur, & pallent amiſſo ſanguine venæ.
tq3 malum latè ſolet immedicabile cancer Aglauros in lapidē.
rpere, & illæſas vitiatis addere partes,
lethalis hiems paulatim in pectora venit,
talesq3 vias, & reſpiramina clauſit.
ec conata loqui eſt, nec ſi conata fuiſſet,
cis habebat iter, ſaxum iam colla tenebat,
aq3 duruerant, ſignumq3 exangue ſedebat,
ec lapis albus erat, ſua mens infecerat illam.
us vbi verborum pœnas, mentisq3 prophanæ *aëra.
pit Athlantiades, dictas â Pallade terras Occaſio ſequentis fabulæ.
quit, & ingreditur iactatis *æthera pennis.
ocat hunc genitor, nec cauſſam faſſus amoris, Captatio
le miniſter, ait, iuſſorum nate meorum benevolentiæ Man-
le moram, ſubitoq3 celer delabere curſu,

Beneuolentiæ mãdatum exponit.
Quæque tuam matrem tellus à parte sinistra
Suspicit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete, quodq́ procul montano gramine pasci
Armentum regale vides, ad littora verte.
Periphrasis Phœniciæ.
Dixit, & expulsi iamdudum monte iuuenci,
Agenoris filia Europa adamata à Ioue.
Littora iussa petunt, vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyriis comitata solebat.
Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas, & amor: sceptri grauitate relicta
Gnome.
Ille pater, rectorq́ deũm, cui dextra trisulcis
Cõfirmat extemplo præsenti.
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem tauri, mixtusq́ iuuencis
Emphasis
Mugit, & in teneris formosus obambulat herbis.
Quippe viri color est, quem nec vestigia duri
Calcauêre pedis, nec soluit aquaticus Auster.
Colla thoris extant, armis palearia pendent,
*Cornua parua quidem, sed * qua contendere posses*
Descriptio tauri.
Facta manu, puraq́ magis perlucida gemma.
Collatio.
Nulla in fronte mina, nec formidabile lumen.
Pacem vultus habet, miratur Agenore nata,
Quòd tàm formosus, quòd prælia nulla minetur,
Sed quamuis mitem metuit contingere primo,
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
A timiditate puellę exclamatio poëtica
Gaudet amans, & dum veniat sperata voluptas,
Oscula dat manibus, vix ah, vix cætera differt,
Et nunc alludit, viridiq́ exultat in herba,
Nunc latus in fluuis mueum deponit arenis,
* nunc
*Paulatimq́ metu dempto, * modo pectora præbet*
Virginea palpanda manu, modo cornua sertis
Impedienda nouis, ausa est quoque regia virgo,

Nescia quem premeret, tergo considere tauri. Europa ab Ioue abdu cta, & vitia ta.
Tum deus à terra, siccoq; à littore sensim
Falsa pedum primis vestigia ponit in vndis,
Inde abit vlteriùs, mediq; per aquora ponti
Fert prædam, pauet hæc, littusq; ablata relictum
Respicit, & dextra cornu tenet, altera dorso
*Imposita est * tenues sinuantur flamine vestes.* *tremulæ

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER III.

Interea deus posita fallacis imagine tauri,
Se confessus erat, Dictaeaq; rura tenebat,
*Cùm pater ignarus * raptam perquirere Cadmo* *Enatam
Imperat, et pœnam, si non inuenerit, addit
Exilium, facto pius, & sceleratus eodem. Occasio sequentis fabulæ.
Orbe pererrato (quis enim deprendere posset
Furta Iouis?) profugus, patriamq;, iramq; parentis Antithesis
Vitat Agenorides, Phœbiq; oracula supplex Arguit ab impossibili.
Consulit, & quæ sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi Phœbus ait, solis occurret in aruis, Ab oraculo.
Nullum passa iugum, curuiq; immunis aratri,
Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba, Apollinis.
Mœnia fac condas, Bœotiaq; illa vocato. Bœotia à boue dicta iter Cadmi
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro,
Incustoditam lentè videt ire iuuencam,
Nullum seruitij signum ceruice gerentem,

Subsequitur, pressoq3 legit vestigia gressu,
A precib⁹. *Auctoremq3 viæ Phœbum taciturnus adorat.*
Iam vada Cephisi, Panopesq3 euaserat arua:
Bos stetit, & tollens speciosam cornibus altis
hipotyposis *Ad cælum frontem, mugitibus impulit auras.*
Atq3 ita respiciens comites sua terga sequentes
A gratiarũ *Procubuit, tenerasq3 latus submisit in herbas.*
actione. *Cadmus agit grates, peregrinaq3 oscula terræ*
A descrip- *Figit, & ignotos montesq3, agrosq3 salutat,*
tione loci. *Sacra Ioui facturus erat, iubet ire ministros,*
Et petere è viuis libandas fontibus vndas.
Sylua vetus stabat nulla violata securi,
Et specus in medio virgis, ac vimine densus,
A descrip- *Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,*
tione ser- *Uberibus fœcundus aquis, vbi conditus antro*
pentis. *Martius anguis erat, cristis præsignis, & auro,*
vibrant. *Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,*
Tresq3 micant linguæ, triplici stant ordine dentes.
Quem postquam Tyria lucum de gente profecti
Infausto tetigêre gradu, demissaq3 in vndas
Vrna dedit sonitum, longo caput extulit antro
Cæruleus serpens, horrendaque sibila misit,
Subiti ti- *Effluxêre vndæ manibus, sanguisq3 reliquit*
moris de- *Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus.*
scriptio. *Ille volubilibus squamosos nexibus orbes*
Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus,
Collatio. *Ac media plus parte leuem erectus in auras,*
Distribu- *Despicit omne nemus, tantoq3 est corpore, quanto*
tio. *Si totum spectes, geminas qui separat arctos.*
Nec mora Phœnicas, siue illi tela parabant,

fugam, siue ipse timor prohibebat vtrúmque,
pat hos morsu, longis complexibus illos,
necat afflatu, funesta hos tabe veneni.
rat exiguas iam sol altissimus vmbras.
mora sit socijs miratur Agenore natus,
igatq3 viros, tegimen direpta leonis
s erat, telum splendenti lancea ferro,
aculum, teloq3 animus præstantior omni.
nemus intrauit, lethataq3 corpora vidit,
torémque supra spatiosi corporis hostem,
stia sanguinea lambentem vulnera lingua,
vltor vestræ fidissima corpora mortis,
comes, inquit, ero. Dixit, dextráque molarem
ulit, & magnum magno conamine misit.
s impulsu, cùm turribus ardua celsis
enia mota forent, serpens sine vulnere mansit,
icaq3 modo squamis defensus, & atra
ritia pellis, validos cute reppulit ictus.
non duritia iaculum quoque vicit eâdem,
od medio lentę spinæ curuauine fixùm
stitit, & totum descendit in illa ferrum.
dolore ferox caput in sua terga retorsit.
lneraq3 aspexit, fixumq3 hastile momordit.
q3 vbi vi multa partem labefecit in omnem,
e tergo eripuit, ferrum tamen ossibus hesit.
m verò postquam solitas accessit ad iras
usa recens, plenis tumuêrunt guttura venis,
umaq3 pestiferos circumfluit albida rictus,
rraq3 rasa sonat squamis, quiq3 halitus exit,
e niger Stygio, vitiatas inficit herbas.

Periphrasis meridiei.
Ab armis Cadmi.
Hypotyposis.
A fide in socios per auersionē.
A simili.
Hiperbole.
Cadmi cō gressus cū serpente.
A vi vulneris.
Amplificatio.
A vi veneni.

A simili. *astat, à pugna Cadmi cũ serpente.

Ipse modo immensum spiris facientibus orbem
*Cingitur, interdum longa trabe rectior * extat,*
Impete nunc vasto, ceu consitus imbribus amnis
Fertur, & obstantes pertubat pectore syluas.
Cedit Agenorides paulùm, spolióque leonis
Sustinet incursus, instantiáque ora retardat
Cuspide protenta, furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes.
Iamq; venenifero sanguis manare palato
*Cœperat, & virides aspergine * tinxerat herbas.*

*texerat.

ἀιτιολογία.

Sed leue vulnus erat, quia se retrahebat ab ictu,
Lasaque colla dabat retro, plagámque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat:
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vsque sequens pressit, dum retro quercus eunti
Obstitit, & fixa est pariter cum robore ceruix.

ἔμφασις

Pondere serpentis curuata est arbor, & ima
Parte flagellari gemuit sua robora caudæ.

A prodigio amplificat μίμεσις.

Dum spatium victor victi considerat hostis,
Vox subito audita est, neq; erat cognoscere prom
Vnde, sed audita est, quid Agenore nate perem
Serpentem spectas? & tu spectabere serpens.

A stupore Cadmi.

Ille diu pauidus, pariter cum voce colorem
Perdiderat, gelidóque comæ terrore rigebant.

Exequitur mandatũ.

Ecce viri fautrix superas delapsa per auras
Pallas subitorum consiliorum inuentrix.
Pallas adest, motaq; iubet supponere terra
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impresso sulcum patefecit aratro.
Spargit humi iussos mortalia semina dentes,

Inde (fide maiùs) glebæ cœpêre moueri, Cadmus comparuit *hyporyboſis*
**Primaq; de ſulcis acies comparuit haſtæ,*
Tegmina nox capitum picto nutantia cono,
Mox humeri, pectúſque, oneratáque brachia telis *prauaque
Exiſtunt, creſcitque ſeges clypeata virorum.
Sic vbi tolluntur feſtis aulæa theatris, *Amplificat* ſimilitudine. Ex dentibus ſerpentinis homines. *Mymeſis.*
Surgere ſigna ſolent, primúmque oſtendere vultus,
Cætera paulatim, placidóque educta tenore
Tota patent, imóque pedes in margine ponunt.
Territus hoſte nouo Cadmus capere arma parabat.
Ne cape, de populo, quem terra creauerat, vnus
Exclamat, nec te ciuilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum Cadmæa victoria.
Cominus enſe ferit, iaculo cadit eminus ipſe,
Hic quoque, qui dederat letho, non longius illo
*Viuit, & exſpirat, modo quas * receperat auras,* * acceperat
Exemplóque pari furit omnis turba, ſuóque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Iamque breuis vitæ ſpatium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem, Epilogus.
Quinq; ſuperſtitibus, quorum fuit vnus Echion,
Ipſe ſua iecit humi monitu Tritonidis arma,
Fraternæq; fidem pacis petijtq;, deditq;.

A comitibus Cadmi in vrbe condenda.

Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes, Thebæ à Cadmo.
Quum poſuit iuſſam Phœbæis ſortibus vrbem.
Iam ſtabant Thebæ. Poteras iam Cadme videri *Apoſtrophe* ſimul.
Exilio fœlix, ſoceri tibi, Marſque, Venuſque, Occaſio ad ſequentem fabulam.
Contigerant, hûc adde genus de coniuge tanta,
Tot natos, nataſque, & pignora chara, nepotes,

Hos

Hos quoq; iam iuuenes. Sed ſcilicet VLTIM
ſemper

Cõgeries à ſententia Solonis.
Expectanda dies homini eſt, dicíq; beatus
Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.

A cauſa miſeriæ, eſtq; naratio figurata auerſione.
Prima nepos inter, res tot tibi Cadme ſecundas,
Cauſa fuit luctus, alienaq; cornua fronti
Addita, vóſque canes ſatiati ſanguine herili.

Arguita. fortuna.
At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo,
Nec ſcelus inuenies. Quod enim ſcelus error habebit?

Egreſsio ad Actæonis caſum
Mons erat infectus variarum cæde ferarum,
Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et ſol ex æquo meta diſtabat vtráque:

A loco.
Quum iuuenis placido per deuia luſtra vagantes

A temporis deſcriptione.
Participes operum compellat Hyantius ore.
Lina madent comites, ferrumq; cruore ferarum,
Fortunæq; dies habuit ſatis, altera lucem
Cùm croceis inuecta rotis Aurora relucet,

Mimeſis.
Propoſitum repetemus iter. Nunc Phœbus vtraq;
Diſtat idem terra, finditq; vaporibus arua.
Siſtite opus præſens, nodoſaq́ue tollite lina.
Iuſſa viri faciunt, intermittuntq; laborem.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu,

*ecura.
Chorographia.
*Nomine Gargaphia, ſuccincta *ſacra Diana,*
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu,

Ab antri deſcriptione.
Arte laboratum nulla, ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. Nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.

A fontis deſcriptione.
Fons ſonat à dextra tenui perlucidus vnda,
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.
Hic dea venatu ſyluarum feſſa ſolebat

Virg

irgineos artus liquido perfundere rore,
uo poſtquàm ſubijt, nympharum tradidit vni — Ab officio nymphārū
rmigera iaculum, pharetramq;, arcúſq; retentos.
ltera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ.
ncla duæ pedibus demunt. Nam doctior illis
nenis Crocale ſparſos per colla capillos
lligit in nodum, quamuis erat ipſa ſolutis.
cipiunt laticem Nymphæq; Hyaleq;, Rhanisqúe
Pſecas & Phiale, fundúntque capacibus vrnis.
mque ibi perluitur ſolita Titania lympha,
e nepos Cadmi dilata parte laborum
nemus ignotum non certis paſſibus errans
uenit in lucum, ſic illum fata ferebant.
ſimul intrauit rorantia fontibus antra,
t erant nudæ, viſo, ſua pectora Nymphæ
cuſſere viro, ſubitiſque vlulatibus omne — A nymphā rū perturbatione.
leuêre nemus, circumfuſæq; Dianam
oribus texêre ſuis, tamen altior illis
dea eſt, colloque temus ſupereminet omneis.

Comparatio, qua explicat formam Dianæ.

color infectis aduerſi ſolis ab ictu
bibus eſſe ſolet, aut purpureæ aurorę,
it in vultu viſa ſine veſte Diana.
quanquam comitum turba eſt ſtipata ſuarum, — Collatio.
tus obliquum tamen aſtitit, oraq; retrò
it, & vt vellet *promtas habuiſſe ſagittas, — *poſitas μίμησις
s habuit, ſic hauſit aquas, vultúmque virilem
udit, ſpargénſque comas vltricibus vndis,
idit hæc cladis prænuntia verba futuræ,
ac tibi me poſito viſam velamine narres,

Ironica concessio. Actæon in ceruum.

Si poteris, narrare licet, nec plura minata est.
Dat sparso capiti viuacis cornua cerui,
Dat spatium collo, summasqúe cacuminat aures,
Cum pedibusq́ manus, cum longis brachia mutat
Cruribus, & velat maculoso vellere corpus,

Amplificat à consequentibus mutationem.

* Autonoeius.

*Additus & pauor est, fugit * Autoneius heros,*
Et se tàm celerem cursu miratur in ipso.
Vt verò vultus, & cornua vidit in vnda,
Me miserum dicturus erat, vox nulla sequuta est.

Pathos.

Ingemuit, vox illa fuit, lachrymaq́ per ora
Non sua fluxêrunt, mens tantùm pristina mansit.

Dubitatio

Quid faciat? repetatne domum, & regalia tecta?
An lateat syluis? timor hoc, pudor impedit illud.

Catalogus canum Actęonis.

Dum dubitat, vidêre canes, primusq́ Melampus
Ichnobatésque sagax latratu signa dedêrunt,
Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.

A genere. hyperbole.

Inde ruunt alij, rapida velocius aura
Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades
Nebrophonosq́ valẽs, & trux cum Lælape Theron
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylæúsque ferox, nuper percussus ab apro,
Déque lupo concepta Nape, pecudesqúe sequuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus,
Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.
Et Dromas, & Canache, Stictéq́, et Tigris &
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris,
Præualidúsque Lacon, & cursu fortis Aëllo,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo

Harp

rpalos, et Melaneus, hirſutaq; corpore Lachne,
patre Dictæo, ſed matre Laconide nati
ros, & * Aglaodos, & acutæ vocis Hylactor.
oſq; referre mora eſt, ea turba cupidine prædæ
rupes, ſcopulóſque, aditúque carentia ſaxa,
áq; eſt difficilis, quaq; eſt via nulla, ſequuntur.
fugit, per quæ fuerat loca ſæpe ſequutus,
u famulos fugit ille ſuos: clamare libebat,
æon ego ſum, dominum cognoſcite veſtrum,
rba animo deſunt, reſonat latratibus æther.
ma Melanchætes in tergo vulnera fecit,
xima Theridamas, ⊙ reſitrophus hæſit in armo.
rdius exierant, ſed per compendia montis
cipitata via eſt, dominum retinentibus illis,
era turba coit, confertq; in corpore dentes.
loca vulneribus deſunt, gemit ille, ſonumq;
ſi non hominis, quem non tamen ædere poſſit
uus habet, mœſtisq; replet iuga nota querelis,
enibus pronis ſupplex, ſimilisq; roganti
umfert tacitos, tanquam ſua brachia, vultus.
comites rapidum ſolitis * hortatibus agmen
ri inſtigant, oculisq; Actæona quærunt,
velut abſentem certatim Actæona clamant.
nomen caput ille refert, & abeſſe queruntur,
c capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
let abeſſe quidem, ſed adeſt, vellétque videri,
n etiam ſentire canum fera facta ſuorum,
diq; circumſtant, merſisq; in corpore roſtris,
aceraut falſi dominum ſub imagine cerui.
c niſi, finita per plurima vulnera vita,

* Agriodos. zinonimia. Pathos. exclamatio Mymeſis. Pathetici.

Amplificatio. Pathos. Ab adorãtiũ geſtu. * clamoribus. ethopoia. A canum fœuitia. Pathos. Actæon à canib⁹ dilaceratur.

Ira

Vis inuidiæ.

Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ.

Amplificat à varietate opinionum. Estque hæc παρεκβασις ad insequentem fabulam.

Rumor in ambiguo est, aliis violentior æquo
Visa dea est, alij laudant, dignamq; seuera
Virginitate vocant, pars inuenit vtraque causs
Sola Iouis coniunx, non tam culpétne, probétne
Eloquitur, quàm clade domus ab Agenore ducte
Gaudet, & à Tyria collectum pellice transfert
In generis socios odium, subit ecce priori
Caussa recens, grauidamq; dolet de semine magn
Esse Iouis Semelen, tum linguam ad iurgia solu

Semele ex Ioue grauida.

Profeci quid enim toties per iurgia, dixit?

Oratio Iunonis, iratæ indignationis plena.

Reiectio.

Ipsa petenda mibi, est, ipsam si maxima Iuno

A sua persona.

Rite vocor, perdam, si me gemmantia dextra

Ironia.

Sceptra tenere decet, si sum regina, Iouisq;
Et soror, & coniunx, certè soror, at puto furto e
Contenta, & thalami breuis est iniuria nostri.
Concipit, id deerat, manifestaq; crimina pleno

A maiore.

Fert vtero, & mater, quod vix mihi contigit vn

Exclamatio.

De Ioue vult fieri, tanta est fiducia formæ.

Deieratio.

Fallat eam faxo, nec sim Saturnia, si non

*De.

**Ab Ioue mersa suo Stygias penetrârit ad vn*

Anus descriptio.

Surgit ab his solio, fulvaq; recondita nube,
Limen adit Semeles, nec nubes ante remouit,

Iuno in Beroën.

Quâm simulauit anum, posuitque ad tẽpora c
*Sulcauitque cutem rugis, & curua*trementi*

*rigenti

*Membra tulit *gressu, vocem quoque fecit anil*

*passu

Ipsaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.

Ergo vbi captato sermone, diuq; loquendo — Ab oportuno.
Ad nomen venêre Iouis, suspirat, & opto, — Astutiam spectate aniculæ
Iuppiter vt sit (ait) metuo tamen omnia, multi — Ratio
Nomine diuorum thalamos inîere pudicos, — Cõsilium Iunonis.
Nec tamen esse Iouem satis est, det pignus amoris, — Pollicitatio.
Si modo verus is est, quantusq;, & qualis ab alta — A iuramẽto.
Iunone excipitur, tantus, talisq;, rogato, — Petitionis expositio.
Det tibi complexus, suaque ante insignia sumat. — Styx deorũ timor.
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formârat, rogat illa Iouem sine nomine munus.
Cui deus, elige (ait) nullam patiêre repulsam.
Quoq; magis credas, Stygij quoque conscia sunto,
Numina torrentis, timor, & deus ille deorum est.
Læta malo, nimiumq; potens, perituraq; amantis
Obsequio Semele, qualem Saturnia dixit,
Te solet amplecti, Veneris quum fœdus initis,
Da mihi te talem, voluit deus ora loquentis
Opprimere, exierat iam vox properata sub auras. — Pathos.
Ingemuit. Neque enim non hæc optasse, nec ille
Non iurasse potest. Ergo mœstissimus altum
Æthera conscendit, vultuq; sequentia traxit
Nubila, queis nymbos, immixtaq; fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
Qua tamen vsq; potest vires sibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa,
Nunc armatur eo, nimium feritatis in illo est.
Est aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum — Ratio.
Tertia, flammaq; minus, minus addit iræ. — Collatio.
Tela secunda vocant superi, capit illa, domumq; — Secunda fulmina.
Intrat Agenoream, corpus mortale tumultus

Bacchus in fuitur femori Iouis.
Non tulit æthereos, donisq; iugalibus arsit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioq; tener (si credere dignum est)
Insuitur femori, maternaq; tempora complet.

Bacchi partus.
Furtim illum primis Ino matertera cunis

Bacchi educatio.
Educat, inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluêre suis, lactisq; alimenta dedere.
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur,

Occasio insequentis fabulæ.
Tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi,
Forte Iouem memorant diffusum nectare curas
Sepositisse graues, vacuaq; agitasse remissos

Narratio fabulæ.
Cum Iunone iocos, & maior vestra profecto est,
Quam qua contingit maribus, dixisse, voluptas.
Illa negat, placuit, quæ sit sententia docti

A facili.
Quærere Tiresiæ, Venus huic erat vtraq; nota

Tiresias in fœminam
Nam duo magnorum viridi coëuntia sylua
Corpora serpentum baculi violauerat ictu,

Admisceet aliam fabulam.
Deq; viro factus (mirabile) fœmina septem
Egerat autumnos, octauo rursus eosdem

Mimesis.
Vidit, & est vestræ si tanta potentia plagæ,
Dixit, vt autoris sortem in contraria mutet.
Nunc quoque vos feriam, percussis anguibus ipsa
Forma prior redijt, genitiuaq; venit imago,
Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa
Dicta Iouis firmat, grauius Saturnia iusto,

Ab indecenti.
Nec pro materia, fertur doluisse, suiq;

A beneuolẽtia Iouis.
Indicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiquam
Facta dei fecisse deo) pro lumine adempto

Tiresias augur.
Scire futura dedit, pœnamq; leuauit honore.

Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes
Irreprehensa dabat populo responsa petenti.
*Prima fide, vociq́ue *ratæ tentamina sumpsit*
Cærula Liriope, quam quondam flumine curuo
Implicuit, caussaq́; suis Cephisus in vndis
Vim tulit, enixa est vtero pulcherrima pleno
Infantem, Nymphæ iam tunc qui posset amari,
Narcissumq́; vocat, de quo consultus, an esset
Tempora matura visurus longa senecta,
Fatidicus vates, si se non nouerit, inquit.
Vana diu visa est vox auguris, exitus illam
Rexq́; probat lethiq́; genus, nouitásque furoris.
Namq́; ter ad quinos vnum Cephisius annos
Addiderat, poterátque puer, iuuenisque videri.
*Multi illum iuuenes, multa *cupiêre puellæ.*
Sed fuit in tenera tàm dura superbia forma,
Nulli illum iuuenes, nullæ tetigêre puellæ.
Aspicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo non vox erat, & tamen vsum
Garrula non alium, quàm nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis, vt verba nouissima posset.
Fecerat hoc Iuno, quia quum deprendere posset
Sub Ioue sæpe suo nymphas in monte iacentes,
Illa deam longo prudens sermone tenebat,
Dũ fugerent nymphæ. Postquàm hæc Saturnia sensit,
Huius ait linguæ, qua sum delusa, potestas
Parua tibi dabitur, vociſque breuissimus vsus,
Reque minas firmat, tamen hæc in fine loquendi

παρασκευὴ ad aliam fabulam.
*datæ
A persona Narcissus.
Responsum vatis.
Ab ætate.
* Nũ quater.
*petiêre Notat superbiẽtem in forma iuuenem.
Alia fabula
A persona Echus.
Digressiũcula, amplificat similitudine, vt ostendat qua caussa mutata sit Echo in vocem.
Mimesis.

Ingeminat voces, auditaque verba reportat.
Ergo vbi Narcissum per deuia rura vagantem
Redit ad fabulam. *Vidit, & incaluit, sequitur vestigia furtim,*
Amplificat à similitudine. *Quoq; magis sequitur, flamma propiore calescit:*
Non aliter, quam cum summis circumlita taedis
Admotas rapiunt vinacia sulfura flammas.
Exclamatio poëtica. *O quoties voluit blandis accedere dictis,*
Ab affectu. *Et molles adhibere preces, natura *repugnat,*
*recusat *Nec sinit incipiat, sed quod sinit, illa parata est*
Hipallage. *Expectare sonos, ad quos sua verba remittat.*
Mimesis. *Forte puer comitum seductus ab agmine fido,*
*ecquis. *Dixerat, *hic quis adest? & adest, respõderat Echo,*
Hic stupet, atq; aciem partes dimisit in omnes,
Voce veni magna clamat, vocat illa vocantem.
Respicit, & rursus nullo veniente, quid inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, verba recepit.
Perstat, & alterna deceptus imagine vocis,
Huc coëamus ait, nulliq; libentius vnquam
Responsura sono, coëamus rettulit Echo,
Et verbis fauet ipsa suis, egressáque sylua
Ibat, vt iniceret sperato brachia collo.
Ille fugit, fugiensq; manus complexibus aufert,
Ante ait, emoriar, quàm sit tibi copia nostri,
Rettulit illa nihil, nisi sit tibi copia nostri,
Spreta latet syluis, pudibundaq; frondibus ora
A vi amoris. *Protegit, & solis ex illo viuit in antris.*
*pudore. *Sed tamen haret amor, crescitq; *dolore repulsæ.*
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Adducitq; cutem macies, & in aëra succus
Corporis omnis abit. Vox tãtum, atq; ossa supersunt.

Vox

Vox manet, ossa ferunt lapidis traxisse figuram. Echo in saxum.
Inde latet syluis, nullóque in monte videtur. Epilogut.
Omnibus auditur, sonus est, qui viuit in illa.
Sic hanc, sic alias *vndis, aut montibus ortas *Syluis.
Luserat hic nymphas, sic cœtus ante virîles,
Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens, Mimesis.
Sic amet ipse licet, sic non potiatur amato, Imprecatio.
Dixerat, assensit precibus Rhamnusia iustis.
Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis, A fontis descriptione.
Quem neq; pastores, neq; pasta in monte capella A puritate
Contigerant, aliúdue pecus, quem nulla volucris,
Nec fera turbârat, nec lapsus ab arbore ramus.
Gramen erat circa, quod proximus humor alebat,
Syluaq; sole locum passura tepescere nullo.
Hîc puer, & studio venandi lassus, & æstu, Ab amœnitate.
Procubuit, faciemq; loci, fontémque sequutus.
Dumq; sitim sedare cupit, sitis altera creuit. Arguit ab opportuno.
Dumq; bibit, visæ correptus imagine formæ,
Spem sine corpore amat, corpus putat esse, quod vm- bra est. Antithesis.
Ac stupet ipse sibi vultuque immotus eodem
Hæret, vt è Pario formatum marmore signum. A natura stupefacti.
Spectat humi positus, geminum ceu lumina sydus, A simili.
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines, Amplificat collatione
Impubésque genas, & eburnea colla, decusque, Narcissi formam.
Oris, & in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaque miratur, quibus est miserabilis ipse.
Se cupit imprudens, & qui probat, ipse probatur.
Dumque petit, petitur, patiturque accẽdit, & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti, Pathos.
In medias quoties, visum captantia collum

Inporypoſis
Brachia merſit aquas, nec ſe deprendit in illis.
Quid videat, neſcit, ſed quod videt, vritur illo,
Atq; oculis idem, qui decipit, incitat error,
Credule, quid fruſtrà ſimulacra fugacia capeas?

Apoſtrophe Pathetica.
Quod petis, eſt nuſquã, quod amas auertere, perde
Iſta repercuſſe, quam cernis, imaginis vmbra eſt.
Nil habet iſta ſui, tecum venitque, manetque,
Tecum diſcedet, ſi tu diſcedere poſſis.

Amplificatio.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt, ſed opaca fuſus in herba
Metonimia.
Spectat inexpleto mendacem lumine formam.
Perque oculos perit ipſe ſuos, paulumque leuatus
Querimonia, cui bellè ſeruit crebrius.
Ad circumſtantes tendens ſua brachia ſyluas,
Ecquis Io ſyluæ, crudelius (inquit) amauit?
Scitis enim, & multis latebra opportuna fuiſtis,
ἐρώτημα.
Ecquam, quum veſtra tot agantur ſæcula vitæ,
Qui ſic tabuerit, longo meminiſtis in æuo?
Antimetabole.
Et placet, & video, ſed quod videoque, placetque,
Non tamen inuenio, tantus tenet error amantem.
Epiphonema.
Quoq; magis doleam, non nos mare ſeparat ingens
Quod itidem querelam exaggerat.
Nec via, nec montes, nec clauſis mœnia portis.
Exigua prohibemur aqua, cupit ipſe teneri.
Nam quoties liquidis porreximus oſcula lymphis,
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Collatio à loco.
Poſſe putes tangi, minimũ eſt, quod amantibus obſtat
Apoſtrophe.
Quiſquis es hûc exi, quid me puer vnice fallis?
Quóue petitus abis? certè nec forma, nec ætas
Ad imaginem commendat.
Eſt mea, quam fugias, & amârũt me quoq; nymphæ
Spem mihi neſcio quam, vultu promittis amico.
Quumque ego porrexi tibi brachia, porrigis vltrò:

Qui

Quum risi, arrides, lacrymas quoque sæpe notaui,
Me lacrymante, tuas, nutu quoq; signa remittit,
Et quantum motu formosi suspicor oris,
Verba refers, aures non peruenientia nostras.
Iste ego sum, sensi, nec me mea fallit imago,
Error amore mei, flammas moueoque, feroque.
Quid faciam? roger, an ne rogē? quid deinde rogabo?
Quod cupio, meum est, inopem me copia fecit.
Vtinam à nostro secedere corpore possem.
Totū in amāte nouū est, vellē, quod amamus, abesset.
Iamque dolor vires adimit, nec tempora vitæ
Longa meæ superant, primóque extinguior in æuo.
Nec mihi mors grauis est, posituro morte dolores.
Hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset
Nunc duo concordes anima moriemur in vna.
Dixit, & ad faciem rediit malesanus eandem,
Et lacrymis turbauit aquas, obscuraq; moto
Reddita forma lacu est, quam quum vidisset abire,
Quò refugis? remane, nec me crudelis amantem
Desere, clamauit. Liceat quod tangere non est,
Aspicere, & misero præbere alimenta furori.
Dumque dolet, summo vestem diduxit ab ore,
Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis.
Pectora traxērunt tenuem percussa ruborem,
Non aliter, quàm poma solent, quæ candida parte,
Parte rubent, aut vt varijs solet vna racemis
Ducere purpureum, nondum matura colorem.
Quæ simul aspexit liquefacta rursus in vnda,
Non tulit vlterius, sed vt intabescere flaua
Igne leui cæra, matutinæque pruinæ

se à forma, & ætate amantis.
Ab indicijs colligit amorem mutuum.
Aporeia.
Agnominatio.
A voto insolentia.
A præsenti miseria.
Pathos.
Mimesis.
Ab affectu
A doloris impatiētia
A comparatione amplificat.
A simili.

Sole tepente ſolent, ſic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni,
Et neque iam color eſt mixto candore rubori,
Ab affectibus occulti amoris. *Nec vigor, & vires, & quæ modo viſa placebant,*
Nec corpus remanet, quondã quod amauerat Echo.
Quæ tamen vt vidit, quàmuis irata, memórque,
Mimeſis. *Indoluit, quotiesq; puer miſerabilis eheu,*
Dixerat, hac reſonis iterabat vocibus eheu.
Quumq; ſuos manibus percuſſerat ille lacertos,
Hac quoq; reddebat ſonitum plangoris eundem.
Vltima vox ſolitam fuit hac ſpectantis in vndam.
Amplificatio. *Heu fruſtra dilecte puer, totidémque remiſit*
Verba locus, dictóque vale, vale inquit & Echo.
Ille caput viridi feſſum ſubmiſit in herba,
Lumina mors clauſit domini mirantia formam.
Narciſſus amoris impatiẽs moritur, & in florem ſui nominis mutatur. *Tum quoque ſe, poſtquam eſt inferna ſede receptus,*
In Stygia ſpectabat aqua, planxêre ſorores
Naiades, & ſectos fratri impoſuêre capillos.
Planxêrunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo.
Iamq; rogum, quaſſasq; faces, feretrumq; parabant
Nuſquam corpus erat, croceum pro corpore florem
Epilogus, & paraſceue ad ſequentem fabulam. *Inueniunt, foliis medium cingentibus albis.*
Cognita res vatis meritam per Achaidas vrbes
Attulerat famam, noménque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus vnus,
A perſona *Contemptor ſuperûm Pentheus, præſagaque ridet*
Verba ſenis, tenebras, & cladem lucis ademtæ
Mimeſis. *Obiecit, ille mouens albentia tempora canis,*
Hypotypoſis. *Quàm felix eſſes, ſi tu quoque lumnis huius*
Admiratio *Orbus ait, fieres, nec Bacchica ſacra videres.*

Na

Namq; dies aderit, quam non procul auguror esse,
Qua nouus hûc veniet proles Semelëia Liber.
Quem nisi templorum fueris dignatus honore,
Mille lacer spergêre locis, & sanguine syluas
Fœdabis, matrémque tuam, matrisque sorores.
**Eueniet. Neque enim dignabere numen honore*
Meq; sub his tenebris nimium vidisse quereris.
Talia dicentem perturbat Echione natus.
Dicta fides sequitur, responsaq; vatis aguntur.
Liber adest, festisq; fremunt vlulatibus agri.
Turba ruit, mixtæque viris matresque, nurusque,
Et vulgus, proceresq; ignota ad sacra feruntur,
Quis furor anguigenæ proles mauortia vestras
Attollit mentes? Pentheus ait, ærane tantum
Ære repulsa valent? & adunco tibia cornu?
Et magica fraudes? vt quos non bellicus ensis,
Non tuba terruerit, non stricti agmina telis,
Fœmineæ voces, & mota insania vino,
Obscœniq; greges, & inania tympana vincant?
Vósne senes mirer, qui longa per æquora vecti
A Tyro hac profugos posuistis sede penates,
Nunc sinitis sine Marte capi? vos ne, acrior ætas
O iuuenes, propiorq; mea, quos arma tenere
Non thyrsos, galeaque tegi, non fronde decebat?
Este precor memores, qua sitis stirpe creati.
Illiusq; animos, qui multos perdidit vnus,
*Sumite serpentis, pro *fontibus ille, lacúque*
Interiit, at vos pro fama vincite vestra.
Ille dedit letho fortes, vos vincite molles,
Et patrium retinete decus, si fata vetabunt

Vaticiniũ. Pẽtheo datum & Pẽthei casus
*Et veniet Narratio fabulæ.
Orgiũ descriptio.
Increpatio qua simul cõtemnit Bacchi sacra.
Ab indigno. A maiore.
Collatio p ãtithesim
Apostrophe. ad senes.
apostrophe ad iuuenes.
Enãtiosis. Adhortat à maiorũ virtute, & audacia.
Antithesis.
*frõdibus
A maiore

Stare

A voto amplificat.

Stare diu Thebas, vtinam tormenta, viriqúe,
Mœnia diruerent, ignis, ferrumq́ sonaret.
Essemus miseri sine crimine, sorsq́ querenda,
Non cælanda feret, lacrymæq́ pudore carerent.

Ab indigno, & ꝑsona Bacchi. Antithesis.

At nunc à puero Thebæ capientur inermi,
Quem neq́ bella iuuat, nec tela, nec vsus equorum,
Sed madidi Myrrha crines, mollésque corenæ,
Purpuraq́, & pictis intextum vestibus aurum.

A commi natione Arguit a possibili, idq́; ꝓbat exemplo à minori ad maius. Mimesis.

Quem quidem ego actutum: modo vos assistite, coga
Assumptumqúe patrem, commentaq́ sacra fateri.
An satis Acrisio est animi contemnere vanum
Numen? & Argolicas venienti claudere portas?
Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducémque
Attrahite hùc vinctum, iussis mora segnis abesto.

A proteruitate Pēthei A simili.

Hũc auus, hunc Athamas, hunc cætera turba suo
Corripiunt dictis, frustráque inhibere laborant.
Acrior admonitu est, iritatusqúe, retenta
Et crescit rabies, moderaminaq́ ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, quâ nil obstabat eunti,
Lenius, & modico strepitu decurrere vidi.
At quacunq́ trabes, obstructaq́ saxa tenebant,*
Spumeus, & feruens, & ab obice sæuior ibat,
Ecce cruentati redeunt. & Bacchus vbi esset,
Quærenti domino, Bacchum vidisse negârunt,
Hunc dixêre tamen comitem, famulumq́ sacrori
Cepimus, & tradunt manibus post tergas ligatis*

* reuinctis A furore Pēthei, qui īdicta causa suppli-

Sacra dei quondam Tyrrhena gente secutum,
Aspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
Fecerat, & quanquam vix pœnæ tempora differt.

O pe

periture, tuaq́ alijs documenta dature
Morte ait, æde tuum nomen, noménque parentum,
t patriam, morisque noui cur sacra frequentes,
le metu vacuus, nomen mihi dixit* Acœtes,
atria Mæonia est, humili de plebe parentes,
Non mihi, quæ duri colerent, pater, arua iuuenci,
anigerósue greges, non vlla armenta reliquit,
auper & ipse fuit, linóque solebat, & hamis
ecipere, & calamo salientes ducere pisces.
rs illi sua sensus erat. Cum traderet artem.
ccipe quas habeo, studij successor, & hæres,
ixit opes, moriensq́ mihi nihil ille reliquit,
ater aquas, vnum hoc pssum appellare paternum.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in ijsdem,
ddidici regimen dextra moderante, carinæ,
ectere, & Oleniæ sydus pluuiale capellæ,
aygeténque, Hiadasq́ oculis, Arctonq́ notaui,
entorumqúe domos, & portus puppibus aptos.
rte petens Delon, Chiæ telluris ad oras
pplicor, & dextris adducor littora remis,
óque leues saltus, vdæq́ immitor arenæ.
Mox vbi consumpta est, aurora rubescere primo
eperat, exurgo, laticésque inferre recentes
dmoneo, monstróque viam, quæ ducit ad vndas.
se quid aura mihi tumulo promittat ab alto
rospicio, comitésque voco, repetóque carinam.
dsumus en, inquit, sociorum primus Opheltes,
tq́ putat prædam deserto nactus in agro,
irginea puerum ducit per littora forma.
le mero, somnóque grauis titubare videtur,

ciũ de capto sperabat.
Amplificat à questione Pẽthei.
*Acestes.
A nomine.
A patria.
A genere.
Periphrasis.
Ab arte.
Prosopopœia.
Parentis exspirãtis ad filium.
A studio.
Periphrasis.
Narratio quæ continet occasionẽ sequentis fabulæ.
Mimesis.
A persona Pueri.

Vixque

Arguit a coniectura dubia. Repetitio. Instandi causa. A precatione. A cætis A persona Dyctios. celeusma. epiphonema.

Vixq́ sequi, specto cultum, faciémque, gradúmque,
Nil ibi, quod credi posset mortale, videbam.
Et sensi, & dixi socijs, quod numen in isto
Corpore sit dubito, sed corpore numen in isto est.
Quisquis es ô faueas, nostrisqúe laboribus adsis,
His quoqúe des veniam, pro nobis mitte precari,
Dyctis ait, quo non alius conscendere summas
Ocyor antennas, prensoq́ rudente relabi,
Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melantus,
Hoc probat Alcimedon, & qui requiemq́, modũ
Voce dabat remis animorum hortator Epopeus.
Hoc omnes alij, prędæ tàm cæca cupido est.
Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi, pars hîc mihi maxima iuris.
Inq́ aditu obsisto, furit audacissimus omni

A patria, & scelere describit eum, quod pertinet ad pi[illegible] *non*, & credibile.

De numero Lycabas, qui Thusca pulsus ab vrbe,
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi, dum resto, iuuenili guttura pugno
Rupit, & excussum misisset in æquora, si non
Hæsissem quamuis amens, in fune retentus.

Simile. *Mimisis.* per *pisma*,

Impia turba probat factum, tum denique Bacc[illegible]
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus
Sit sopor, atque mero redeant in pectora sensus,
Quid facitis? quis clamor ait? qua dicite naut[illegible]
Hûc ope perueni? quò me deferre paratis?
Pone metum Proreus, & quos contingere portus
Ede velis, dixit, terra sistêre petita.
Naxon, ait liber, cursus aduertite vestros,

lla mihi domus est, vobis erit hospita tellus. Responsū Bacchi.
er mare fallaces, perq; omnia numina iurant,
ic fore, meq; iubent pictæ dare vela carina,
extera naxos erat, dextra mihi lintea danti,
uid facis ô demẽs? quis te furor, inquit, *Opheltes A iuramento.
o se quisque timet, læuam pete, maxima nutu *Acestes
rs mihi significat, pars, quid velit, aure susurrat. Mimesis. Eleipsis.
stupui, capiatq; aliquis moderamina dixi, verbi pertinet ad
eque ministerio scelerisq;, artisque remoui. Deinosin.
repor à cunctis, totumq; immurmurat agmen. Ironia.
uibus Ethalion, te scilicet omnis in vno
stra salus posita est, ait, & subit, ipse, meumque A Bacchi simulatione.
olet opus, Naxoque, petit diuersa, relicta.
n deus *illudens, tanquam modo deniq; fraudem *alludens
erit, è puppi pontum prospectat adunca, A sua & naturam persona.
enti similis, non hæc mihi littora nautæ
misistis ait, non hæc mihi terra rogata est. Ab exēplo
o merui pœnam facto? quæ gloria vestra est, Antithesis
erum iuuenes, si multi fallitis vnum? Pathos.
dudum flebam, lacrymas manus impia nostras A iuramento.
t, & impellit properantibus æquora remis.
ibi nunc ipsum (neque enim præsentior illo Comparatio.
eus) adiuro tàm me tibi vera referre,
n veri maiora fide, stetit æquore puppis,
d aliter, quàm si siccum nauale teneret.
dmirantes, remorum in verbere perstant, Ab habitu Bacchi.
q; deducunt, geminâque ope currere tentant. Periphrasis.
diunt hedera remos, nexuq; recuruo Thirsi Anastrophe
nt, & grauidis distinguunt vela corymbis.
acemiferis frontem circundatus vuis

Pampi-

A comitibus. Bacchi. Mimesis.

Pampineis agitat velatam frondibus hastam,
Quem tygres circa, & simulacra immania lyncum,
Pictarumq; iacent fera corpora pantherarum.
Exiluêre viri, siue hoc insania fecit,
Siue timor, primusq; Medon nigrescere pinnis,
Corpore depresso & spina curuamine flecti
Incipit, huic Lycabas, in quæ miracula dixit
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, squamamq; cutis durata trahebat.
At Libys obstantes dum vult obuertere remos.

Nautæ Tyrrheni in delphinos.

In spatium resilire manus breue vidit, & illas
Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.

Amplificat à similitudine qua explicit formã caudæ.

Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit, truncóque repandus in v
Corpore desiluit, falcata nouissima cauda est,
Qualia dimidiæ sinuantur cornua lunæ.
Vndiq; dant saltus, multaq; aspergine rorant,
Emerguntq; iterum, redeuntq; sub æquora rur

A consequentibus nationem. Respicit autem p naturam piscium, qui miros lusus ædere dicuntu Plinium.

Inq; chori ludunt speciem, lasciuaq; iactant
Corpora, & acceptum patulis mare naribus
De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Restabam solus, pauidus, gelidusq; trementi

*Chiamq; *terris.

Corpore, vix animum firmat deus, excute, dic

Respõsum, Penthei.

Corde metum Diamq; tene, delatus in illam,*

Redit ad

Accessi sacris, Baccheaq; sacra frequento.*
Prabuimus longis, Pentheus, ambagibus aur
Inquit, vt ira mora vires absumere posset.

P

Præcipitem famuli rapite hunc, cruciatáq; duris fabulam.
Corpora tormentis Stygiæ dimittite morti.
Protinus abstractus solidis Tyrrhenus * *A cœtes* *Aceſtes
Clauditur in tectis, & dum crudelia iussæ
Instrumenta necis, ferrumq;, ignésque parantur, Repetitio.
Sponte sua patuisse fores, lapsasq; lacertis
Sponte sua (fama est) nullo soluente cathenas.
Perstat Echionides, nec iam iubet ire, sed ipse
Vadit, vbi festus facienda ad sacra Cithæron
Cantibus, & clara bacchantum voce sonabat.
Vt fremit acer equus, cùm bellicus ære canoro Cõpardtio
Signa dedit tubicen, pugnaq; assumit amorem:
Penthea sic ictus longis vlulatibus æther Applicatio Topographia.
Mouit, & audito clamore recanduit ira.
Monte ferè medio est, cingentibus vltima syluis, Anadiplosis vehemẽtiæ causa.
Purus ab arboribus spectabilis vndique campus,
Hîc oculis illum cernentem sacra profanis Mimesis
Prima videt, prima est insano concita cursu, Pentheus à Bacchis discerpitur
Prima suum misso violauit Pentea Thyrso
Mater, & ô gemina clamauit adeste sorores,
Ille aper in nostris errat qui maximus agris, A penitẽtia Pẽthei.
Ille mihi feriendus aper, ruit omnis in vnum
Turba furens, cuncta coëunt, trepidumq; sequuntur,
Iam trepidũ, iam verba minus violenta loquentem,
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem,
Saucius ille tamen fer opem matertera dixit Ab exemplo.
Autonoë. Moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa quis Actæon nescit, dextramq; precantis
Abstulit, Inoo lacerata est altera raptu,
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat, Pathos.

Truncæ

Truncaſed oſtendens deiectis vulnera membris,
Aſpice mater, ait, viſis vlulauit Agaue,
Collaq; iactauit, crinemq; per aëra mouit,
Amplificat à ſimili. *Auulſumque caput digitis complexa cruentis,*
Clamat, Io comites, opus hoc victoria noſtra eſt.
Epilogus fabulæ. *Non citiùs frondes autumni frigore tactas,*
Iamq; male hærentes alta rapit arbore ventus,
Quam ſunt membra viri manibus direpta nefan
Talibus exemplis monita noua ſacra frequentant
Thuraq; dant, ſanctasq; colunt Iſmenides ara.

P. OVIDII NA

SONIS METAMORPHO-

SEON LIBER IIII.

Aitiologia

AT non Alcithoë Mineïas Orgia ce
Accipienda dei, ſed adhuc temer
Bacchum,
Progeniem negat eſſe Iouis, ſociaſque
reres
Impietatis habet, feſtum celebrare ſacerdos
Immunesq; operum famulas, dominaſque ſuoru
Ritibus ſacrificij. *Pectora pelle tegi, crinales ſoluere vittas,*
Serta comis, manibus frondentes ſumere Thyrſ
Iuſſerat, & ſeuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat, parent matresq;, nuruſque,
Digreſsiũcula in laudes bacchi. *Telaſque, & calathos, infectaq; penſa reponunt,*
Thuraq; dant, Bacchumq; vocãt, Bromiõq; Ly
Ignigenaque, ſatumque iterum, ſolumq; bimatre

Add

Additur his Nyſæus, indetonſusq3 Thyoneus, A cognomentis.
Et cum Lenæo, genialis conſitor vuæ,
Nyctileusq3, Eleleusq3 parens, & Iacchus, et Euan,
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes. Tibi enī incōſumta iuuēta eſt. Ab ætate
Tu puer æternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo, tibi, cùm ſine cornibus aſtas,
Virgineum caput eſt, oriens tibi victus, aduſq3 A forma.
Decolor extremo qua cingitur India Gange. A victoria.
Penthea tu venerande, bipenniferumq2 Lycurgum
Sacrilegos mactas, Tyrrhenaq3 mittis in æquor
*Corpora, tu bijugum * pictis inſignia frænis* *pictisq;
Colla premis lyncum, Bacche, ſatyriq3 ſequuntur, A comitibus.
Quiq́ue ſenex ferula titubantes ebribus artus Bacchi.
Suſtinet, & pando non fortiter hæret aſello. Periphraſis Sileni.
Quacunq3 ingrederis, clamor iuuenilis, & vnà
Fœmineæ voces, impulſaq3 tympana palmis,
Concauaq3 æra ſonant, longoq3 foramine buxus. Redit ad fabulam.
Placatus, mitisq3, rogant Iſmenides, adſis,
Iuſſaque ſacra colunt. Solæ Mineides intus
Intempeſtiua turbantes feſta Minerua,
Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant,
Aut hærent telæ, famulasq3 laboribus vrgent.
*E quibus vna leui deducens pollicet * filum,* *fuſum
Dum ceſſant aliæ, commentaque ſacra frequentant, Inuitatio ad fabularum narrationem.
Nos quoq2, quas Pallas, melior dea, detinet, inquit,
Vtile opus manuum vario ſermone leuemus,
Perq3 vices aliquid, quod tempora longa videri
Non ſinat, in medium vacuas referamus ad aures. Apoſtrophe
Dicta probant, primamq2 iubent narrare ſorores, Dercetis in

piscem. *Illa quid è multis referat (nam plurima nôrat)*
*Dereeti *Cogitat, & dubia est de te Babylonia narret*
Semiramis **Decreti, quam versa squamis velantibus artus*
in colũbã *Stagna Palæstini credunt coluisse figura,*
Nais in *An magis vt sumptis illius filia pennis,*
piscem.
*mõtibus *Extremos altis in * turribus egerit annos.*
Ab alia fa- *Nais an vt cantu, nimiumq; potentibus herbis*
bula per *Verterit in tacitos iuuenilia corpora pisces,*
dubitatio- *Donec idem passa est: an quæ poma alba ferebat,*
nem. *Vt nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.*
Attentio. *Hæc placet, hæc quoniam vulgaris fabula non est,*
Talibus orsa modis, lana sua fila sequente.
Narratio. *Pyramus & Thysbe, iuuenum pulcherrimus alter,*
A persona. *Altera, quas oriens habuit, præiata puellis.*
A loco. *Contiguas habuêre domos, vbi dicitur altam*
Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.
Notitiam, primósque gradus vicinia fecit.
Tempore creuit amor, taedæ quoq; iure coîssent,
Antithetõ *Sed vetuêre patres, quod non potuêre vetare.*
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conscius omnis abest, nutu, signisq; loquuntur.
*Tectus *Quoq; magis tegitur * tanto magis æstuat ignis.*
Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
Allegoria. *Cum fieret paries domui communis vtriq;,*
A tempore *Id vitium nulli per sæcula longa notatum,*
verisimile. *Quid non sentit amor? primi vidistis amantes,*
Noëma *Et vocis fecistis iter, tutæq; per illud*
Per acclamationẽ. *Murmure blanditiæ minimo trasire solebant.*
Expostula- *Sæpe ibi constiterant, hinc Thysbe, Pyramus illinc,*
tio ama- *Inq; vices fuerat captatus anhelitus oris,*

In

nuide, dicebant, paries quid amantibus obstas? toria.
Quantum erat vt sineres toto nos corpore iungi? ἐξουτενίσμος
Aut hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres,
Nec sumus ingrati, tibi nos debere fatemur, Occupatio
Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.
Talia diuersa nequidquam sede locuti,
Sub noctem dixêre vale, partiq́; dedêre
Oscula quisq́; suæ, non peruenientia contrà.
Postera nocturnos Aurora remouerat ignes,
Solque pruinosas radijs siccauerat herbas, A tempore
Ad solitum coiêre locum, tum murmure paruo
*Multa priùs questi statuunt * sub nocte silenti* *in Consiliũ
Fallere custodes, foribusq́; excedere tentant,
Cumq́; domo exierint, vrbis quoque tecta relinquant.
Néue sit errandum, lato spatiantibus aruo,
Conueniant ad busta Nini, lateantq́; sub vmbra
Arboris, arbor ibi niueis vberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti. Ab arboris descriptione.
Pacta placent, & lux, tardè discedere visa,
*Præcipitatur aquis, & aquis nox * exit ad ijsdem.* Ab amantium affectibus.
Callida per tenebras versato cardine Thysbe
Egreditur, fallitq́; suos, adopertaque vultum, * surgit.
Peruenit ad tumulum, dictaq́; sub arbore sedit, A circumstantia.
Audacem faciebat amor, venit ecce recenti
Cæde leæna boum spumantes oblita rictus, Occupatio
Depositura sitim vicini fontis in vnda.
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thysbe
Vidit, & obscurum timido pede fugit in antrum.
Dumq́; fugit, tergo velamina lapsa relinquit.
Vt lea sæua sitim multa compescuit vnda,

Dum redit in ſyluas, inuentos ſorte ſine ipſa*
Ore cruentato, tenues lamiauit amictus.
Serius egreſſus, veſtigia vidit in alto
Puluere certa fera, totoq́3 expalluit ore
Pyramus, vt verò vectem quoque ſanguine tinctam
Reperit vna duos (inquit) nos perdet amantes,
E quibus illa fuit longa digniſſima vita.
Noſtra nocens anima eſt, ego te miſeranda peremi,
In loca plena metus, qui iuſſi nocte venires,
Nec prior hûc veni, noſtrum diuellite corpus,
Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu,
O, quicunq́3 ſub hac habitatis rupe, leones.
Sed timidi eſt optare necem, velamina Thyſbes
Tollit, & ad pacta ſecum fert arboris vmbram.
Vtq́3 dedit nota lacrymas, dedit oſcula veſti,
Accipe nunc, inquit, noſtri quoq3 ſanguinis hauſtus.
Quoq́3 erat accinctus, demiſit in Ilia ferrum.
Nec mora, feruenti moriens è vulnere traxit,
Et iacuit reſupinus humi, cruor emicat alte,
Non aliter, quàm cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenui ſtridente foramine, longas
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.
Arborei fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaq́3 ſanguine radix,
Purpureo tingit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum poſito, ne fallat amantem,
Illa redit, iuuenemq́3 oculis, animoque requirit,
Quantaq́3 vitarit, narrare pericula geſtit.
Vtq́3 locum, & viſam cognoſcit in arbore formam,
Sic facit incertam pomi color, haret an hæc ſit.

* ſorte.
Cõqueſtus Pyrami.
Apoſtrophe pathetica.
Apoſtrophe ad leones
Correctio νοημα-τικὴ παθος.
*ſe confert Pyramus amoris impatiẽtia ſibi ipſi manus infert.
A ſimili.
A timore.
Amplificat

Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
Membra solum, retroq3 pedem tulit, oraq3 buxo
Pallidiora gerens, exhorruit aequoris instar,
Quod fremit, exigua cùm summum stringitur aura.
Sed postquam remorata, suos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos,
Et laniata comas, amplexaq3 corpus* amatum,
Vulnera suppleuit lacrymis, fletumq3 cruori
Miscuit, & gelidis in vultibus oscula figens,
Pyrame clamauit, quis te mihi casus ademit?
Pyrame responde, tua te charissima Thysbe
Nominat, exaudi, vultusq3 attolle iacentes.
Ad nomen Thysbes, oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, visaq3 recondidit illa.
Quae postquàm vestemq3 suam cognouit, & ense
Vidit ebur vacuum, tua te manus (inquit) amorq3
Perdidit infelix, est & mihi fortis in vnum
Hec manus, est & amor, dabit hic in vulnera vires.
Persequar extinctum, lethiq3 miserrima dicar
Causa, comesq3 tui, quiq3 à me morte reuelli,
Heu, sola poteras, poteris nec morte reuelli,
His tamen amborum verbis estote rogati,
O multum miseriq3 mei, illiusq3 parentes,
Et quos certus amor, quos hora nouissima iunxit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu, quae ramis, arbor miserabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum,
Signa tene cadis, pullosq3, & luctibus aptos,
Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.
Dixit, & aptato pectus mucrone sub imum

Comparatio.

A luctibus Thysbes *amantis.

Mimesis. Pathos. A circunstantijs.

Querela amatoria. Estq; insignis ethopœia.

A vi amorem arguit Exclamatio.

A petitiõe per auersionem.

Apostrephe Ad morũ.

Thysbe ferro incũbit.
Incubuit ferro, quod adhuc à cæde tepebat.
Vota tamen tetigêre deos, tetigêre parentes.
Nam color in pomo est, vbi permaturuit, ater
Quodq; rogis superest, vna requiescit in vrna.
Pathos.
Ratio.
Transitus ad aliam fabulam.
Desierat, mediumq; fuit breue tempus, & ora est
Dicere Leucothoe, vocem tenuêre sorores
Hunc quoq; syderea qui temperat omnia luce
Cepit amor Solem: Solis referamus amores.
Propositio Homerica
Primus adulterium Veneris cum Marte putat
Ratio.
Hic vidisse Deus, videt hic deus omnia primus.
*nemus
Indoluit facto, Iunonigenaq; marito
A stupore mariti.
Furta thori, furtiq; locum monstrauit, at illi
Consilium ex tẽpore.
*Et *mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,*
Collatio Vulcanus mulciber
Excidit, extemplo graciles ex ære cathenas,
Venus cũ Marte deprehensi in adulterio.
Retiaq; & laqueos, quæ lumina fallere possent,
Elimat. Non illud opus tenuissima vincant
Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno.
Vtq; leues tactus, momentaq; parua sequantur
Efficit, & lecto circundata collocat aptè
Vt venêre thorum coniux, & adulter in vnum,
Arte viri, vinclisque noua ratione paratis,
In medijs ambo deprensi amplexibus hærent.
Insidiæ.
*Mimesis.
Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas,
Epilogus.
Admisitq; deos, illi iacuêre ligati
Vindicta Veneris.
Turpiter, atque aliquis de dijs non tristibus, optu
Sic fieri turpis. Superi risêre, diuq;
Quæ causa amoris solis.
Hæc fuit in toto notissima fabula cælo.
Exigit indicij memorem Cytherëia pœnam,
Inq; vices illum, tectos qui læsit amores,
Lædit amore pari, quid nunc Hyperione nate

Forma, colorq3 tibi, radiataque lumina prosunt? Apostrophe
Nempe tuis omnes qui terras ignibus vris,
Veteris igne nouo, quiq3 omnia cernere debes, Ab affectib amantiũ.
Leucothoën spectas, & virgine figis in vna,
Quos mundo debes, oculos, modo surgis Eoo
Temperiùs cælo, modo serius incidis vndis.
Spectandiq3 mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum, vitiumq3 in lumina mentis
Transit, & obscurus mortalia pectora terres,
Nec tibi, quod Lunæ terris propioris imago
Obstiterit, palles, facit hunc amor ipse colorem. Cõfutatio
Diligis hanc vnam, nec te Clymenéque, Rhodóque, à cõiectura
Nec tenet Æaa genetrix pulcherrima Circes, A vehemẽtia amoris
Quaq3 tuos, Clytie, quamuis despecta petebat *tenebat
Concubitus, ipsóque illo graue vulnus habebat Apollinis
Tempore. Leucothoë multarum obliuia fecit, amor erga Leucothoën.
Gentis odifera, quàm formosissima partu
Ædidit Eurynome, sed postquàm filia creuit, A genere.
Quàm mater cunctas, tàm matrem filia vicit. A forma.
Rexit Achemenias vrbes pater Orchamus, isq3 Collatio.
Septimus à prisco muneratur origine Belo. A parentũ præstantia.
Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum, Topographia.
Ambrosiam pro gramine habent, ea fessa diurnis Ambrosia
Membra ministerijs nutrit, reparatq3 labori Sol in Eurynomen.
Dumq3 ibi quadrupedes cælestia pabula carpunt,
Noxq3 vicem peragit, thalamos deus intrat amatos,
Versus in Eurynomes faciem genitricis, & inter
Bis sex Leucothoën famulas ad lumina cernit
Lenia versato ducentem stamina *fuso.* *filio
Ergo vbi ceu mater chara dedit oscula natæ, Mimesis.

Res ait arcana est, famula discedite, neue
*arripite. *Eripite arbitrium matri secreta loquendi.*
*relicto. *Paruerant, thalamoque deus sine teste * relictus,*
A persona cõmẽdatio à timore puellæ. *Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,*
Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
Mundi oculus, mihi crede, places, pauet illa, meti
Et colus, & fusi digitis cecidêre remissis.
Ipse timor decuit, nec longius ille moratus
In veram rediit speciem, solitumq; nitorem.
At virgo, quamuis inopino territa visu,
Victa nitore dei, posita vim passa querela est.
Iuuidit Clytie (neque enim moderatus in illa
Solis amor fuerat) stimulataq; pellicis ira,
Vulgat adulterium, diffamatumq; parenti
A parentis crudelitate Leucothea defoditur viua. *Indicat, ille ferox, immansuetusq; precantem,*
Tendentemq; manus ad lumina solis, & ille
Vim tulit inuita, dicentem, defodit alta
Crudus humo, tumulumq; super grauis addit aru
Apostrophe Ad Leucothoën. *Dissipat hunc radijs Hyperione natus, iterq;*
Dat tibi, quo possis defossos promere vultus,
Nec tu iam poteras enectum pondere terræ
Collatio à dolore solis. *Tollere nympha caput, corpusque exangue iacen*
Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in viuum tentat reuocare calorem.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,
Nectare odorato sparsit, corpusque, locumq;
*cõquestus Leucothoë *Multaq; *perquestus, tanges tamen athera, dixit.*
Protinus imbutum calesti nectare corpus

*De

Delicuit, terramq; suo madefecit odore, in virgam thuris.
Virgaq; per glebas sensim radicibus actis *delicuit.
Thurea surrexit, tumulumq; cacumine rupit.
Vt Clytien, quamuis amor excusare dolorem,
Indiciumq; dolor poterat, non amplius autor
Lucis adit, Veneriq; modum sibi fecit in illa. Antectit aliâ fabulâ
Fabuit ex illo dementer amoribus vsa *ab illa.
Nympharum impatiens, & sub Ioue nocte, diéque *madidis.
Sedit humo nuda *nudis incompta capillis. Pathos.
Terq; nouem luces expers vndæq;, cibiq́ue, Periphrasis.
Rare mero, lacrymisq́ue suis ieiunia pauit, Solis.
Nec se mouit humo, tantùm spectabat euntis Auiamoris.
Ora dei, vultusq́ue suos *flectebat ad illum. *vertebat
Membra ferunt hæsisse solo, partémque coloris Clytie in Heliotropium.
Luridus exangues pallor conuertit in herbas.
Est in parte rubor, violaq; similimus ora Descriptio Heliotropij.
Flos tegit, illa suum, quamuis radice tenetur,
Vertitur ad solem, mutataque seruat amorem.
Dixerat, & factum mirabile ceperat aures,
Pars fieri potuisse negant, pars omnia veros Epilogus.
Posse deos memorant, sed non est Bacchus in illis.
Positur Alcithoë, postquàm siluêre sorores,
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores Preteritio.
Daphnidis Idæi, quem nymphæ pellicis ira, Epiphonema.
Contulit in saxum, tantus dolor vrit amantes.
Nec loquar, vt quondam naturæ iure nouato Schiton in fœminã.
Ambiguus fuerit, modo vir, modo fœmina, Scython.
Teq́uoq; nunc adamas, quondam fidissime paruo Apostrophe.
Celme Ioui, largoq; satos curetas ab imbri,

Et Crocon in paruos verſum cum Smilace flores
Locus attentionis. Præterea, dulciq́ue animos nouitate tenebo.
Proponit. Vnde ſit infamis, quare male fortibus vndis
Salmacis fons. Salmacis eneruet, tactosq́; remolliat artus
Narratio fabulæ. Diſcite, cauſa latet, vis eſt notiſſima fontis.
A genere. Mercurio puerum diua Cythereïde natum
Ab educatione. Naiades Idæis enutriuêre ſub antris.
A forma. Cuius erat facies, in qua materq́;, patrq́;,
A nomine. Cognoſci poſſent, nomen quoque traxit ab illis.
Ab ætate. Is tria cùm primùm fecit quinquennia, montes
A ſtudio. Deſeruit patrios, Idaq́; altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat, ſtudio minuente laborem.
Ille etiam Lycias vrbes, Lyciaq́; propinquos
A loco. Caras adit, videt hic ſtagnum lucentis ad imum
Fõtis deſcriptio. Vſq; ſolum lymphæ, non illîc canna paluſtris,
Nec ſteriles vluæ, nec acuta cuſpide iunci,
Perſpicuus liquor eſt, ſtagni tamen vltima viuo
Ceſpite cinguntur, ſemperq́; virentibus herbis,
A ſtudio nymphæ. Nympha colit, ſed nec venantibus apta, nec arcus
Salmacis amat Hermaphroditum. Flectere quæ ſoleat, nec quæ contendere curſu,
Mimeſis. Solaq́; Naiadum celeri non nota Diana.
Sæpe ſuas illi fama eſt, dixiſſe ſorores,
Salmaci vel iaculum, vel pictas ſume pharetras,
Et tua cum duris venatibus otia miſce.
Antithetõ. Nec iaculum ſumit, nec pictas illa pharetras,
Nec ſua cum duris venatibus otia miſcet.
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus,
Sæpe Cytheriaco deducit pectine crines.
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit vndas.

Nunc perlucenti circundata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Sepe legit flores, & tunc quoque forte legebat,
Cum puerum vidit, visumq; optauit habere.
Nec tamen ante adyt, & si properabat adire,
Quàm se composuit, quàm circumspexit amictus.
Et finxit vultum, & meruit formosa videri.
Tunc sic orsa loqui, puer ô dignissime, credi
Esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,
Siue es mortalis, qui te genuêre beati.
Et mater felix, & fortunata profectò,
*Si qua tibi soror est, & quæ dedit *vbera nutrix.*
Sed longè cunctis, longéque beatior illa est,
Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tæda,
**Hæc tibi siue aliqua est, mea sit furtiua voluptas,*
Seu nulla est, ego sim, thalamumq; ineamus eundem.
Nais ab his tacuit, pueri rubor ora notauit.
Nescit quid sit amor, sed & erubuisse decêbat.
*Hic color aprica pendentibus arbore *pomis,*
Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
Cùm frustrà resonant æra auxiliaria Lunæ.
Poscenti nymphæ sine fine sororia saltem
Oscula, iamq; manus ad eburnea colla ferenti,
Desinis, aut fugio, tecumq; (ait) ista relinquo.
Salmacis extimui, locáq; hæc tibi libera trado
Hospes (ait) simulatq; gradu discedere verso.
Tum quoq; respiciens, fruticumq; recondita sylua
Delituit, flexóque genu submisit, at illa
Vt puer, & vacuus, & inobseruatus in herbis
Hûc ait, & hinc illûc, & in alludentibus vndis

Ab amantium affectibus. Insinuatio blanda. Collatio Intētio loco propositionis. *olcula.

*nunc

A simili amplicat, *malis

Mimesis hipotyposis Ab ætate. arguit.

Summa

Summa pedum, talóque tenus vestigia tingit.
Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Amor in oculis. *Tum vero obstupuit, nudaq; cupidine formæ*
Salmacis exarsit, flagrant quoque lumina nympha,
Cõparatio *Non aliter, quàm cùm puro nitidissimus orbe*
Opposita speculi referitur imagine Phœbus.
Vixq; moram patitur, vix iam sua gaudia differt,
Ab affect. amãtium. *Iam cupit amplecti, iam se male continet amens.*
Similitudinibus il lustrat. *Ille canis velox applauso corpore palmis*
Desilit in latices, alternáque brachia iactans,
In liquidis translucet aquis, vt eburnea si quis
Mimesis. *Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.*
Vicimus, & meus est exclamat Nais, & omni
Veste procul iacta, medijs immittitur vndis,
Apallage. *Pugnantemq; tenet, luctantiaque oscula carpit,*
inuictaq; *Subiectaq; manu × inuitaque pectora tangit,*
Et nunc hàc iuueni, nunc circunfunditur illàc.
Deniq; × nitentem contrà, elabiq; volentem
Compara tio. *Implicat vt serpens, quam regia sustinet ales,*
Sublimémque rapit, pendens caput illa, pedésque
A simili. *Alligat, & cauda spatiantes implicat alas,*
Vtque solent hederæ longos intexere truncos,
Vt ve sub æquoribus deprensum polypus hostem
Continet, ex omni demissis parte flagellis.
Perstat Athlantiades, speratáque gaudia nympha
Mimesis. *Denegat, illa premit, demissaq; corpore toto*
Sicut inhærebat, pugnes licet improbe (dixit)
Non tamen effugies, ita dij iubeatis, & istum
Nulla dies à me nec me diducat ab isto.

Vos

Vota ſuus habuêre deos. Nam mixta duorum
Corpora iunguntur, faciesq; inducitur illis
Vna, velut ſi quis conducat cortice ramos
Creſcendo iungi, pariterq; adoleſcere cernat.
Sic vbi complexu coiêrunt membra tenaci,
Nec duo ſunt, ſed forma duplex, nec fœmina dici,
Nec puer vt poſſit, neutrumque, & vtrūq; videtur.
Ergo vbi ſe liquidas, quò vir deſcenderat, vndas
Semimarem feciſſe videt, mollitáque in illis
Membra, manus tendens, ſed iam non voce virili,
Harmaphroditus (ait) nato date munera veſtro
Et pater, & genitrix, amborum nomen habenti.
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir, & tactis ſubito molleſcat in vndis.
Motus vtérque parens, nati rata verba biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis, & adhuc Mineia proles
Vrget opus, ſpernitque deum, feſtumq; profanat,
Tympana cùm ſubito, non apparentia, raucis
Obſtrepuêre ſonis, & adunco tibia cornu,
Tinnulaque æra ſonant, & olent myrrhaq;, crociq;,
Resque fide maior, cœpere vireſcere tela,
Inque hedera faciem pendens frondeſcere veſtis.
*Pars abit in * vites, & quæ modo fila fuerunt,*
Palmite mutantur, de ſtamine pampinus exit.
Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
Iamq; dies exactus erat, tempusque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubia confinia noctis,
Tecta repente quati, pinguesque ardere videntur

A voto Ex Hermaphrodito & Salmacide vnū corpus Ratio.
A ſimili.
Adaptatio
A voto amplificat Salmacis effeminat
Redit ab fabulam.
Mineidū
A Bacchātium ritu.
* frondes hypotipoſis
Deſcriptio crepuſculi.

Lampa-

Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes.
Falsaqua sæuarum simulacra vlulare ferarum.
Fumida iamdudum latitant per tecta sorores.
Mineides in vespertiliones *tenent* A natura vespertilionum. *Diuersaqúe locis, ac lumina vitant.*
*Dumq3 * petũt tenebras, paruos mẽbrana per artus*
Porrigitur, tenuesqúe includunt brachia pennæ.
Nec qua perdiderint veterem ratione figuram,
Scire sinunt tenebræ, non illas pluma leuauit,
Sustinuêre tamen se perlucentibus alis.
Vespertiliones à vespere. *Conataqúe loqui, minimam pro corpore vocem*
Emittunt, peraguntqúe leues stridore querelas,
Tectaqúe, non syluas celebrant, lucémque perosæ
A nomine præparatio ad sequentem fabulam *Nocte volant. seroqúe tenent à vespere nomen,*
Tum verô totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat, magnasqúe noui matertera vires
Narrat vbiqúe dei, de totqúe sororibus expers
Vna doloris, nisi quem fecêre sorores.
Aspicit hanc natis, thalamóque Athamãtis habe
Arguit à minore. *Sublimes animos, & alumni numine Iuno,*
Indignatio per ironiam. *Non tulit, & secum, potuit de pellice natus*
Vertere Maonios, pelagoqúe immergere nautas,
Ab exẽplo se confirmat. *Et laceranda sua nati dare viscera matri,*
Et triplices operire nouis Mineidas alis,
Nil poterit Iuno nisi inulios flere dolores?
Idq3 mihi satis est, hæc vna potentia nostra est,
Ipse docet, quid agam, fas est, & ab hoste doceri.
Quidq3 furor valeat Penthea cæde, satisqúe,
Descriptio viæ, q̃ ducit ad inferos. *Ac super ostendit, quur non stimuletur, eatq3*
Per cognata suis exempla sororibus Ino?
Est via decliuis, funesta nubila taxo,

D

Ducit ad infernas per *multa silentia sedes. *muta.
Styx nebulas exhalat iners, vmbraque recentes
Descendunt *illûc, simulacraq; functa sepulcris, *al. illac.
Pallor, hiemsq; tenent late loca septa, nouiq;, A circumstantijs.
Quâ sit iter, manes, Stygiam quod ducat ad vrbem, Feferorum descriptio.
Ignorant, vbi sit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas, Ab vrbis magnitudine.
Vrbs habet, vtq; fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli A simili.
Exiguus populo est, turbámue accedere sentit,
Errant exangues sine corpore, & ossibus vmbræ, Ab officijs vmbrarũ.
Parsq; forum celebrant. pars imi tecta tyranni,
Pars aliquas artes, antiquæ imitamina vitæ
Exercent, aliam partem sua pœna coërcet. Ex aggerat antithesi.
Sustinet ire illûc, cæsti sede relicta
Tantum odijs, iraq; dabat Saturnia Iuno. Acclamatio.
Quò simul intrauit, sacroq; à corpore pressum
Intremuit limen, tria Cerberus extulit ora,
Et treis latratus simul edidit, illa sorores Cerberus triceps.
Nocte vocat gemitas, graue, & implicabile numen, Eumenides.
Carcere ante fores clausas adamante sedebant,
Deq; suis atros pectebant crinibus angues.
Quam simul agnorunt inter caliginis vmbras, A loco
Surrexêre deæ, sedes scelerata vocatur. Tityus: Apostrophe.
Viscera prębebat Tityus lamianda, nouemq;
Iugeribus distractus erat, tibi Tantale nullæ Tantalus.
Deprendũtur aquæ, quęque imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut vrges rituruum Sisyphe saxum. Sisyphus.
Volnitur Ixion, & se sequiturq;, fugitque. Apostrophe.
Dolirique suis lethum patruelibus ausæ

Assiduè

Assiduè repetunt, quas perdunt, Belides vndas.
Danaides. *Quos omnes facie postquàm Saturnia torua*
Vidit, & ante omnes Ixiona, rursus ab illo
Sisyphon aspiciens, quur hic è fratribus, inquit,
Mimesis. *Perpetuas patitur pœnas? Athamanta superbus*
Ab iusto. *Regia diues habet? qui me cum coniuge semper*
Arguit ab impietate *Spreuit? & exponit causas odijque, viæque,*
Athamãtis Cõsiliũ *Quidque velit. Quod vellet, erat, ne regia Cadmi*
*sorores *Staret, & in facinus traherent Athamãta *furor*
Seruat decorũ iratę. *Imperium, promissa, præces, confundit in vnum,*
Solicitatque deas, sic hæc Iunone loquuta,
Tisiphone canos, vt erat turbata, capillos
Ab habitu. *Monit, & *obstantes reiecit ab ore colubros,*
Atque ita, non longis opus est ambagibus, inquit,
*extantes *Facta puta, quæcunque iubes, inamabile regnum*
Desere, téque refer cæli melioris ad auras.
Antithetõ *Læta redit Iuno, quam cælum intrare parantem*
Roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.
Expiatio. *Nec mora, Tisiphone madefactam sanguine sum*
Ab apparatu, & vestitu. *Importuna facem, fluidoque cruore rubentem*
Induitur pallam, tortóque incingitur angue,
Furiarum ornatus. *Egreditur que domo, luctus comitatur euntem,*
Et pauor, & terror, trepidóque insania vultu.
A comitibus Tisiphones hyperbole. *Limine constiterat, postes tremuisse feruntur*
Æolij, pallórque fores infecit acernas.
Sólque locum fugit, monstris exterrita coniunx,
Territus est Athamas, tectóque exire parabant.
Obstitit infelix, aditumque obsedit Erynnis,
Nexáque viperis distendens brachia nodis
Cæsariem excussit, mota sonuêre colubræ.

Pár

Pars q3 iacent humeris, pars circum pectora lapsæ — Distributio.
Sibila, saniémque vomunt, linguisque coruscant.
Inde duos medijs abrupit crinibus angues,
Postiferúque manu raptos immisit, at illi — Exequitur consilium Tisiphone
Nodosq3 sinus, Athamanteósque pererrant.
Inspirantque graues animos, nec vulnera membris
Vlla ferunt, mens est, quæ *diros sentiat ictus. — A vulneris natura.
Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni
Oris Cerberei spumas, & virus echidnæ, — *duros
Errorésque vagos, cæcaq3 obliuia mentis, — Pharmaci furibundi descriptio.
Et scelus, et lachrymas, rabiémque, et cædis amorem:
Omnia trita simul, quæ sanguine *mixta recenti — *tincta
Coxerat ære cauo viridi versata cicuta.
Dumq3 pauent illi, vertit furiale venenum
*Pectus in amborum, præcordiaq3 intima mouit. — *Vultus Epilogus.
Tum face iactata per eundem sæpius orbem,
Consequitur motis velociter ignibus ignes.
Sic victrix, iussiq3 potens, ad inania magni — Athamas furit.
Regna redit Ditis, sumtúmpque recingitur anguem.
Protinus Æolides media furibundus in aula — Ab errore mentis.
Clamat, Io comites, his retia tendite syluis:
Hîc modò cum gemina visa est mihi prole leæna.
Vtque fera, sequitur vestigia coniugis amens, — Hypotyposis.
Deq3 sinu matris ridentem, & parua Learchum — Pathos.
Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras
More rotat funda, rigidóque infantia saxo
Discutit ora ferox, tum denique concita mater,
Seu dolor hoc fecit, seu sparsi caussa veneni,
Exululat, sparsisq3 fugit male sana capillis:
Teque ferens paruum nudis Melicerta lacertis, — Apostrophe

Athamas furens vxorem,& filium Learchum interfecit.

Euohe Bacche sonat, Bacchi sub nomine Iuno
Risit, & hos vsus praestet tibi dixit, alumnus.
Iminet aequoribus scopulus, pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas,
Summa rigent, frontemq; in apertum porrigit aq

Ironia.

Occupat hunc (vires insana fecerat) n,

Scopuli descriptio.

Séque super pontum nullo tardata timore
Mittit, onusq; suum, percussa recanduit vnda.

Antypophora per parenthesim.

At Venus immerita neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est, ô numen aquarum,
Proxima cui cælo cessit Neptune potestas,

Petitio veneris.

Magna quidem posco, sed tu miserere meorum,
Iactari quos cernis in Ionio immenso,

Captat beneuolentiã à laude.

Et dijs adde tuis, aliqua, & mihi gratia ponto est,
Si tamen in medio quondam concreta profundo

Intentio.

Spuma fui, gratumq; manet mihi nomen ab illa.

Caussa.

Annuit oranti Neptunus, & abstulit illis,

Annectit alias fabulas.

Quod mortale fuit, maiestatemq; verendam
Imposuit, nomenque simul, faciemq; nouauit.
Leucotheaque deum cum matre Palemona dixit.
Sidonia comites quantum valuêre sequuta
Signa pedum primo vidêre nouissima saxo,
Nec dubium de morte rata, Cadmeida palmis
Deplanxêre domum, scissis cum veste capillis

Pathos.

Vtque parum iusta, nimiumque in pellice saeua,

Ab habitu lugentiũ.

Inuidiam fecêre deae, conuitia Iuno
Non tulit, & faciam vos ipsas maxima, dixit,

Mimesis.

Seuitiae monimenta meae, res dicta sequuta est.

Pathos ab immerito.

Nam quae praecipuè fuerat pia, persequar, inquit,
In freta reginam, saltumq; datura, moueri

aud vſquam potuit, ſcopulóque affixa cohæſit.
ltera dum ſolito tentat plangere ferire — Matronæ Thebanæ in ſaxa & volucres.
ctora, tentatos ſentit riguiſſe lacertos.
a manus vt forte tetenderat in maris vndas,
cea facta manus, in eandem porrigit vndas,
uius vt arreptum laniabat vertice crinem,
uratos ſubito digitos in crine videres. — Epilogus.
no quæque in geſtu deprenſa eſt, hæſit in illo.
rs volucres facta, qua nunc quoque gurgite in illo — Paraſceue ad aliam fabulam.
Equora diſtringunt ſummis *Cadmeides alis. *Mincides
eſcit Agenorides natam, parumque nepotem
Equoris eſſe deos, luctu, ſerieq; malorum
ictus, & oſtentis, quæ plurima viderat, exit
nditor vrbe ſua, tanquam fortuna locorum,
on ſua ſe premeret, longiſq; erroribus actus,
ntigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
imque malis, anniſq; graues dum prima retractant
ata domus, relegúntque ſuos ſermone labores,
Tum ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens — Propoſitio per interrogationem.
admus ait, fuerat tum, cùm Sidone profectus
ipereos ſparſi per humum noua ſemina dentes?
Quem ſi cura Deûm tàm certa vindicat ira,
ſe precor ſerpens in longam tenditur aluum,
ixit, & vt ſerpens in longam tenditur aluum, — Petitio, Cadmi.
uratæq; cuti ſquamas increſcere ſentit,
Migraq; caruleis variari corpora guttis, — Cadmus cum vxore in ſerpẽtes *Philogia.*
pectuſq; cadit pronus, commixtaque in vnum
aulatim tereti tenuantur acumine crura.
rachia iam reſtant, quæ reſtant brachia tendit. — Querimonia Cadmi
t lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,

Accede ô coniunx, accede miserrima, dixit.
Dúmque aliquid supereſt de me, me tange, manu
Accipe, dũ manus eſt, dum non totũ occupat ang
Ille quidem vult plura loqui, ſed lingua repente
A natura serpentis. *In partes eſt fiſſa duas, nec verba loquenti*
Sufficiunt, quotiéſque aliquos parat adere quaſi
Sibilat, hanc illi vocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniunx.
Cadme mane, teq; infelix his erue monſtris.
Cadme quid hoc? vbi pes? vbi ſunt humeriq;, man
Mimeſis. *Et color, & facies? & dum loquor omnia, quur*
Pathetice. *Me quoque cœleſtes in eundem vertitis anguem*
Apoſtrophe ad deos, *Dixerat, ille ſua lambebat coniugis ora,*
*permulcet. *Inq; ſinus charos, veluti cognoſceret, ibat,*
Et dabat amplexus, aſſuetaque colla petebat.
Ab anguiũ natura. *Quiſquis adeſt (aderant comites) terretur, at illis*
*Lubrica *perlucent criſtati colla draconis.*
Occaſio inſequentis fabulæ. *Et ſubitò duo ſunt, iunctóque volumine ſerpunt,*
Donec in oppoſiti nemoris ſubiére latebras.
*perſona. *Nunc quoq; nõ fugiunt homines, nec vulnere lad*
Exaggeratio impietatis. *Quidq; prius fuerint, placidi meminêre dracones,*
Sed tamen ambobus verſa ſolatia forma
Magna nepos dederat, quem debellata colebat
Epiphonema. *India, quem poſitis celebrabat Achaia templis.*
per parentheſim. *Solus Abantiades ab origine cretus eadem*
Acriſius ſupereſt, qui mœnibus arceat vrbis
Perſeus ex pluuio auri concubitu. *Argolicæ, contráque deum ferat arma, genuſq;*
Non putat eſſe deũm, neq; enim Iouis eſſe putat
Perſea, quem pluuio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acriſium (tanta eſt præſentia veri)

Tam violasse deum, quàm non agnosse nepotem,
*Pœnitet, impositus iam cœlo est alter, *at alter*
Viperei referens spolium memorabile monstri,
Aëra carpebat tenerum, stridentibus alis.
Quumq; super Libycas victor penderet arenas,
Gorgonei capitis guttæ cecidêre cruentæ,
Quas humus exceptas varios animauit in angues,
Vnde frequens illa est, infestáque terra colubris.
Inde per immensum ventis discordibus actus,
Nunc hûc, nunc illûc, exemplo nubis aquosæ
*Fertur, & ex alto seductas *æthere longè*
Despectat terras, totúmq; superuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit,
Sæpe sub occasus, sæpe est ablatus in ortus.
Iamque cadente die, veritus se credere nocti,
*Constitit Hesperio *regis Athlantis in orbe,*
Exiguamq; petit requiem dum Lucifer ignes
Euocet Aurorę, cursusq; aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans
Iapetionides Athlas fuit, vltima tellus
Rege sub hoc; & pontus erat, qui solis anhelis
Æquora subdit equis, & fessos excipit axes.
Mille greges illi, totidémque armenta per herbas
Exibant, & humum vicinia nulla premebat.
Arborea frondes auro radiante nitentes,
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iuppiter autor,
Sine admirator rerum, mirabere nostras.
Hospitium, requiémque pete, memor ille vetustæ

* &. Dilabitur. aptè ad facta Persei.

A loco. Africa serpentibus plena.

A simili. *æquore

A natura syderis.

*regnis.

Descriptio Athlantis Mauritaniæ regis.

A corporis præstantia. Ab opibus

Mimesis.

Amplificat. *Sortis erat dederat Themis hanc Parnassia sortem*
Tempus Athla veniet, tua quo spoliabitur auro
receosẽdo oraculum. *Arbor, & hunc prada titulum Ioue natus habebit.*
Draco obseruans aurea mala. *Id metuens solidis pomaria clauserat Athlas*
Montibus, & vasto dederat seruanda draconi,
Arcebátque suis externos finibus omnes.
Epitrope. *Hinc quoque vade procul, ne longè gloria rerum,*
Per mimesim. *Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter absit.*
Vimq́ minis addit, manibusqúe expellere tentat
Epiphonema. *Cunctantem, & placidis miscentem sortia dictis,*
Viribus inferior, quis enim par esset Athlantis
Ironia. *Viribus? at quoniam parui tibi gratia nostra est,*
Echthrondora adora *Accipe munus ait, lauaq́ à parte Medusa*
Athlas in montem. *Ipse retrouersus squalentia protulit ora*
Quantus erat mons factus Athlas, nõ barba, com
Apostrophe *In syluas abeunt, iuga sunt humerique, manúsque,*
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacum
*actus. *Ossa lapis fiunt, tum partes* altus in omnes*
Creuit in immensum, sic dij statuistis, & omne
A tempore *Cum tot syderibus cælum requieuit in illo.*
Ab apparatu Persei. *Clauserat Hyppotades æterno carcere ventos,*
A locis per quos volauit. *Admonitórque operum, cælo clarissimus alto,*
Lucifer ortus erat, pennis ligát ille resumptis
Parte ab vtráque pedes, telóque accingitur vnus,
Caussa. *Et liquidum motis talaribus aëra findit.*
Gentibus innumeris circumq́, infraq́ relictis,
Pathos. *A Ethiopum populos, Cepheiaq́ conspicit arua.*
Andromeda obiecta serpenti. *Illic immeritam maternæ pendere linguæ*
Andromedam pœnas iniustus iusserat Hammon.
Quam simul ad duras religatam brachia cautes

Vidit Abantiades, nisi quòd leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu.
Marmoreum ratus esset opus, trahit inscius ignes,
Et stupet, * & visæ correptus imagine formæ,
Pane suas quatere est oblitus in aëre pennas?
Vt stetit, ô dixit, non istis digna cathenis,
Sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen terræq́, tuumq́,
Et quur vincla geras. Primò silet illa, nec audet
Appellare virum virgo, manibusque modestos
Celasset vultus, si non religata fuisset.
Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis,
Sæpius instanti, sua ne delicta fateri
Nolle videretur, nomen terræq́, suumq́,
Quantaq́, materna fuerit fiducia formæ
Indicat, & nondum memoratis omnibus vnda
Insimuit, veniensq́, immenso bellua ponto
Eminet, & lautum sub pectore possidet æquor.
Conclamat virgo, genitor lugubris, & vnà
Mater adest, ambo miseri, sed iustius illa.
Nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus,
Plangoremq́, ferunt, vinctoq́, in corpore adhærent,
Tum sic hospes ait, lacrimarum longa manere
Tempora vos poterunt: ad opem breuis hora ferendæ est
Hanc ego si peterem Perseus Ioue natus, & illa,
Quam clausam impleuit fœcundo Iuppiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perseus superator, & alis
Aëthereas ausus iactatis ire per auras,
Præferrer cunctis certè gener: addere tamis
Dotibus, & meritum (faueant modo numina) tento.

A vi amoris eximiæ. *Pathos.* Per cõmiserationẽ. Quæstio. A decoro. A magnitudine beluæ. *Pathos.* Reiectio. Commẽdat se à genere. A rebus gestis. Intentio.

Vt mea sit seruata mea virtute pacisco.
Accipiunt legem, quis enim dubitaret? & erant,
Promittuntq; super regnum dotale parentes.
Ecce velut nauis, prefixo concita rostro,
A simili. *Sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis:*
Sic fera dimotis impulsu pectoris vndis.
Collatio. *Tantum aberat scopulis, quantum Balearica torta*
Funda potest plumbo medij transmittere cœli,
Cùm subitò inuenis pedibus tellure repulsa,
Arduus in nubes abijt, & in æquore summo
Vmbra viri visa est, visam fera sauit in vmbram.
Polyptoton. *Vtq; Iouis prepes, vacuo cùm vidit in aruo*
Amplificat à simili. *Prabentem Phœbo liuentia terga draconem,*
Congressus Persei cũ bellua marina. *Occupat aduersum, neu saua retorqueat ora,*
Squammigeris auidos figit cernicibus vngues,
*Sic celeri * missus præceps per inane volatu*
Terga fera pressit, dextroq; frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
* missio. *Vulnere læsa graui modò se sublimis in auras*
Applicatio hipotypposis. *Attollit, modo subdit aquis, modo more ferocis*
Cõparatio *Versat apri, quem turba canum circumsona terret*
Ille auidos morsus velocibus effugit alis.
Quaq; patent nunc terga canis super obsita conis
A circumstantijs. *Nunc laterum costas, nunc quà tenuissima caudæ*
Desinit in piscem, falcato vulnerat ense.
Bellua puniceo mixtos cum sanguine fluctus
Ore vomit, maduêre graues aspergine penna,
Nec bibulis vltrà Perseus talaribus ausus
Credere, conspexit scopulum, qui vertice summo
A loco. *Stantibus extat aquis, operitur ab æquore molli*

Ni

Nixus eò, rupisq3 tenens iuga prima sinistra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plausu clamor, superasque deorum
Impleuêre domos, gaudent, generumq3 salutant,
Auxiliumq3 domus, seruatoremque fatentur
Cassiope, Cepheusq3 pater, resoluta cathenis
Incedit virgo, precium q3, & caussa laborís.
Ipse manus hausta victrices abluit vnda,
Anguiferúmque caput dura, ne ladat arena,
Mollit humum foliis, natásque sub aequore virgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusæ.
Virga recens, bibuláque etiam nunc viua medulla
Vim rapuit monstri, tactúque induruit huius.
Percepitq3 nouum ramis, & fronde rigorem.
Marinæ nymphæ factum mirabile tentant
Plurimus in virgis, & idem contingere gaudent.
*Semina q3 ex illis * vt erant iactata per vndas,*
Nunc quoq3 coralijs eadem natura remansit,
Duritiem tacto capiant vt ab aëre, quodq3
Vimen in aequore erat, fiat super aequora saxum.
Diis tribus ille focos totidem de cespite pomt.
Læuum Mercurio, dextrum tibi bellica Virgo,
Ara Iouis media est, mactatur vacca Minervæ,
Alipedi vitulus, taurus tibi summe deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit, tædas Hymeneus, amorq3
Præcipiunt, largis satiantur odoribus ignes,
Sertaq3 dependent tectis, & vbiq3 lyræq3,
Tibiaq3, & cantus, animi fœlicia læti
Argumenta sonant, reseratis aurea valuis

hyperbole.
A darentũ lætitia.
Andromeda deliberatur à Perseo.
Ab alia fabula.
Virgæ in coralia.
Iterant
A natura coralij
A gratiarũ actiõe Per
A nuptijs Persei & Androme
Ab apparatu nuptiarũ amplificat.

A confabulationibus cõuiualibus.

Atria tota patent, pulchróque instructa paratu,
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis,
Postquam epulis functi generosi munere Bacchi
Diffudêre animos, cultusq́, genusq́ locorum,
Quærit Abantiades, quærenti protinus vnus

Petitio.

Narrat Lyncides, morésque, habitumque virorum

* Quod Narratio à loco.

**Qua simul edocuit, nunc ô, fortissime, dixit,*
Fare precor Perseu, quanta virtute, quibusque
Artibus abstuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades, gelido sub Atlante iacentem
Esse locum solidæ tutum munimine molis,
Cuius in introitu geminas habitasse sorores

A persona.

Phorcydas, vnius sortitas lumimis vsum.
Id se solerti, furtim dum traditur, astu
Supposita cepisse manu, perq́ abdita longè
Deuiáque, & syluis horrentia saxa fragosis
Gorgoneas tetigisse domos, passimque per agros,

Occupatio Ab alia fabula.

Perq́ vias vidisse hominum simulacra, ferarumque
In silicem ex ipsis visa conuersa Meduſa
Se tamen horrendæ clypei, quem læua gerebat,

Caput Medusæ.

Ære repercusso formam aspexisse Meduſæ.
Dumq́ grauis somnus colubros, ipsamq́ tenebat,

Congeries fabularum

Eripuisse caput collo, pennisque fugacem
*Pegasõn, & *fratrem matris de sanguine natos.*

* fontem.

Addidit & longi non falsa pericula cursus,
Quæ freta, quas terras sub se vidisset ab alto,
Et quæ iactatis tetigisset sydera pennis.
Ante expectatum tacuit, tamen excipit vnus
Ex numero procerum, quærens, quur, vna sororum
Gesserit alternis immixtos crinibus angues.

Hoſſ

Hospes ait, quoniam scitaris digna relatu,
Accipe quæsiti caussam, clarissima forma,
Multorúmque fuit spes inuidiosa procorum
Illa, nec in toto conspectior vlla capillis
Pars fuit, inueni, qui se vidisse referrent.
Hanc pelagi rector templo vitiasse Mineruæ
Dicitur, auersa est, & castos Ægide vultus
Nata Iouis texit, néue hoc impune fuisset,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
Nunc quoq; vt attonitos formidine terreat hostes,
Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues.

Alia fabula Facit verisimile.

Epilogus.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER V.

Apte coheret narratio cũ superiori lib. Antithetõ.

DVmq́; ea Cephenum medio Danaëius heros
Agmine cõmemorat, fremitu regalia turbæ
Atria complentur, nec coniugalia festa
Qui canat, est clamor, sed qui fera nuntiet arma.
Inq́; repentinos conuiuia versa tumultus
Assimulare freto possis, quod sæua quietum
Ventorum rabies motis exasperat vndis.
Primus in his Phineus belli temerarius autor
Fraxineam quatiens aratæ cuspidis hastam,
*En ait, en adsum * prærepta coniugis vltor.*
Nec mihi te pennæ, nec falsum versus in aurum
Iuppiter eripiet, conanti mittere, Cepheus
Quid facis, exclamat? quæ te germane furentem

Cõparatio expressa.
Tumultus elegans descriptio.
A persona.
Ex abrupto.
* prerupte.
Apostrophe.
Ad Persea.
Expostulatio Cephei Ab iiusto.

Mens

Mens agit in facinus? meritis ne hæc gratia tanti
Redditur? hac vitam seruatam dote rependis?
Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit.
Translatio à persona in personã *Sed graue Nereidum numen, sed corniger Hammon*
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exaturanda meis, illo tibi tempore rapta est
Quo peritura fuit, nisi si crudelis id ipsum
Ab inhonesto. *Exigis vt pereat, luctuq; leuabere nostro.*
Ad iniusto & indigno *Scilicet haud satis est, quod te spectante reuincta*
Et nullam quod opem patruus, sponsusue tulisti.
Insuper à quoquam quod sit seruata dolebis?
Præmiáq; eripies? quæ si tibi magna videntur,
Ex illis scopulis, vbi erant affixa, petisses.
Epilogus. *Nunc sine, qui petijt, per quẽ hæc non oriba senectæ*
Ferre, quod & meritis, & voce est pactus, eumq;
Non tibi sed certa prælatum intellige morti.
Ille nihil contrà, sed & hunc, & Persea vultu
Alterno spectans, petat hunc ignoratne illum,
Cunctatusq; breui, contortam viribus hastam,
Veteres discumbebãt in lectis. *Quantas ira dabat, nequidquam in Persea misit*
Vt stetit illa thoro, stratis tum deniq; Perseus
Exilijt, teloq; ferox inimica remisso
Pathos. *Pectora rupisset, nisi post altaria Phineus*
Isset, & indignum, scelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit,
Nefas hospitẽ violare. *Qui postquam cecidit, ferrumq; exosse reuulsum*
Calcitrat, & positas aspergit sanguine mensas.
Tum verò indomitus ardescit vulgus in iras,
Teláque coniciunt, & sunt qui Cepheia dicant
Cum genero debere mori, sed limine tecti

Exci

cierat Cepheus, testatus iusq́, fidémque,
ospitijq́, deos, ea se prohibente, moueri,
llica Pallas adest, & protegit Ægide fratrem,
atq, animos, erat Indus Atys, quē flumine Gāge
Edita Limnace vitreis peperisse sub vndis
editur, egregius forma, quam diuite cultu
ugebat bis adhuc octenis integer annis.
dutus chlamidem Tyriam, quam limbus obibat
ureus. crnabant aurata monilia collum,
madidos myrrha curuum crinale capillos.
e quidem iaculo, quamuis distantia misso
gere doctus erat, sed tendere doctior arcus.
um quoq, lenta manu flectentem cornua Perseus
pite, qui media positus fumabat in ara,
rculit & fractis confudit in ossibus ora.
unc vbi fœdatos iactantem in sanguine vultus
ssyrius vidit Lycabas, iunctissimus illi,
comes, & veri non dissimulator amoris.
stquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
eplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus,
rripit, & mecum tibi sint certamina, dixit.
ec longum pueri fato lætabere, quo plus
uidiæ, quàm laudis habes. Hæc omnia nondum
ixerat, emicuit neruo penetrabile telum,
itatumq́, tamen sinuosa veste pependit:
ertit in hunc Harpen *madefactā cade Medusa
crisioniades, adigitq́, in pectus, at ille
m moriens oculis sub nocte natantibus atra
rcumspexit Atyn, seq́, acclinauit ad illum,
tulit ad manes iunctæ solatia mortis.

Epitheton. Discriminis gratia. A genere. A forma. Ab ætate. Ab ornatu A peritia sagittandi. In nuptijs ara struebatur Pani deo, & Hyminæo, A mutuo amore.

Enantiosis

* spectatā

Ecce

Epitheton. Ecce Suënites genitus Methione Phorbas,
Diſcriminis cauſa. Et Libys Amphimedon aliis committere pugnam
Sanguine, quo latè tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapſi, ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis, iugulo Phorbantis adactus.
A caſu. At non Actoriden Erithum, cui lata bipennis
Furor arma miniſtrat. Telum erat, admoto Perſeus petit enſe, ſed altis
Extantem ſignis multaq; in pondere maſſa
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
hypallage. Inſligitq; viro, rutilum vomit ille cruorem,
Et reſupinus humum moribundo vertice pulſat.
Inde Semiramio Polydæmona ſanguine cretum,
*Sperche-ſiadenq;. Caucaſeumq; Abarim, *Sperconidenq; Licetum.
Intonſumq; comas Elicem, Phlegiamq; Clytiumque
Sternit, & extructos morientum calcat aceruos.
Emphaſis. Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti,
Intorquet iaculum, quod detulit error in Idam
Expertem fruſtra belli & neutra arma ſecutum.
Ille, tuens oculis immitem Phinea toruis,
A perſona. Quãdoquidẽ in partes, ait, abſtrahor, accipe Phine
Mimeſis. Quem feciſti hoſtem, penſáque hoc vulnere vulne
Vulnere. Iámque remiſſurús tractum de corpore telum
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus.
*Hic. *Tum quoq; Cephenum poſt regem primus Odi
Enſe iacet, Clemeni, Protenora percutit Hypſe
Hpſea Lincides, fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor, timduſque deorum:
A perſona. Qui quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat, & inceſſit, ſceleratáq; deuouet arma,
Huic cromis amplexo tremulis altaria palmis

Dem

Demetit enſe caput, quod protinus incidit arę,
Atque ibi ſemianimus, verba execrantia linguą
Dedidit, & medios animam expirauit in ignes. Pathos. Emathion cadit.
Hinc gemini fratres, Broteasq́, & cęſtibus *Hãmõ
Inuicti, vinci ſi poſſent cęſtibus enſes,
Phineą cecidêre manu, Cererisque ſacerdos *Ammõ.
Alphitus albenti velatus tempora vitta
Tu quoque Iapetide non hos adhibendus ad vſus, Apoſtrophe.
Sed qui pacis opus, cytharam cum voce moueres. Quid Muſis & Martí.
Iuſſus eras celebrare dapes, feſtúmque canendo.
Quem procul aſtantem, plectrumq́, imbelle tenẽtem *Pẽtalus.
*Petalus irridens, Stygijs cane cętera, dixit, ſarcaſmos.
Manibus, & lęuo mucronem tempore fixit. hyporypoſis
Concidit, & digitis morientibus ille retentat *canit mirabile.
Fila Lyrą, casúque *fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hunc impune *ferus cecidiſſe Lycormas, *ferox.
Raptáque de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus *illiſit mediæ ceruicis. At ille *Immiſit
Procubuit terrę mactati more iuuenci.
Demere tantabat, leni quoque robore poſtes A ſimili.
Cinepheus Pelates, tentanti dextera fixa eſt
Cuſpide Marmoridę Coriti, lignoque cohæſit,
Herenti latus hauſit Abas, nec corruit ille,
Sed retinente manu moriens de poſte pependit.
Sternitur & Menaleus, Perſeia caſtra ſecutus, A perſona
Et Naſamoniaci Dorilas ditiſſimus agri,
Dines agri Dorilas, quo non poſſederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum,
Lethifer ille locus, quem poſtquam vulneris auctor

Singul-

hypotypoſis — Singultantem animam, & verſantem lumina vid
*Alconeus — Bracteus *Æcioneus, hoc quod premis, ẽquit, hab
De tot agris terra, corpusq; exangue reliquit.
*Tractam — Torquet in hũc haſtam calido de vulnere *rapta
Vltor Abantiades, media qua nare recepta
Imminet. — Ceruice exacta eſt, in partéſque *eminet ambas.
Dumq; manũ fortuna iuuat, Clytiumq;. Dani
Matre ſatos vna, diuerſo vulnere fudit.
Nam Clytij per vtrumque grauí vibrata lacert
Fraxinus acta femur, iaculũ Damus ore momor
Synecdoche — Occidit *& Celedon Mindeſius, occidit Aſtren
*Eucholi don. — Matre Palaſtina, & dubio genitore creatus.
A perſona. — Echiónque, ſagax quondam ventura videre,
* Tunc. — *Nunc aue deceptus falſa, regisq; Thoaſtes
Armiger, & caſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tamẽ exhauſto ſupereſt. Nãq; omnibus v
Exaggeratio. — Opprimere eſt animus, coniurata vndiq; pugnan
Agmina, pro cauſſa meritum impugnante, fida
Hac pro parte ſocer fruſtra pius, & noua coniux
Cum genitrice fauent, vlulatuq; atria complent.
Sed ſonus armorum ſuperat, gemitúsque cadent
Pollutóſque ſimul multo Bellona penates
*illum — Sanguine perfundit, renouatáque prelia miſcet.
Collatio. — Circumeunt *vnum Phineus, & mille ſecuti
Strategema. Perſci — Phinea, tela volant hiberna grandine plura,
Prater vtrumq; latus, praterque et lumen, & a
Applicat hic humeros ad magna ſaxa columna,
Tutáque terga gerens aduerſaq; in agmina ver
Suſtinet inſtantes, inſtabat parte ſiniſtra
*Ethion — Chaonius Molpheus, dextra Nabatheus * Eth

Tigris vt auditis diuersa valle, duorum — Amplificat
Extimulata fame mugitibus armentorum, — à simili.
Nescit vtro potiùs ruat, & ruere ardet vtroq́;. — Adaptatio.
Sic dubius Perseus, dextra, leuáne feratur,
Molphea traiecti submouit vulnere cruris,
Cōtentinq́; fuga est. Neq; enim dat tēpus Ethemon,* — *Ethion.
Sed furit, & cupiens alto dare vulnera collo,
Non circumspectis exactum viribus ensem
Fregit, & extrema percussa parte columnæ
Lumina dissiluit, dominiq́; in guttoræ fixa est. — *Pathos.*
Non tamen ad lethum caussas satis illa valentes — ab eo quod
Plaga dedit, trepidum Perseus, & inertia frustra — præter spē.
Brachia tendentem Cyllenide confodit Harpe.
Verum ibi virtutem turbæ succumbere vidit,
Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
Dixit, ab hoste petam, vultus auertite vestros, — *Mimesis.*
Si quis amicus adest, & Gorgonis extulit ora. — Gorgonis
Quære alium, tua quem moueant miracula, dixit — caput.
Thessalus, vtq; manu iaculum lethale parabat*
Mittere, in hoc hæsit signum de marmore gestu. — *fatale
Proximus huic Amphix, animi plenissima magni — Cepheni
Pectora Lyncidæ, gladio petit, inq́; petendo — in saxa.
Dextera diriguit, nec citra mota, nec vltra est.
At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo quoque flumina septem — A persona.
Argento partim, partim cælauerat auro,
Aspice, ait, Perseu nostræ primordia gentis, — *Apostrophe*
Magna feres tacita, solatia mortis ad vmbras, — ad Persea.
A tanto cecidisse viro, pars vltima vocis, — Mutantur
In medio supressa sono est, adapertáque velle — in saxa qui

cunq; auſi fuerant cũ Perſeo con gredi.
Ora loqui credas, nec ſunt ea peruia verbis.
Increpat hos, vitioq; animi, non viribus, inquit,
Gorgoneis torpetis, Eryx, incurrite mecum,
Et proſternite humi iuuenem magica arma mouentem.

Epitrope.
Incurſurus erat, tenuit veſtigia tellus:
Immotusq; ſilet, armataq; manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiêre, ſed vnus,

Tranſitus.
Miles erat Perſei, pro quo dum pugnat Acoetes,
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto.

*dum Hipotypoſis.
Quem ratus Aſtyages etiam nunc viuere, longo
Enſe ferit, ſonuit tinnitibus enſis acutis,
Dum ſtupet Aſtyages, naturam traxit eandem,
Marmoreoq; manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plebe virorum
Dicere: bis centum riguêrunt corpora pugna.
Gorgone bis centum riguêrunt corpora viſa.
Pœnitet iniuſti tunc denique Phinea belli.

Reiectio.
Sed quid agat? ſimulacra videt diuerſa figuris,

A pœnitẽtia Phinei.
Agnoſcitq; ſuos, & nomine quemque vocatum

* Conuerſasq;.
Poſcit opem, credens q; parùm ſibi, proxima tangit
Corpora, marmor erant, auertitur, atq; ita ſuppl

Petitio.
Confoſſasq; manus, obliquaq; brachia tendens,

Tranſlatio culpæ eſt.
Vincis ait Perſeu, remoue tua monſtra, tuaq;
Saxificos vultus, quacunq; ea, tolle Meduſæ.
Tolle precor, non nos odium, regniq; cupido

Collatio.
Compulit ad bellum, pro coniuge nouimus arma.

Intentio.
Cauſſa fuit melior meritis tua, tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget, nil, ô fortiſſime prater
Hanc animam concede mihi, tua cætera ſunto:
Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,

Reſp

Respicere audenti, quod ais timidissime Phineu,
Et possum tribuisse, & magnum est munus inerti. Ironia
Pone metum, tribuam, nullo violabere ferro,
Quin etiam mansura dabo monumenta per aeuum,
Quæq; domo sæeri semper spectabere nostri,
Vt mea se sponsi soletur imagine coniux. Phineus in saxum.
Dixit, & in partem Phorcynida transtulit illam,
Ad quam se trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoque conanti sua flectere lumina, ceruix
Direxit, saxoq; oculorum induruit humor.
Sed tamẽ os timidum, vultusq; in marmore supplex, Paraſcene
Submissaq; manus, faciesq; obnoxia mansit. inſequen-
Victor Abantiades patrios cum coniuge muros tis fabulæ.
Intrat, & immeriti vindex, vltróque parentis
Aggreditur Prœtum. Nam fratre per arma fugato Cauſſa.
Acrisioneas Prœtus possederat arces.
Sed nec ope armorum, nec quam male ceperat, arce,
Torua colubriferi superauit lumina monstri. Apoſtrophe
Te tamen, ô, parua rector Polydecte Seriphi,
Nec inuenis virtus per tot spectata labores,
Nec mala mollierant, sed inexorabile durus
Exerces odium, nec iniqua finis in ira est. A pertinacia iræ Polydectæ.
Detrectas etiam laudem, fictamq; Meduse
Arguis esse necem, dabimus tibi pignora veri, Perſeus ad aſtantes.
Parcite luminibus, Perseus ait, oraq; regis
Ore meduseo silicem sine sanguine fecit. Polydectis transformatio.
Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se dedit, inde caua circundata nube Seriphon Occaſio ſequentis fabulæ.
Deserit, à dextra Cypro, Gyaroq; relictis.
Quaq; super pontum via visa breuissima, Thebas,

Iter Palladis.
Virgineumq́ Helicona petit, qno monte potita
Constitit, & doctas sic est affata sorores,
* petito
Causſa.
Fama noui fontis nostras peruenit ad aures,
Dura Meduſai quem prepetis vngula rupit.
Is mihi causſa viæ, volui mirabile factum
Descriptio Hippocrenes.
Cernere. Vidi ipſum materno ſanguine naſci,
Excipit vranie, quæcunq́ est causſa videndi
Responſio benenola.
Has tibi diua domos, animo gratiſſima nostro.
Vera tamen fama est, & Pegaſus huius origo est
Pegaſus.
Fontis, & ad latices deduxit Pallada ſacros.
Peryſtaſis.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas,
Syluarum lucos circumſpicit antiquarum,
Antraque, & innumeris diſtinctas floribus herbas.
Felicesq́ vocat pariter ſtudioq́, locoq́
Mæonidas, quam ſic affata est vna ſororum,
O niſi te virtus opera ad maiora tuliſſet,
In partem ventura chori Tritonia noſtri,
Occaſio ſequentis fabulæ.
Vera refers, meritoq́ probas, artemq́, locúmque,
Et gratam ſortem (tuta modo ſimus) habemus.
Sed vetitum est adeò ſceleri nihil, omnia terrent
Virgineas mentes, diruſq́ ante ora Pyreneus
Epiphonema.
Vertitur, & nondum me tota mente recepi.
Daulia Threiycio, Phoceaq́ milite rura
Narratio.
Ceperat illis ferox, inuſtáque regna tenebat.
Inuitatio ab vtili
Templa petebamus Parnaſſia, vidit euntes,
Noſtráque fallaci veneratus numina vultu,
*Agnôrat.
Mæonides (*cognorat enim) conſiſtite dixit.
Ne dubitate precor tecto graue ſydus, & imbrem
Ab exemplo.
(Imber erat) vitare meo, ſubiêre minores
Sæpe caſas ſuperi, dictis & tempore mota

Anu-

Annuimusq; viro, primasq; intrauimus edes
Desierant imbres, victoq; Aquilonibus Austro
Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.
Impetus ire fuit, claudit sua tecta Pyreneus, Musæ in aues.
Vimq; parat, quam nos sumptis effugimus alis,
Ipse secuturo similis stetit arduus arce.
Quaq; via est vobis, erit & mihi dixit, eadem.
Sæque iacit vecors è summo culminet turris, *Nimesis.*
Et cadit in vultus, discussisq; ossibus oris, Impietatis pœna.
Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam, Pyrenei Præcipitiũ.
Musa loquebatur, penna sonuêre per auras:
Voxq; salutantum ramis veniebat ab altis. Occasio sequentis fabulæ.
Suspicit, & lingua quærit tàm certa loquentes
Vnde sonent, hominémq; putat Ioue nata locutum.
Alès erat, numeróque nouem, sua fata querentes,
Institerant ramis imitantes omnia pica. *A* tẽpore.
Miranti sit orsa Dea Dea, nuper & ista
Auxêrunt volucrum victa certamine turbam, *A* genere.
Pierus has genuit Pallais diues in aruis.
Paunis Enippe mater fuit, illa potentem* * *A*nippe
Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.
Intumuit numero stolidarum turba sororum,
Perq; tot Æmonias, & per tot Achaidas vrbes Arguit Pierides quòd Musas prouocare carminib. ausæ fuerant, mutantur in picas.
Hûc venit, & tali committit præka voce.
Desinite indoctum vana dulcedine vulgus
Fallere, nobiscum, si qua est fiducia vobis,
Thespiades certate deæ, nec voce, nec arte
Vincemur, totidémque sumus, vel cedite victæ
Fonte Medusæo, & Hyantea Aganippe,
Vel nos Æmathijs ad Pœonas vsq; niuosos

Pœna victarum.
Arbitrium *campis
Collatio A loco.
A temeritate Pieridum.
contentio Musarum & Pieridũ. *victosq;.
Distributione subdit mutationes deorum.
Epilogus.
Ammon cornutus.
Occasio sequentis fabulæ.
Dialogismus.
Carmen Musarum à Cereris laude.
Propositio à voto.
Ab alia fabula.

Cedemus *syluis, disrimant certamina nymphæ.
Turpe quidem contendere erat, sed cedere visum
Turpius, electæ iurant per flumina nymphæ,
Factaq; de vino presserê sedilia saxo.
Tunc sine sorte prior, qua se certare professa est,
Bella canit superûm, falsoq; in honore gigantes
Ponit, & extenuat magnorum facta deorum,
Emissumq; ima de sede Typhoëa terra
Calitibus fecisse metum, *cunctosq; dedisse
Terga fuga, donec fessos Aegyptia tellus
Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus.
Hûc quoq; terrigenam venisse Typhoëa narrat,
Et se mentitis superos celasse figuris,
Duxq; gregis dixit sit Iupiter, vnde recuruis
Nunc quoq; formatus Libys, & cũ cornib. Hãm
Delius in coruo, proles Semeleia capro,
Fele soror Phœbi, niuea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.
Hactenus ad cytharam vocalia mouerat era.
Poscimur Aonides, sed fors sitan otia non sunt,
Nec nostris prabere vacat tibi cantibus aures.
Ne dubita, vestrumq; mihi refer ordine carmen,
Pallas ait, nemoris q; leui consedit in vmbra.
Musa refert, dedimus summam certaminis vni.
Surgit, & immensos hedera collecta capillos
Calliope, querulas pretentat pollice chordas,
Atque hac percussis subiungit carmina neruis.
Prima Ceres vnco glebas dimouit aratro.
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris:
Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.

a canenda mihi est, vtinam modò dicere possem,
rmina digna dea, certè est dea carmine digna.
*asta giganteis * iecta est insula membris* *ingesta.
rnacris, & magnis subiectum molibus vrget Causa.
Ethereas ausum sperare Typhoëa sedes.
*istitur ille quidem, *tentátque resurgere sæpe,* *Pugnatq;
extra sed Ausonio manus est subiecta Peloro, Distributio.
ua Pachyne tibi, Lilybæo crura premuntur.
egrauat Ætna caput, sub qua resupinus arenas Apostrophe ad mõtem
ectat, flammámque fero vomit ore Typhoëus. Ætnæ incendium.
pe remoliri luctatur pondera terra, Hyperbole
pidáque, & magnos deuoluere corpore montes, Occasio
de tremit tellus, & rex pauet ipse silentum, insequẽtis
e pateat, latoq; solum retegatur hiatu, fabulæ,
missusq; dies trepidantes terreat vmbras.
anc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
cierat, curruq; atrorum euectus equorum,
mbibat Siculæ cautus fundamina terræ.
squàm exploratum satis est loca nulla labare, Et ventis
Depositoq; metu videt hunc Erycina vagantem, otia amat.
lonte suo residens, natumq; amplexa volucrem, *Depositus quę metus
rma, manusq; mea, mea nate potentia, dixit, Petitio.
la, quibus superas omnes, cape tela, Cupido, Veneris ad
q; dei pectus celeres molire sagittas, Cupidinẽ filium.
Periphrasis
Captat beneuolentiam à persona, & potentia Cupidinis.
rguit simul à maiori, quod pertinet ad facultatem.
i triplicis cessit fortuna nouissima regni.
u superos, ipsumq; Iouem, tu numina ponti
icta domas, ipsumq;, regit qui numina terræ.
artara quid cessant? cur non matrisq;, tuumq; Ab vtili.

Ab exẽplo quæ iam patientia noſtra eſt.

Imperium proferſ? agitur pars tertia mundi:
Et tamen in cælo quoque iam patientia noſtra eſt.*
Spernimur, ac mecum vires minuuntur amoris.
Pallada nónne vides, iaculatricemq́ Dianam
Abceſſiſſe mihi? Cereris quoque filia virgo,

Obteſtatio.

Si patiemur, erit. Nam ſpes affectat eaſdem.
*At tu pro ſocio, ſi qua eſt *ea gratia, regno,*

*tibi

Iunge deam patruo, dixit Venus, ille pharetram
Soluit, & arbitrio matris, de mille ſagittis

Hipotypoſis

Vnam ſepoſuit, ſed qua nec acutior vlla,
Nec minus incerta eſt, nec qua magis audiat arcu
Oppoſitoq́ genu curuauit flexile cornu,
Inq́ cor hamata percuſſit arundine Ditem.

Amplificat à lacus deſcriptione.

Haud procul Ætnais lacus eſt à mœnibus altus,
Nomine Perguſa, non illo plura Cayſter

Comparatio.

Carmina cygnorum labentibus audit in vndis.
Sylua coronat aquas, cingens latus omne, ſuisq́
Frondibus, vt velo, Phœbeos ſubmouet ignes,

Collatio.

Frigora dant rami, varios humus humida flores,
Perpetuum ver eſt, quo dum Proſerpina luco

Auxeſis.

Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,

Proſerpina Cereris filia rapta à Plutone.

Dumq́ puellari ſtudio, calathosq́, ſinumq́,
Implet, & æquales certat ſuperare legendo,
Pane ſimul viſa eſt, dilectaq́, raptaq́ Diti:
Vſq́ adeo properatus amor. Dea territa mœſto

Acclamatio.

Et matrem, & comites, ſed matrem ſæpius, ore

*recidere.

Clamat, & vt ſumma veſtem laniârat ab ora.
*Collecti flores tunicis *cecidêre remiſſis,*

Acclamatio.

Tantaq́ ſimplicitas puerilibus affuit annis,

H

Hæc quoque virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quemq; vocando
Exhortatur equos, quorum per colla, iubásque
Excutit obscura tinctas * *ferrugine habenas,*
Perq́; lacus altos, & olentia sulfure fertur
Stagna, Palicorum rupta feruentia terra,
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæquales posuêrunt mœnia portus.
Est medium Cyanes, & Piseæ Arethusæ,
Quod coit angustis inclusum cornibus æquor,
Hic fuit, à cuius stagnum quoq; nomine dictum est,
Inter Sicleidas Cyane celeberrima nymphas,
Gurgite quæ medio summa tenus extitit aluo.
Agnouitq́; deam, nec longius ibitis inquit.
Non potes inuitæ Cereris gener esse, roganda,
Non rapienda fuit, quod si componere magnis
Parua mihi fas est, & me dilexit * *Anapus,*
Exorata tamen, nec, vt hæc, exterrita, nupsi,
Dixit, & in partes diuersas brachia tendens
Obstitit, haud vltra tenuit Saturnius iram,
Terribilésque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido sceptrum regale lacerto
Condidit, icta viam tellus in Tartara fecit.
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptamq́; deam, contemptáque fontis
Iura sui mœrens inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita, lacrymisq́; absumitur omnis.
Et quarum fuerat magnum modo numen, in illas
Extenuatur aquas, molliri membra videres,
Ossa pati flexus, vngues posuisse rigorem,

Ab equorũ colore.
* rubigine
Ab itinere Plutonis
Occasio sequẽtis fabulæ.
Topographia.
Expostulatio.
Paranomasia.
* *Anapis.*
Ab exẽplo & arguit simul per comparationem à minori.
Cratir chasma i echi isusa gis oothen i phlox aneregetai.
Ex abrupto Cyane i

Primoq́;

fontẽ ſui nominis.
Primóque de tota tenuiſſima quæq; liqueſcunt,
Cerulæi crines, digitique, & crura, pedéſque,
hypotypoſis
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Ratio.
Tranſitus eſt, poſt hæc humeri, tergumq; latúſque
Pectoráque in tenues abeunt euanida riuos,
Deniq; pro viuo vitiatas ſanguine venas
Queritur à matre.
Lympha ſubit, reſtatq; nihil, quod prendere poſſis.
Interea à panida nequidquam filia matri
Ptoſerpina
Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.
Illam non vdis vemens Aurora capillis
Ceſſantem vidit, non Heſperus, illa duabus
A circumſtantijs.
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab Ætna,
Perq; pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus vbi alma dies hebetârat ſydera, natam
Solis ab occaſu, ſolis quærebat ad ortus.
Occaſio fabulæ ſequentis.
Feſſa labore ſitim conceperat, oraq; nulli
Colluerant fontes, contectam ſtramine vidit
Fortè caſam, paruáſque fores pulſauit, at inde
Prodit anus, diuamq; videt, lymphamq; roganti
Dulce dedit teſta, quod coxerat ante, polenta.
Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax
Conſtitit ante deam, riſitq;, auidámque vocauit,
Offenſa eſt, neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas, & quæ modò brachia geſſit,
Crura gerit, cauda eſt mutatis addita membris,
Inq; breuem formam, ne ſit vis magna nocendi,
Collatio.
Contrahitur, paruáque minor menſura lacerta eſt.
Mirantem, flentemq;, & tangere monſtra parantem
Fugit anum, latebraſq; petit, aptumq; colori

Nomen

Nomen habet varijs stellatus corpora guttis. Stellio et puero.
Quas dea per terras, & quas errauerit vndas,
Dicere longa mora est, quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit, dumq́ omnia lustrat eundo,
Venit & ad Cyanen, ea ni mutata fuisset,
Omnia narrasset, sed & os, & lingua volenti
Dicere, non aderant, nec quà loqueretur, habebat.
Signa tamen manifesta dedit, notámque parenti.
Illo fortè loco dilapsam in gurgite sacro
Persephones Zonam summis ostendit in vndis,
Quam simul agnouit, tanquam tum deniq; raptam A doloris impatiẽtia
Scisset, inornatos laniauit diua capillos,
Et repetita suis percussit pectora palmis.
Nescit adhuc vbi sit, terras tamen increpat omneis,
Ingratásque vocat, nec frugum munere dignas,
Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
Repperit, ergò illîc sæua vertentia glebas
Fregit aratra manu, pariliq́ irata colonos,
Ruricolasq́ boues letho dedit, aruaq́ iussit
Fallere depositum, vitiataq; semina fecit. Ruricolæ boues.
Fertilitas terræ latum vulgata per orbem
Spersa iacet, primis segetes moriuntur in herbis,
Et modò Sol nimias, nimias modò corripit imber, *Sydera. nũc vẽ. &c.
Sydera nunc, ventiq́ nocent, auidæq́ volucres
Semina iacta legunt, lolium, tribuliq; fatigant Amplificat à petitione. Arethusæ.
Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis,
Rorantesq́ comas à fronte remouit ad aures, Captat beneuolẽtiã propositio
Atq; ait, ô, toto quæsitæ virginis orbe,
Et frugum genitrix, immensos sistel abores,

Néue

Néue tibi fidæ violenta iraſcere terræ.
Cauſſa. *Terra nihil meruit, patuitq; inuita rapinæ,*
Occupatio à ſua perſona. *Nec ſum pro patria ſupplex, hûc hoſpita veni.*
Piſa mihi patria eſt, & ab Elide ducimus ortus,
Sicaniam peregrina colo, ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo eſt, hos nunc Arethuſa penates
Præteritio. *Hanc habeo ſedem, quam tu mitiſſima ſerua.*
Mota loco cur ſim, tantiq; per æquoris vndas
Aduehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempeſtiua meis, cùm tu, curáque leuata
Reſpicit ad cõſolationẽ Immẽſos ſiſte labores. *Et vultus melioris eris, mihi peruia tellus*
Præbet iter, ſubterq; imas ablata cauernas,
Hîc caput attollo, deſuetaq; ſydera cerno.
Ergò dum ſtygio ſub terris gurgite labor,
A ſtatu Proſerpinæ Collatio. *Viſa tua eſt oculis illîc Proſerpina noſtris.*
Illa quidem triſtis, neque adhuc interrita vultu,
Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, voces,
Attonitaq; diu ſimilis fuit. vtq; dolore
Pulſa graui, grauis eſt amentia, curribus auras
Querela Ceteris. *Exit in æthereas, ibi toto nubila vultu,*
*Ante Iouem * ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.*
* paſsis. Pathos. *Próque meo veni ſupplex tibi Iuppiter, inquit,*
Sanguine, proq; tuo, ſi nulla eſt gratia matris,
Nata patrem moueat, neu ſit tibi cura, precor.
Vilior illius, quod noſtro eſt edita partu.
A perſona filiæ arguit *En quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt,*
Si reperire vocas amittere certius, aut ſi
Scire vbi ſit reperire vocas, quod rapta, feremus,

Dum

Dummodo reddat eam. Neq; enim prædone marito
Filia digna tua est, si iam mea filia non est.
Iuppiter excepit, commune est pignus, onusq;
Nata mihi tecum, sed si modo nomina rebus
Addere vera placet, non hoc iniuria factum,
Verum amor est, neq; erit nobis gener ille pudori.
Tu modo diua velis, vt desint cætera, quantum est
Esse Iouis fratrem? quid quod non cætera desunt?
Nec cedit nisi sorte mihi, sed tanta cupido
Si tibi dissidij est, repetet Proserpina cælum,
Lege tamen certa, si nullos contigit illic
Ore cibos. Nam sic Parcarum fœdere cautum est.
Dixerat, at Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt, quoniam ieiunia virgo
Soluerat, & cultis dum simplex errat in hortis,
Puniceum curua decerpserat arbore pomum,
Sumptaq; pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo, solusq; ex omnibus illud
Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne,
Inter Acernales haud ignotissima nymphas,
Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris.
Vidit, & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi, testemq; profanum
Fecit auem, sparsumq; caput Phlegethõtide lympha
In rostrum & plumas, & grandia lumina vertit,
Ille sibi ablatus fuluis amicitur * ab alis,
Ingq; caput crescit longosque reflectitur vngues.
Paruq; mouet natas per inertia brachia pennas.
Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen,

Attingit statũ finitionis.
A persona raptoris.
Causa.
Occasio sequentis fabulæ.
A persona.
Ascalaphi in buboné.
* in.
A natura buboné.

Hic

Tranſit ad aliã fabulã

Hic tamen indicio pœnam, linguaq; videri
Commeruiſſe poteſt, vobis Acheloides vnda

Apoſtrophe.

Pluma, pedesq; auium, cùm virginis ora geratis?

Ad Syrenes *mixtæ.*

An quia, cùm legeret flores Proſerpina vernos,
*In comitum numero * docta Syrenes eratis?*

Cauſſa. *exiſtere.

Quam poſtquàm toto fruſtra quaſiſtis in orbe,
Protinus vt veſtram ſentirent æquora curam,
*Poſſe ſuper fluctus alarum * inſiſtere remis*
Optaſtis, facilèſque deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaueſcere pennis.

Cauſſa, cur caput non ſit mutatũ

Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaq; dos oris linguæ deperderet vſum,
Virginei vultus, & vox humana remanſit.

Redit ad Fabulam *Nocma.*

At medius fratris q; ſui, mœſtæq; ſororis
Iuppiter, ex æquo volentem diuidit annum,
Nunc dea, regnorum numen commune duorum

Ratio.

Cum matre eſt totidem, totidẽ cum coniuge menſes.

A ſimili.

Vertitur extemplo facies, & mentis, & oris.

Occaſio ſequẽtis fabulæ.

Nam modò quæ poterat Diti quoq; mœſta videri,
Læta deæ frons eſt, vt ſol, qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit, victis è nubibus exit.
Exigit alma Ceres, nata ſecura recepta,

*Viæ. amplificat à geſto emergentiũ ex aqua Narratio.

*Qua tibi cauſſa * fugæ? cur ſis Arethuſa ſacer fonti*
Conticuêre vndæ, quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput, viridesq; manu ſiccata capillos,
Fluminis Alphei veteres narrauit amores,
Pars ego nympharum, quæ ſunt in Achaide, dixit,
Vna fui, nec me ſtudioſius altera ſaltus

A ſtudio. Arethuſa.

Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed quamuis forma nunquam mihi fama petita eſt,

Quam-

Quamuis fortis eram, formosæ nomen habebam. quēadmodū in fontem a forma.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat,
Quaq; alia gaudere solent, ego rustica dote
Corporis erubui, crimenq; placere putaui.
Lassa reuertebar (memini) Stymphalide sylua, Descriptio fluminis.
Æstus erat, magnusq; labor geminauerat æstum,
Inuenio sine vortice aquas, sine murmure euntes, perspicui.
Perspicuas ad humum, per quas numerabilis altè
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares,
Cana salicta dabant, nutritaq; populus vnda,
Sponte sua natas ripis decliuibus vmbras.
Accessi, primúmque pedis vestigia tinxi, hypotiposis Natantis.
Poplite deinde tenus, neque eo contenta, recingor,
Molliaq; impono salici velamina curuæ.
Nudaq; mergor aquis, quas dum ferioq;, trahóque.
Mille modis labens, excussaq; brachia iacto.
Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur, Mimesis.
Territaq; insisto propioris margine fontis,
Quò properas, Arethusa, suis Alpheus ab vndis,
Quo properas, iterum rauco mihi, dixerat, ore.
Sicut eram, fugio sine vestibus, altera vestes
Ripa meas habuit, tanto magis instat, & ardet,
Et quia nuda fui, sum visa paratior illi.
Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ, Cōparatio
Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas, *psophidaque.
Vsque sub Orchomenon, * *Siphidaq;, Cyllenenque,*
Menaliosq; sinus, gelidúmque Erimāthon, & Elim
Currere sustinui, nec me velocior ille,
Sed tolerare diu cursus, ego viribus impar,

Non

Collatio. *Non poteram, longi patiens erat ille laboris.*
Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoq;, & rupes, & quà via nulla, cucurri.
hipotypoſis timentis. *Sol erat à tergo, vidi præcedere longam*
Ante pedes vmbram, niſi ſi timor, illa videbat.
Sed certe ſonitusq; pedum terrebat, & ingens
A voto. *Crinales vittas afflabat anhelitus oris.*
A perſona. *Feſſa labore fuga, fer opem, deprenditur, inquam,*
Armigera Diana tua, cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus, incluſaq; tela pharetra.
Apoſtrophe. *Mota dea eſt, * ſpiſſisq; ferens à nubibus vnam*
Me ſuper iniecit, luſtrat caligine tectam
* ſparſisq; *Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit.*
Pathos per fictionem *Bisq; locum, quo me dea texerat, inſcius ambit,*
Et bis Is Arethuſa, Io Arethuſa, vocauit.
Quid mihi tunc animi miſera fuit, anné quod ag
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes
Amplificat à ſimilia. *Aut lepori? qui vepre latens hoſtilia cernit,*
Ora canum, nullosq; audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit, neque enim veſtigia cernit
Longius vlla pedum, ſeruat nubemq;, locumq;.

Deſcriptio timoris, eſtq; cauſſa mutationis, non tam proxima.

Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus,
Cæruleaq; cadunt toto de corpore gutta.
Quaq; pedem moui, manat locus, eque capillis
Ros cadit, & citius, quàm nunc tibi fata renarro,
In latices mutor: ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas, poſitóque viri, quod ſumpſerat ori
Vertitur in proprias, vt ſe mihi miſceat, vndas.

Delia rupit humum, cæcisq; ego mersa cauernis
Aduehor Ortygiam, quæ me cognomine diuæ
Grata mihi superas eduxit prima sub auras.
Hac Arethusa tenus geminos dea fertilis angues
Curribus admouit, fræniq; coërcuit ora,
Et medium cæli, terræq;, per aëra vecta est,
*Atque leuem currum Tritonida misit in * vrbem,*
Triptolemo partimq; rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa resultæ.
Iam super Europen sublimis, & Asida terram
Vectus erat iuuenis, Scythicásque aduertitur oras.
Rex ibi Lyncus erat, regis subit ille penates
Quâ veniat, causamq; viæ, nomenque rogatus,
Et patriam, patria est claræ mihi dixit, Athenæ,
Triptolemus nomen. Vem nec puppe per vndas,
Nec pede per terras, patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentáque mitia reddant.
Barbarus inuidit, tantique vt muneris autor
Ipse sit, hospitio recepit, somnóque grauatum
Aggreditur ferro, conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit, rursusq; per aëra iussit
Mopsopium iuuenem sacros agitare iugales.
Finierat doctos è nobis maxima cantus.
At nymphæ vicisse deas Helicona colentes
Concordi dixere sono, conuitia victæ
Quum facerent, quoniam dixi certamine vobis
Supplicium meruisse parum est, maledictaq; culpæ
Additis, & non est patientia libera nobis,
Ibimus in pœnas, & qua vocat ira, sequemur.

Transitus ad aliam fabulam.
*arcem
Narratio fabulæ.
Triptolemus agricultură docuit iussu Ceteris.
Mimesis.
Nomẽ, via
Causſa.
Pœna violati hospitij.
Lyncus in Lyncem.
Redit ad superiorẽ Musarum fabulam
Nymphæ pronunciant.

*Anipedes

Rident Pœonides, spernuntq; minantia verba,
Conataq; loqui, & magon clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per vngues

Pierides in Picas.

Aspexêre suos, operiri & brachia plumis,
Alteraq; alterius rigido concrescere rostro
Ora videt, volucréque nouas accedere syluis.
Plangere dúmque volunt, per brachia mota leuata,
Aëre pendebant, nemorum conuitia, pica.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit
Raucaq; garrulitas, studiúmque immane loquendi.

FINIS LIB. V.

P. OVIDII NA

SONIS METAMORPHO-SEON LIBER VI.

Aptè cohęrent, vt præparet se ad aliam fabulam.

PRabuerat dictis Tritonia talib. ar
Carminaq; Aonidum, iustamq; pr
bauerat iram.
Tum secum, laudare parum est, l
demur & ipsa,

Parascene, ad aliã narrationem Arachnes.

Numina nec sperni sine pœna nostra sinamus,
Mœoniaq; animum fatis intendit Arachnes,
Quam sibi lanifica non cedere laudibus artis

A genere.

Audierat, non illa loco, nec origine gentis
Clara, sed arte fuit, pater huic Colophonius Id
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.

Collatio.

Occiderat mater, sed & hac de plebe, suóque
Æqua viro fuerat, Lydias tamen illa per vrbes

A studio &

Q

Quæsierat studio nomen memorabile, quamuis — hominis celebritas
Orta domo parua, paruisq; habitabat Hypepis.
Huius vt aspicerent opus admirabile sæpe
Deseruêre sui nympha vineta Timoli,
Deseruêre suas nymphæ Pactolides vndas. — Repetitio. Schema elegans in enumeratione
Nec factas solum vestes spectare iuuabat,
Tunc quoq;, quum fierent, tantus decor affuit arti,
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis subigebat opus, repetitáque longo
Vellera mollibat, nebulas aquantia tractu,
Siue leui teretem versabat pollice fusum, — Ab artis excellentia. acclamatio.
Seu pingebat acu, scires à Pallade doctam,
*Quod tamen ipsa negat, *tantaq; offensa magistra.* — A simili. Collatio. Analepsis. * tanta est Tementatis exemplum.
Certet, ait mecum, nihil est, quod victa recusem.
Pallas anum simulat, falsosq; in tempora canos
Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus,
Tunc sic orsa loqui. Non omnia grandior ætas. — Pallas in anum.
Quæ fugiamus, habet, seris venit vsus ab annis, — Laus senectutis.
Consilium ne sperne meum, tibi fama petatur
*Inter mortales, faciendæ maxima *tela,* — *Ianæ.
Cede deæ, veniamq; tuis temeraria dictis
Supplice roga, veniam dabit illa roganti. — Admonitio à tuto.
Aspicit hanc toruis, incœptáque fila reliquit, — Expostulatio indignantis.
Vixq; manus retinens, confessaq; vultibus iram,
Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis.
Mentis inops, longáque venis confecta senecta, — A statu senectutis.
Et nimium vixisse diu nocet, audiat istas,
Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces.
Consilij satis est in me mihi, néue monendo
Profecisse putes, eadem est sententia nobis.

Quur non ipsa venit, quur hæc certamina vitat?
Tunc dea venit, ait, formamq; remouit, anilem.
Palladáque exhibuit, venerãtur numina Nympha,
Mygdonidésque nurus, sola est interrita virgo.
Sed tamen erubuit, subitusq; inuita notauit
A simili. *Ora rubor, rursusq; euanuit, vt solet aër*
Purpureus fieri, quum primùm Aurora mouetur,
Certamen Palladis & Arachnes *Et breue post tempus candescit solis ab ortu.*
Perstat in incœpto, stolidaq; cupidine palmæ
In sua fata ruit. Neque enim Ioue nata recusat,
Nec mouet vlterius, nec iam certamina differt.
*diuersis *Haud mora, consistunt *diuersis partibus amba*
Amplificat hipotyposis. *Et gracili geminas intendunt stamine telas.*
Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
à textorũ artificio. *Inferitur medium radijs subtegmen acutis,*
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum
A gestu texentium *Percusso feriunt insecti pectine dentes.*
Hypallage *Vtraque festinat, cinctaq; ad pectora vestes,*
Brachia docta mouent, studio fallente laborem.
Illic & Tyrium, quæ purpura sensit ahenum
Texitur, & tenues parui discriminis vmbræ,
A simili *Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus*
Inficere ingenti longum curuamine cælum,
exclamatio. *In quo diuersi niteant cum mille colores,*
admiratio nis causſa *Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.*
Vsq; adeò quod tangit idẽ est, tamen vltima distant
Tela descriptio. *Illic & lentum filis immittitur aurum,*
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Palladis tela. *Cæcropeia Pallas scopulum Mauortis in arce*
Pingit, & antiquam de terra nomine litem.

Bis sex cælestes medio Ioue sedibus altis
Augusta grauitate sedent, sua quemq; deorum
Inscribit facies, Iouis est regalis imago.
Stare deum Pelagi, longóque ferire tridente
Aspera saxa facit, medióque è vulnere saxi Racemationũ Baptistæ ligatij capi. 8.
Exiluisse fretum, quo pignore vindicet vrbem.
At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus,
Percussamq; sua simulat de cuspide terram Pallas oleæ inuentrix.
Edere cum baccis fœtum canentis olivæ.
Mirariq; deos, operis Victoria finis.

Vt admoneat Arachnen temeritatis, & stultitiæ, adijcit certamina hominum cum dijs.

Vt tamen exemplis intelligat æmula laudit,
Quòd precium speret pro tàm furialibus ausis,
Quatuor in partes certamina, quatuor addit
Clara colore suo breuibus distincta sigillis. Distributio apta.
*Threiciã Rodopen habet angulus vnus, & * Hemũ* *Aemum
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam, Causta.
Nomina summorum sibi qui tribuere deorum. Secunda
Altera Pygmæa fatum miserabile matris
Pars habet, hanc Iuno victam certamine iussit Tertia.
Esse gruem, populisq; suis indicere bellum.
Ponxit & Antigonen, ausam contendere quondam
Cum magni consorte Iouis, quam regia Iuno Pathos.
Involucrem vertit, nec profuit Ilion illi,
Laomedónue pater, sumptis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
Qui super est solus Cynaran habet angulus orbum. Quarta Hypotyposis.
Isque gradus templi natarum membra suarum,

coronis telæ. *Amplectens, saxóque iacens lacrymare videtur.*
Circuit extremas oleis pacalibus oras.

Descriptio telæ Arachnes. *Is modus est, operisq; sua facit arbore finem.*
Mæonis elusam designat imagine tauri
Europam, verum taurum, freta vera putares.

Transformationes Iouis depingit, & adulteria eius. *Ipsa videbatur terras spectare relictas,*
Et comites clamare suas, tactumq; vereri
Assilientis aquæ, timidásque recondere plantas.
Fecit & Asterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.
Addidit vt Satyri celatus imagine pulchram
Iuppiter implêrit gemino Nyctheida fœtu.
Amphitrion fuerit, quum te Tirynthia cepit,
Aureus vt Danaën, Æsopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, variúsque Deolida serpens.

In hunc locum consule Racemationes Baptistæ Egnatii capite vndecimo.

Apostrophe Epilogus. *Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco,*
Virgine in Æolia posuit, tu visus Enipeus

Neptuni transformationes. *Gignis, & Aloidas, aries Bisaltida fallis,*
Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum, te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris, sensit delphina Melantho.

Apollinis commutationes, & adulteria. *Omnibus his faciémque suam, faciémque locorum*
Reddidit. Est illîc agrestis imagine Phœbus:
Vtq; modo accipitris pennas, modò terga leonis
Gesserit, vt pastor Macareida luserit Issen,
Liber vt Erigonen falsa deceperit vua,

Bacchus Saturnus. *Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit,*
Vltima pars telæ tenui circundata limbo,

Ne

Nexilibus flores hederis habet intertextos
Non illud Pallas, non illud carpere luuor — Ab artificio telæ.
Possit opus, doluit successu flaua virago,
Et rupit pictas cælestia crimina, vestes. — *Periphrasis.*
Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat, — buxi.
Ter quater Idmonia frontem percussit Arachnes.
Non tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit
Guttura, pendentem Pallas miserata leuauit,
Atq; ita, viue quidem, pende tamen improba, dixit, — *Mimesis.*
Lexq; eadem pœna, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, serisq; nepotibus esto.
Posteà discedens, succis Hecateidos herbæ — Arachnes in aranearn.
Sparsit, & extemplo tristi medicamine tacta
Defluxêre comæ, cum queis & naris, & aures,
Fugq caput minimum, toto quoq; corpore parua est.
Inlatere exiles digiti pro cruribus herent, — *A* natura aranex.
Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet aranea telas,
Lydia tota fremit, Phrygiaq; per oppida facti — Occasio sequentis fabulæ.
Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem.
Ante suos Niobe thalamos cognouerat illam, — Niobes.
Tum cùm Maoniam virgo, Siphilumq; colebat.
Nec tamen admonita est pœna popularis Archnes — A stupiditate Niobes.
Cedere cælitibus, verbisque minoribus vti.
Multa dabant animos, sed enim nec coniugis arces,
Nec genus amborum, magnique potentia regni, — Collatione amplificat
Sic placuêre illi, quamuis ea cuncta placerent,
Vt sua progenies, & felicissima matrum
Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.
Nam sata Tiresia venturi præscia Manto,

Narrant fabulami
Per medias fuerat diuino concita motu,
Vaticinata vias. Ismenides ite frequentes
Et date Latonæ, Latonigenisq; duobus,
Cum prece thura pia, lauróque innectite crinem,
Autoritas.
Ore meo Latona iubet, paretur, & omnes
Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant,
Thuráque dant sanctis, et verba precãtia, flammis
A cultu Niobes.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,
Vestibus intexto Phrygijs spectabilis auro,
Et quantum ira sinit formosa, mouensq; decoro
Propositio indignãtis
Cum capite immissos humerum per vtrumq; capillos
Constitit, vtq; oculos circumtulit alta superbos,
Quis furor, auditos (inquit) præponere visis
Arguit à disparatis, estq; tota oratio implicita quędã collatio
Cœlestes? aut cur colitur Latona per aras?
Numẽ adhuc sine thure meũ est, mihi Tãtalus auct
Cui licuit soli superorum tangere mensas,
A genere.
Plëiadum soror est genitrix mea, maximus Athlas
Est auus, ætherium qui fert ceruicibus axem.
Iuppiter alter auus, socero quoque glorior illo.
A potentiã * fideique.
Me gentes metuunt Phrygiæ, me regia Cadmi
*Sub domina est, * fidibúsque mei commissa mariti*
Mœnia, cum populis à méque, viróque, reguntur.
A diuitijs.
In quamcunque domus aduerti lumina partem,
Immensa spectantur opes, accedit eodem
A forma.
Digna dea facies, hîc natas adiice septem,
A liberis.
Et totidem iuuenes, & mox generóque, nurúsque,
Concessio ironica.
Quærite nũc habeat quam nostra superbia causs
Quóque modo audetis genitam Titanida Cœo
Latonam præferre mihi? cui maxima quondam

Exi

Exiguam ſedem paritura terra negauit? Collatio.
Nec cælo, nec humo, nec aquis dea veſtra recepta eſt Per cõtrarium.
*Exul erat * mundi, donec miſerata vagantem,* * mundo.
Hoſpita tu terris erras, ego, dixit, in vndis. A loco extenuat.
Inſtabilemq; locum Delos dedit, illa duorum
Facta parens, vteri pars hæc eſt ſeptima noſtri. A cõfidẽtia confirmatio.
Sum felix, quis enim neget hoc? felixq; manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit. A iactãtia.
Maior ſum, quàm cui poſſit fortuna nocere.
Multaque vt eripiat, multo mihi plura relinquet. Elegans fictio.
Exceſſere metum mea iam bona, fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum,
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum. Antapodoſis ad Latonam.
Ite ſatis properè ſacris, laurumq; capillis
Ponite, deponunt, & ſacra infecta relinquunt, Adhortatio vice epilogi.
Quodq; licet tacito venerantur murmure numen
Latona, turba quantum diſtabat ab orba,
Tantum animoſa ſui furijs agitata doloris
Indignata dea eſt, ſummoque in vertice Cinthi A querela.
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta. Latonæ.
En ego veſtra parens, vobis animoſa creatis, A ſua perſona.
En niſi Iunoni nulli ceſſura dearum,
An dea ſim dubitor, pérque omnia ſæcula cultis Collatio.
Arceor, ô nati niſi vos ſuccurritis, aris. Intentio.
*Nec dolor hic * ſõlus, diro conuitia facto* Exaggerat indignitatem rei.
Tantalis adiecit, vóſque eſt poſtponere natis * primis.
Auſa ſuis, & me, quod in ipſam decidat orbam,
Dixit, & exhibuit linguam ſcelerata paternam. A voto.
Adiectura preces erat his Latona relatis, Ab exẽplo
Deſine Phœbus ait, pœna mora longa querela eſt, Noema.

Dij cum hominibus se ostendunt, nube teguntur, aut ij homines se transformant.

A loci descriptione.
Dixit idem Phœbo, celeriq; per aëra lapsu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat, lateq; patens prope mœnia campus,
Assiduis pulsatu equis, vbi turba rotarum,
Duráque mollierat subiectas vulgula glebas.
Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
Conscendunt in equos, tyrióque rubentia succo
Terga premunt, auro grauidis moderantur hebenis.
E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
Periphrasis, Primogeniti.
Prima sua fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedis cursus, spumantiaq; ora coërcet,
Hei mihi conclamat, medióque in pectore fixa
Hypotiposis.
Tela gerit, franisq; manu moriente remissis
In latus à dextro paulatim defluit armo.
Cõparatio
Proximus audito sonitu per inane pharetræ
Frena dabat Sipylus, veluti cum prascius imbres
Nube fugit visa, pendentiaq; vndique rector
Carbasa deducit, ne quâ leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Consequitur, summáque tremens ceruice sagitta
* pectore.
*Hæsit, & extabat nudum de * gutture ferrum.*
Ille vt erat pronus, per crura admissa, iubásque
Voluitur & calido tellurem sanguine fœdat,
* Echinus. Pathos. ab eo qđ pter spem. * cõtentio.
* *Phædimus infelix. & auiti nominis heres*
Tantalus, vt solito finem imposuêre labori,
Transierant. ac opus nitida iuuenile palestra,
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
*Pectora pectoribus, * cum tento concita neruo,*

Sicut

Sicut erant iuncti, traiecit vtrumq; sagitta.
Ingemuêre simul, simul incuruata dolore
Membra solo posuêre, simul suprema iacentes
Lumina versârunt, animam simul exhalârunt.
Aspicit Alphenor, laniataq; pectora plangens
Euolat, vt gelidos complexibus alluat artus,
Inq; pio cadit officio. Nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod simul eductum est, pars est pulmonis in hamis
Eruta, cumq; anima cruor est effusus in auras.
At non intonsum simplex Damasichthona vulnus
Afficit, ictus erat qua crus esse incipit, & qua
Mollia neruosus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.
Expulit hanc sanguis, seq; eiaculatus in altum
Emicat, & longè tenebrata prosilit aura.
Vltimus Ilioneus, non profectura, precando
Brachia sustulerat, Diq;, ô, communiter omnes
Dixerat (ignarus, non omneis esse rogandos)
Parcite, motus erat (cùm iam renocabile telum
Non fuit) Arcitenens, minimo tamen occidit illo
Vulnere, non altè percusso corde sagitta.
Fama mali, populiq; dolo, lacrymaq; suorum.
Tàm subita matrem certam fecêre ruina,
Mirantem potuisse, irascentémque, quòd ausi
Hoc essent superi, quòd tantum iuris haberent.
Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illa,

Spondaie⁹ ad rem pertinens. Pathos.

Periphrasis. Genu. Filij Niobes ab Apolline transfixi.

Exclamatio Poëtica q̃ amplificatur à col-

Qua

latione affectus.

Quæ modo Latois populum ſubmouerat aris,
Et mediam tulerat greſſus reſupina per vrbem,
Inuidioſa ſuis, at nunc miſeranda vel hoſti,
Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omneis,
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens,
Paſcere, crudelis noſtro Latona dolore,
Paſcere ait, ſatiáque meo tua pectora luctu,
Corq; ferum ſatia, dixit, per funera ſeptem
Efferor, exulta, victrixq; inimica triumpha.
Cur autem victrix? miſeræ mihi plura ſuperſunt,
Quàm tibi felici, poſt tot quoque funera vinco.
Dixerat, & ſonuit contento neruus ab arcu,
Qui, præter Nioben vnam, conterruit omneis.
Illa malo eſt audax, ſtabant cum veſtibus atris
Ante thoros fratrum demiſſo crine ſorores:
E quibus vna trahens herentia viſcere tela,
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem,
Conticuit ſubito, duplicataque vulnere cæco eſt,
*Oraque compreſſit, *niſi poſt quàm ſpiritus ibat.*
Hæc fruſtrà fugiens collabitur, illa ſorori
Immoritur, latet hæc, illam trepidare videres,
Sexq; datis letho, diuerſaque vulnera paſſis,
Vltima reſtabat, quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens vnam, minimámque relinque,
De multis minimum poſco clamauit, & vnam.
Dúmque rogat, pro qua rogat, occidit, orba reſedit
Exanimes inter natos, natásque, virúmque,
Diriguitque malis, nullos mouet aura capillos.

*ſibi.

Querela Niobes victæ iã dolo ris immẽſitate.

correctio-irriſionis plena.

Ratio.

Mos lugẽdium.

Diſtributio geſtam rem aptè ante oculos ponẽs.

Superbia Victa.

Niobe in ſaxum.

Is

In vultu color eſt ſine ſanguine, lumina mœſtis
Stant immota genis, nihil eſt in imagine vivum. Amplifi. cat enume ratiõe par tium.
Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venæ deſiſtunt poſſe moueri,
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt, intra quoque viſcera ſaxum eſt. Alludit ad hiſtoriam
Flet tamen, & validi circundata turbine venti
In patriam rapta eſt, vbi fixa cacumine montis, quæ extat
Liquitur, & lacrymis etiam nũc marmora manant. apud Pauſaniam de
Tunc verò cuncti manifeſtam numinis iram marmore
Fœmina, virq; timent, cultúque impenſius omnes Thebano.
Magna gemelliperæ venerantur numina diuæ,
Vtq; fit, a facto propriore priora renarrant. Epilogus
E quibus vnus ait, Lyciæ quoque fertilis agris fabulæ.
Non impunè deam veteres ſpreuêre coloni. Occaſio fa
Res obſcura quidem eſt ignobilitate virorum, bulæ.
Mira tamen. Vidi præſens ſtagnúmque, locumq; Locus attẽ
Prodigio notum. Nam me iam grandior æuo. tionis.
Impatiensq; viæ genitor, deducere lectos Facit veri
Iuſſerat inde boues, genitoq; illius eunti ſimile.
Ipſe ducem dederat, cum quo dum paſcua luſtro,
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla,
Ara vetus ſtabat, tremulis circundata cannis.
Dux meus, ſimili faueas mihi, murmure, dixi.
*Reſtitit, & * paruo, faueas mihi, murmure dixit,* *pruido.
Naïadum, Fauniue foret tamen ara rogabam. Ad aræ de
Indigenæue dei, cùm talia rettulit hoſpes. ſcriptionẽ.
Περιφρασις Latonæ pertinet ad encomiõ. Amplificatio à *Mimeſis.*
circunſtantijs. Orditur autem à collatione.
Non hac, ô, iuuenis montanum numen in ara eſt.

Illa

*Respõsio quamuis. *Illa suam vocat hanc, cui quondam regia coniux*
*Orbem interdixit, *quam vix erratica Delos*
Errantem accepit tunc, cum leuis insula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ,

Cum Palladis arbore. Interpres Apollonij Rhodij

ἔθος ἔςι τᾶις κυσύσαις τῶν ῥαρακειμένον λαμβάνεςαι καὶ ἀποκουφιζειν ἑαυτὰς τῶν ἀλγηδόνων ὡς καὶ λητὼ ἐλόβετο τοῦ φοινίκος.

Et Theognis in hypothecis.

φοίβε ἄναξ τὸ μὲν σεθὰ τὲκε πότνια λητὼ
φοίνικος ῥαδινῆς χηροίν ἐφαψαμένη,

Vide etiam de Deliaca palma Plinium lib. 17. cap. 44.

Ædidit inuita geminos Latona nouerca.

A tẽpore. *Hinc quoque Iunonem fugisse puerpera fertur,*
Inq́ suo portasse sinu duo numina natos.
Iámque Chimæriferæ cum sol grauis vreret arua,

*concepit A casu. *Finibus in Lyciæ, longo dea fessa labore*
*Sydereo siccata sitim *collegit ab æstu,*
Vberáque ebiberant auidi lactentia nati.
Fortè locum mediocris aquæ prospexit in imis
Vallibus, agrestes illic fruticosa legebant

hypotoposis Expostulatio. *Vimina cum iuncis, gratámque paludibus vluam.*
Accessit, positóque genu Titania terram
Pressit, vt hauriret gelidos potura liquores.

Confirmatio à legibus naturæ. *Rustica turba vetat. Dea sic affata vetantes.*
Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarũ est.
Nec solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas, ad publica munera veni,

A simili. *Quæ tamen, vt detis, supplex peto, non ego nostros*

Ablu

Abluere hic artus, lassatáque membra, parabam,
Sed releuare sitim, caret os humore loquentis,
Et fauces arent, vixq; est via vocis in illis.
Haustus aqua mihi nectar erit, vitámque fatebor
Accepisse, simul vitam dederitis in vndis.
Hi quoq; vos moueant, qui nostro brachia tendunt
Parua sinu, & casu tendebant brachia nati.
Quem non blanda dea potuissent verba mouere?
Hi tamen orantem perstant prohibere, minásque,
Ni procul abscedat, conuitiáque insuper addunt.
Nec satis est, ipsos etiam pedibusq;, manúque
Turbauêre lacus, imóque è gurgite mollem
Hûc, illûc limum saltu mouêre maligno,
**Distulit ira sitim. Neq; enim iam filia Cœi*
Supplicat indignis, nec dicere sustinet vltrà
Verba minora dea, tollénsque ad sydera palmas,
Æternum stagno (dixit) viuatis in isto.
Euentunt optata dea, iuuat esse sub vndis,
Et modò tota caua submergere membra palude,
Nunc proferre caput, summo modò gurgite nare,
Sæpe super ripam stagni consistere, sæpè
Ingelidos resilire lacus, sed nunc quoque turpeis
Litibus exercent linguas, pulsóque pudore,
Quamuis sint sub aqua sub quâ maledicere tentant.
Vox quoq; iam rauca est, inflataq; colla tumescunt.
Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus,
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
Spina viret, venter pars maxima corporis, albet.
Limosóque noua saliunt in gurgite rana.
Sic vbi nescio quis Lycia de gente virorum

Præsuptio
Arguit à necessitate

Collatio
Mouet affectus.
A casu.
Interrogatio poëtæ affectibus plena Seruat decorum.
Metonimia.
*Sustulit.
A voto deç
Lycij rustici in ranas.

A natura ranarum.

Ranarum descriptio.

Occasio fabulæ insequentis.

Rettulit,

quentis. Narratio, fabulæ. *Mimesis.* Marsias excoriatus. *hypotyposis* Amplificat à cõsequentibus mortem. *tunc. Bucera armẽta cornuta dixit. Lacrimæ in fluuiũ. Transitus ad aliã fabulam. Pelopis humerus in ebur. Notatio. *Paraseni*

Rettulit, exitium Satyri reminiscitur alter,
Quem Tritoniaca Latous arundine victum
Affecit pœna, quid me mihi detrahis, inquit?
Ah piget, ah non est, clamabat, tibia tanti.
Clamanti cutis est summos direpta per artus,
Nec quidquã nisi vulnus erat, cruor vndiq; manat,
Detectiq; patent nerui, trepidæq; sine vlla
Pelle micant venæ, salientia viscera posses,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ, syluarum numina, Fauni,
*Et Satyri fratres, & *nunc quoq; clarus Olympus,*
Et Nymphæ flêrunt, & quisquis montibus illis,
Lanigerósque greges, armentáque bucera pauit.
Fertilis immaduit, madefactáque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.
Quas vbi fecit aquas, vacuas emisit in auras.
Indè petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marsia nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.
Talibus exemplis redit ad præsentia dictis
Vulgus, & extinctum cum stirpe Amphiona luget.
Mater in inuidia est, hãc tunc quoque dicitur vnus
Flêsse Pelops, humeróque suas à pectore postquam
Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
Concolor huic humerus nascendi tempore dextro,
Corporeúsque fuit, manibus mox cæsa paternis
Membra ferunt iunxisse deos, alijsq; repertis,
Qui locus est iuguli medius, summiq; lacerti
Defuit, impositnm est non comparentis in vsum
Partis ebur, factoq; Pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coëunt, vrbesq; propinquæ

Orauêr

Orauêre suos ire ad solatia reges. ad insequẽ
Argósque, & sparte, Pelopeiadésque Mycenæ, tem fabulã
Et nondum toruæ Calydon inuisa Dianæ,
Orchomenósque ferax, & nobilis ære Corinthos, Congeries
Messenéque ferox, Patraq3, humilésque Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pytheia Trœzen,
Quaq3 vrbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo,
Exteriusq3 *sitæ bimari spectantur ab Istmo, *quę aliæ
Credere quis posset? solæ cessastis Athenæ. Causa.
Obstitit officio bellum, subiectaq3 ponto
Barbara *Cecropios terrebant agmina muros. *Mopso-pijs.
Threicius Tereus hac auxiliaribus armis
Fuderat, & clarum vincendo nomen habebat, A persona
Quem sibi Pandionopibúsque, virisq3, potentem, Pandionis
Et genus à magno ducentem sorte Gradiuo,
Connubio Prognes iunxit. Non pronuba Iuno, Amplificat.
Non Hymenæus adest, illi non gratia lecto. Contraria
Eumenides tenuêre faces de funere raptas. illatione
Eumenides tenuêre thorum, tectóque prophanus ab omnibus diris
Incubuit bubo, thalamiq3 in culmine sedit. nuptiarũ.
Hac aue coniuncti Progne, Tereusq3, parentes Irrisio.
Hac aue sunt facti, gratataq3 est scilicet illis
Thracia, diisq3 ipsis grates egêre, diemq3,
Quodq3 data est claro Pandione nata tyranno, A gaudio
Quoq3 erat ortus Itys, festum iussêre vocari, ciuium.
Vsque adeò latet vtilitas. Iam tempora Titan acclamatio
Quinque per autumnos repetitis duxerat annis, A tempore
Cum blandita viro Progne, si gratia, dixit, Petitio
Vlla mea est, vel me visendam mitte sorori, Prognes.
Vel soror hûc veniat, redituram tempore paruo Cõplexio.

Promittes ſocero, magni mihi muneris inſtar
Germanam vidiſſe dabis, iubet ille carinas
In freta deduci, veloq3, & remige portus
Cacropios intrat, Pyraaq3 littora tangit.

Dextera vetenb. ſymbolum beneuolentiæ, & familiaritatis

V t primum ſoceri data copia, dextera dextra
Iungitur, infauſto committitur omine ſermo.
Cœperat aduentus cauſſas, mandata referre
Coniugis, & celeres miſſæ ſpondere recurſus.
Ecce venit diues magno Philomela paratu,
Diuitior forma, qualeis audire ſolemus
Naïadas, & Dryadas, mediis incedere ſyluis,
Si modò des illis cultus, ſimileisq3 paratus.
Non ſecus exarſit, conſpecta virgine, Tereus,
Quàm ſi quis canis ignem ſuppoſnat ariſtis,
Aut frondem, poſitasq3 cremet fœnilibus herbas.
Digna quidem facies, ſed & hunc innata libido
Extimulat, pronumq3 genus regionibus illis
In Venerem eſt, & flagrat vitio gentisq1, ſuóque.
Impetus eſt illi, comitum corrumpere curam,
Nutricisq3 fidem, nec non ingentibus ipſam
Sollicitare datis, totúmque impendere regnum,
Aut rapere, & ſæuo raptam defendere bello.
Et nihil eſt, quod non effreno captus amore
Auſit, nec capiunt incluſas pectora flammas.
Iamq3 moras male fert, cupidoq3 reuertitur ore
Mandata ad Prognes, & agit ſua vota ſub illa.
Facundum faciebat amor, quotieſque rogabat
Vlterius iuſto, Prognen ita velle ferebat.
Addidit & lachrymas, tanquam mandàſſet & illa

Illuſtrat collatione formã Philomelæ.

A ſimili impetum amoris notat, Philomela rapta, & viciata.

A natura gentis arguit.

Conſiliũ Terei.

Gnome.

Ab affectu amantium.

exclamatio,

Cõfirmat

Pr

Proh ſuperi, quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent? ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius, laudémque à crimine ſumit.
Quid? quod idẽ Philomela cupit? patriosq; lacertis
Blanda tenens humeros, vt eat viſura ſororem,
*Perq; ſuam, contráque ſuam petit * illa ſalutem.*
Spectat eam Tereus, precontrectátque videndo,
Oſculaque, & collo circundata brachia cernens,
Omnia pro ſtimulis, facibusq;, cibóque furoris
Accipit, & quoties amplectitur illa parentem,
Eſſe parens vellet, neque enim minus impius eſſet.
Vincitur amborum genitor prece, gaudet, agitq;
Illa patri grates, & ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus Phœbo reſtabat, equiq;
Pulſabant pedibus ſpatium decliuis Olympi.
Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro
Ponitur, hinc placido dantur ſua corpora ſomno.
At rex Odryſius, quamuis ſeceſſit ab illa,
Æſtuat, & repetens faciem, motusq;, manusq;,
Qualia vult, fingit, quæ nondum vidit, & ignes
Ipſe ſuos nutrit, cura remouente ſeporem.
Lux erat, & generi dextram complexus euntis
Pandion, comitem lacrymis commendat obortis,
Vt voluêre amba, voluiſti tu quoque Tereu,
Hanc ego chare gener, quoniam pia cauſſa coëgit,
Do tibi, perq; fidem, cognatáque pectora ſupplex,
Per ſuperos oro, patrio vt tueáris amore,
Et mihi ſollicito lenimen dulce ſenectæ,
Quã primùm (omnis erit nobis mora lõga) remittas.

exemplo proximioris.

Pathos.

Visamoris

Pathos.

A tẽporis deſcriptiõe

Amplificat ab affectibus amantiũ.

Commẽdatio.

Obteſtatio Philomela cõmittitur Tereo.

Cauſſa.

Apostrophe mandatoria ad filiã.
Tu quoq; quã primum (satis est procul esse sororem)
Si pietas vlla est, ad me Philomela redito.
Affectus.
Mandabat, paritérque suæ dabat oscula natæ,
Et lacrymæ mites inter mandata cadebant,
*Vt pignus fidei dext. &c.
*Vtq; fide pignus, dextras vtrasq; poposcit,
Inter seq; datas iunxit, natámque, nepotémque
Absentes pro se, memori rogat ore salutent.
A valedictione.
Supremúmque vale, pleno singultibus ore,
Vix dixit, timuitque suæ præsagia mentis.
Vt simul imposita est picta Philomela carinæ,
Admotumq; fretum remis, tellúsque repulsa est,
Mimesis.
Vicimus, exclamat, mecum mea vota feruntur,
Exultátque, & vix animo sua gaudia differt
Barbarus, & nusquam lumen detorquet ab illa,
A gaudio Terei.
Non aliter, quàm cùm pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem Iouis ales ab alto,
Antonomasia
Nulla fuga est capto, spectat sua præmia raptor,
Iámque iter affectum est, iámque in sua littora fessi
Cõparatio
Puppibus exierant, cùm rex Pandione natam
In stabula alta trahit, syluis obscura vetustis,
Atq; ibi pallentem, trepidámque, et cuncta timentem
Et iam cum lacrymis, vbi sit germana, rogantem,
Stuprum Terei.
Includit, fassusq; nefas, & virginem, & vnam
Vi superat, fruſtrà clamato sæpè parente,
Sæpè sorore sua, magnis super omnia diuis,
*al. pauens
Illa tremit, velut agna *tremens, quæ saucia cani
A similitudinibus.
Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur:
Vtq; columba suo madefactis sanguine plumis
A dolore Philomelę
Horret adhuc, auidósq; timet, quib. hæserat, vngues.
Mox vbi mens rediit, passos laniata capillos,

Lugens

Lugenti similis, cæsis plangore lacertis,
Intendens palmas, ô diris barbare factis,
O crudelis, ait, nec te mandata parentis
Cum lacrymis mouêre pys, nec cura sororis,
Nec mea virginitas, nec coniugalia iura.
Omnia turbasti, pellex ego facta sororis,
*Tu geminus coniux * hostis mihi, debita pœna.*
Quin aĩam hanc (ne quod facimus tibi perfide restet)
Eripis? atque vtinam feciſſes ante nefandos
Cœcubitus, vacuas habuiſſem criminis vmbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt, ſi numina diuûm
Sunt aliquid, ſi non periêrunt omnia mecum:
Quandocunq; mihi pœnas dabis, ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar, ſi copia detur
In populos veniam, ſi ſyluis clauſa tenebor,
Implebo ſyluas, & conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther, & ſi deus vllus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commota tyranni eſt,
Nec minor hac metus eſt, cauſſa ſtimulatus vtraq;
Quo fuit accinctus, vagina liberat enſem,
Arreptámque coma flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit, iugulum Philomela parabat,
Spémque ſuæ mortis vſo conceperat enſe.
Ille indignantem, & nomen patris vſque vocantem,
Luctantémque loqui, comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero, radix micat vltima lingua.
Ipſa iacet, terraq; tremens immurmurat atræ:
Vtq; ſalire ſolet mutilata cauda colubra,
Palpitat, & moriens domino veſtigia quærit.
Hoc quoque poſt facinus (vix auſim credere) fertur,

A dolore Philomelę Expoſtulatio oritur per exclamationem Ab inhoneſto.
alias, non hæc mihi debes.
Interrogatio violentæ ab irato animo.
Communatio.
Refutanũcula.
Hyperbole
Exemplũ crudelitatis.
hiporypoſis
Ferox.
Tereus linguam Philomelæ excæcat.
Collatio.
Exaggeran

do describit crudelitatem regis.

Sæpè sua lacerum repetisse libidine corpus.
Sustinet ad Prognen post talia facta reuerti,
Coniuge quæ viso, germanum quærit, at ille
Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.
Et lacrymæ fecêre fidem, velamina Progne
Diripit ex humeris, auro fulgentia lato,
Induiturq; atras vestes, & inane sepulchrum
Constituit, falsisq; piacula manibus infert,
Et luget, non sic lugenda fata sororis.
Signa deus bis sex acto lustrauerat anno.
Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit,
Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo.
Os mutum facti curet indice, grande doloris
Ingenium est, miserisq; venit solertia rebus,
Stamina barbarica suspendit candida tela,
Purpureásque notas filis intexuit albis,
Indicium sceleris, perfectaq; tradidit vni,
Vtq; ferat dominæ, gestu rogat, illa rogata
Pertulit ad Prognen, nec scit quid tradat in illis.
Euoluit vestes sæui matrona tyranni,
Fortunaq; sua carmen miserabile legit,
Et (mirum est potuisse) silet, dolor ora repressit,
Verbaque quærenti satis indignantia linguæ
Defuerant, nec flere vacat, sed fasq;, nefasq;
Confusura ruit, pœnæq; in imagine tota est.
Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus, nox conscia sacris,
Nocte sonat Rhodophe tinnitibus æris acuti,
Nocte sua est egressa domo regina, deiq;
Ritibus instruitur, furialiq; accipit arma.

A consequentibus mortem. cenotaphiō

A tempore Subiecto.

Descriptio stabulorū Sententia.

Consilium Prognes.

Aetiologia Ab impotēti dolore Prognes.

Occasio cōsilij exequendi.

Vitę caput tegitur, lateri ceruina ſiniſtro Ab habitu
Vellera dependent, humero leuis incubat haſta, Bacchantiũ
Concita per ſyluas turba comitante ſuarum
Terribilis Progne, furijsq; agitata doloris, Apoſtrophe
Bacche tuas ſimulat, venit ad ſtabula auia tandem, Progne
*Exululátqne * euoêq; ſonat, portasq; refringit,* bacchatur
Germanámque rapit, raptaq; inſignia Bacchi * he hoëq;
Induit, & vultus hederarum frondibus abdit,
Attonitámque trahens intra ſua mœnia ducit.
Vt ſenſit tetigiſſe domum Philomela nefandam,
Horruit infelix, totóque expalluit ore,
Nacta locum Progne, ſacrorum pignora demit,
Oraq; deuelat miſeræ pudibunda ſororis.
Amplexúmque petit, ſed non attollere conrtà
Suſtinet hæc oculos, pellex ſibi viſa ſororis, Ab effectu
Diectóque in humum vultu iurare volenti,
Teſtariqúe deos, per vim ſibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit, ardet, & iram
Non capit ipſa ſuam Progne, fletúmque ſororis
Corripiens, non eſt lacrymis hoc, inquit, agendum, Antitheſis.
Sed ferro, ſeu ſi quid habes, quod vincere ferrum Ab exẽplo
Poſſit, in omne nefas ego me germana paraui. ſuo.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo, Conſilium
Artificem medijs immittam Terea flammis, Prognes.
Aut linguam, aut oculos, & qua tibi mẽbra pudorem
Abſtulerant, ferro rapiam, aut per vulnera mille
Sontem aĩam expellam, magnũ eſt, quodcũq; parauj,
Quid ſit adhuc dubito, peragit dum talia, Progne.
Ad matrem veniebat Itys, quid poſſit, ab illo
Admonita eſt, oculiſque tuens immitibus, ah quàm

Apostrophe Indignationis plena.

Es similis patri, dixit, nec plura locuta
Triste parat facinus, tacitáque exæstuat ira,
Vt tamen accessit natus, matriq́ salutem
Attulit, & paruis adduxit colla lacertis,

Pathos.

Mixtaq́ blanditijs puerilibus oscula iunxit,
Mota quidem est genitrix, infractaq́ constitit ira.
Inuitiq́ oculi lacrymis maduere coactis.

*eximia.

Sed simul *ex nimia mentem pietate labare
Sensit, ab hoc iterum est ad vultus versa sororis,
Inq́ vicem spectans ambos, cur admouet, inquit,

Collatio per [illegible]ter[illegible]ationē.

Alter blanditias? rapta silet altera lingua?
Quam vocat hic matrem, cur nō vocat illa sororem?

[illegible]thesis [illegible] simili.

Cui sis nupta vide Pandione nata, marito
Degenerus, scelus est pietas in coniuge Tereo.

Ab opportunitate.

Nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica cerua
Lactentem fœtum per syluas tygris opacas.
Vtq́ domus altæ partem tenuere remotam,
Tendentemq́ manus, & iam sua fata videntem,

A gestibus exaggerāt patris crudelitatem.

Et mater, mater clamantem, & colla petentem,
Ense ferit Progne, lateri qua pectus adhæret,
Nec vultum vertit, satis illi ad fata vel vnum
Vulnus erat, iugulum ferro Philomela resoluit.

Emphasis vindicta feminæ lesæ Progne Itym filiū proponit Tereo patri deuorādum.

Viuaq́ adhuc, animæq́ aliquid retinentia membra
Dilaniat, pars inde cauis exultat ahenis,
Pars verubus stridet, manant penetralia tabo.
His adhibet coniux ignarum Terea mensis,
Et patrij mors sacrum mentita, quod vni
Fas sit adire viro comites, famulosq́ remouit.
Ipse sedens solio Tereus sublimis auito,
Vescitur, inq́ suam sua viscera congerit aluum.

Tanta-

Tantáque nox animi est, I tyn hûc accersite, dixit. acclamatio.
Dissimulare nequit crudelia gaudia Progne.
Iamq; suæ cupiens existere nuntia cladis, Mimesis.
Intus habes, quod poscis, ait, circumspicit ille,
Atq; vbi sit, quærit, quærenti, iterumq; vocanti,
Sicut erat sparsis furiali cæde capillis
Prosiluit, I tyosq; caput Philomela cruentum
Misit in ora patris, nec tempore maluit vllo Fictio.
Posse loqui, & meritis testari gaudia dictis,
Thracius ingenti mensas clamore repellit, *A furore Terei.*
Vipereasq; ciet Stygia de valle sorores, Tereus.
Et modò si posset, reserato pectore, diras * carpsitq;
Egerere inde dapes, emersaq; viscera gestit.
Flet modò, seq; vocat bustum miserabile nat
**Nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.*
Corpora Cæropidum pennis pendere puta Progne & Philomela in aues.
Pendebant pennis, quarum petit altera syluas,
Altera tecta subit, neq; adhuc de pectore cædis Distributio approbatio.
Excessere notæ, signataque sanguine pluma est.
Ille dolore suo, pœnaq; cupidine velox, Vpupa de scribit.
Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ, Epilogus fabulæ.
Prominet immodicum, pro longa cuspide, rostrum.
Nomen Epops volucri, facies armata videtur, Occasio sub sequentis fabulę.
Hic dolor ante diem, longæq; extrema senecta
Tempora, Tartareas Pandiona misit ad vmbras.
Sceptra loci, rerumq; capit moderamen Erichtheus, Laus Erichtei à iustitia & bellica virtute.
Iustitia, dubium est, validisne potentior armis.
Quatuor ille quidem iuuenes, totidémque creârat
Fœmineæ sortis, sed erat par forma duarum,
E quibus Æolides Cephalus, te coniuge, felix

A numero filiorum.
Procri fuit. Borea Tereus, Thracesq́ nocebant,
Dilectaq́ diu caruit deus Orithyia,

Apostrophe.
Dum rogat, & precibus mauult, quàm viribus, vti.

Cauſſa.
Aſt vbi blanditijs agitur mihil, horridus ira,
Quæ ſolita eſt illi, nimiumq́ domeſtica vento,
Et merito dixit. Quid enim mea tela reliqui?
Προσωποποιία Boreæ ſecum expoſtulantis.

Arguit ab adiacētib' per antitheſin.
Sæuitiam, & vires, iramq́, animoſque minaces?
Admoniq́ preces, quarum me dedecet vſus?
Apta mihi vis eſt, hac triſtia nubila pello,

Ab effectis
Hac freta concutio, nodoſaque robora verto,
Induróque niues & terras grandine pulſo.

Periphraſis.
Idem ego, cùm fratres cælo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,

Fulminis & tertæ motus.
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantq́ cauis eliſi nubibus ignes.

Intentio.
Idem ego, cùm ſubij conuexa foramina terræ,
Suppoſuiq́ ferox imis mea terga cauernis,
Solicito manes, totúmque tremoribus orbem.

Amplificat à circūſtantia.
Hac ope debueram thalamos petuſſe, ſocérque
Non orandus erat mihi, ſed faciendus Erichtheus.
Hac Boreas, aut his non inferiora locutus,
Excuſſit pennas, quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus, latumq́ perhorruit æquor,

Boreas Orithyiā rapit
Pulueremq́ trahens per ſumma cacumina pallæ
Vertit humum, pauidámque metu, caligine tectus,

Alludit ad naturā vēti, & ignis.
Orithyiam adamans ſuluis complectitur alis.
Dum volat, arſerunt agitati fortius ignes,
Nec prius aërij curſus ſuppreſſit habenas,
Quàm Ciconum tenuit populos, & mœnia raptor.

Illi

Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
*Et genitrix facta est, *partúque enixa gemellos,*
Cætera qui matris, pennas genitoris habebant.
Non tamen has memorat vna cum corpore natas,
Barbáque dum rutilis aberat subnixa capillis,
Implumes, Calaisq; puer, Zetesq; fuêrunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum
Cingere vtrumq; latus, pariter flaueſcere malæ.
Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentæ,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo,
Per mare non notum prima petiêre carina.

*partus.
A partu.
Orithiæ.

Periphraſis
Collatio.

Occaſio in ſequentis fabulæ.

FINIS LIB. VI.

P. OVIDII NASONIS METAMOR. PHOSEON LIBER VII.

Expeditio Iaſonis in Colchos.

IAmque fretum Mynia Pegaſæa puppe ſecabant,
Perpetuaq; trahens inopẽ ſub nocte ſenectã,
Viſus erat Phineus, iuuenéſque Aquilone creati,
Virgineas volucres miſeri ſenis ora fugârant:
Multáque perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Dúmque adeunt regem, Phryxeaq; vellera poſcunt,
Vêſque datur Minyis magnorum horrẽda laborũ,
Concipit intereà validos Aetias ignes,
Et lactata diu, poſtquam ratione furorem,

Narratio factorum zeti & fratris.
Pathos.
A circumſtantijs.
Dilabitur ad amores ac nuptias Medeæ ac Iaſonis.
Vellus aureum.

Deliberatio

Deliberatio Medeæ mirè inconstantiam, & omnes affectus amoris exprimens, estq; figurata subiectionibus, & interrogantibus.

poterat

Vincere non potera? frustrà Medea repugnas,
Nescio quis, deus obstat, ait, mirumq; quid hoc est,
Aut aliquid certè simile huic, quod amare vocatur.
Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt quoq; dura nimis, cur quem modò deniq; vidi,
Ne pereat, timeo? qua tanti caussa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas.
Si potes, infelix, si possem, sanior essem.
Sed trahit inuitam noua vis, aliudq; Cupido,
Mens aliud suadet, video meliora, proboq;,
Deteriora sequor, quid in hospite regia virgo
Vreris? & thalamos alieni concupis orbis?
Hæc quoq; terra potest, quod ames dare, viuat, a
Occidat, in dijs est. viuat tamen, idq; precari (il
Vel sine amore licet. Quid enim commisit Iason?
Quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas?
Et genus, & virtus? quem non (vt cætera desint)
Forma mouere potest? certè mea pectora mouit.
At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
Concurretq; sua segetis, tellure creatis
Hostibus aut auido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego si patiar, tunc me de tygride natam,
Tunc ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
Cur non & specto pereuntem? oculósque videndo
Conscelero? cur non tauros exhortor in illum?
Terrigenásque feros, insopitúmque draconem?
Dij meliora velint, quanquam non ista precanda,

Pugna cõsilij, & appetitus.

Collatiõe arguit ab ihonesto.

Ratio.

Arguit à persona Iasonis.

A periculis Iasonis.

Collatio.

Ab affectibus pronæ dãnat crudelitatem

Subiectio

Ab inhonesto.

Sed facienda mihi, prodam ne ego regna parentis? exãthemis-
Atq; ope nescio quis seruabitur aduena nostra? mos.
Vt per me sospes, sine me det lintea ventis? A spe, &
Virq; sit alterius? pœna Medea relinquar? metu.
Si facere hoc, aliámue potest præponere nobis, Arguit ab
Occidat ingratus, sed non is vultus in illo, adiacẽtib.
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,
Vt timeam fraudem, meritiq; obliuia nostri. Cõsilium
Et dabit ante fidem, cogámque in fœdera testes Antitheſis
Esse Deos. Quid tuta times? Accingere, & omnem
Pelle moram, tibi se semper debebit Iason,
Te face solenni iunget sibi, perq; Pelasgas Epitrope.
Seruatrix vrbes matrum celebrabere turba. A spe.
Ecquò ego germanam, fratremq; patremq; deosq;, Obiectio
Et natale solum ventis ablata relinquam? alia Ergo
Nempe pater sæuus, nempe est mea barbara tellus, Confutat
Frater adhuc infans, stant mecum vota sororis. collatione
Maximus intra me deus est, non magna relinquam, per antithe
Magna sequar, titulum seruata, puppis Achiua, sim.
Notitiamq; loci melioris, & oppida, quorum, Arguit à
Hic quoque fama viget, cultusq;, artesq; virorum, conueis.
Vtmq; ego cum rebus, quas totus possidet orbis, pubis.
Æsonidem mutasse velim, quo coniuge felix, Cõmẽdat
Et dis chara ferar, & vertice sydera tangam. Iasonẽ col
Quid? quod nescio qui medijs incurrere in vndis latione.
Dicuntur montes? ratibusq; inimica Charybdis, Obiectio
Nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaq; sæuis alia à peri-
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo? culis maris
Nempe tenes, quod amo, gremioq; in Iasonis heres, A Charib-
Et freta longa ferar, nihil illum amplexa timebo. dis descri-
ptione am
plificat.
Confutat.

Aut

Aspe. Aut si quid metuam, metuam de coniuge solo.
Correctio. Coniugiúmne putas, speciosaq3 nomina culpæ
Obiectio. Imponis Medea tuæ? quin aspice quantum
Alia à tur pi. Aggrediare nefas, & dum licet effuge crimen,
Auersio cũ breui admonitiõe loco Epilogi. Dixit, & ante oculos rectum, pietásque, pudórque
Constiterant, & victa dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,
Quas nemus vmbrosum, secretaq3 sylua tegebat,
Et iam *fractus erat, pulsusq3 resederat ardor,
*fortis. Cùm videt Aesonidem, extinctáque flamma reluxit,
Amoris fomes oculus. *Eq3 rubore genæ, totóque recanduit ore.
Vt solet à ventis alimenta resumere, quaq3
*Erubuêre Ab affectu A simili. Parua subinducta latuit scintilla fauilla
Crescere, & in veteres agitata resurgere vires,
Sic iam lenis amor, iam quem languere putares.
Vt vidit iuuenem, specie præsentis inarsit,
Amplificat. Et casu, solito formosior Aesone natus
Amplificatio. Illa luce fuit, posses ignoscere amanti.
Spectat, & in vultu veluti tum denique viso,
Eterosis. Lumina fixa tenet, nec se mortalia demens
In loco affectus causa. Ora videre putat, nec se declinat ab illo.
Vt verò cœpitq3 loqui, dextramq3 prehendit
Pathos. Hospes, & auxilium submissa voce rogauit,
Promisitq3 thorum, lacrymis, ait illa, profusis,
Quid faciam video, nec me ignorantia veri
Decipiet, sed amor, seruabere munere nostro.
Translatio A iuramẽto Iasonis. Seruatus promissa dato, per sacra triformis
Ille dea, lucóque foret quod numen in illo,
Pérque patrem soceri cernentem cuncta futuri,
Euentusq3 suos, & tanta pericula iurat.

Cre

Creditus accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitq; vsum, latusque in tecta recessit.
Postera depulerat stellas aurora micantes,
Conueniunt populi sacrum Mauortis in aruum,
Consistúntque ingis, medio rex ipse resedit
Agmine purpureus, sceptroque insignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri, tactaq; vaporibus herba
Ardent, vtq; solent pleni resonare camini,
Aut vbi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidaruu aspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas voluentia flammas,
Gutturáque vsta sonant, tamen illis Aesone natus
Obuius it, vertere truces venientis ad ora,
Terribileis vultus, prefixáque cornua ferro,
Pulueréumque solum pede pulsauere bisulco,
Fumificisque locum mugitibus impleuêre.
Diriguêre metu subito Minyæ, ille nec *vllos
Sensit *anhelatus, tantùm medicamina possunt,
Penduláque audaci mulcet palearia dextra,
Suppositóque iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, & insuetum ferro proscindere campum,
Mirantur Colchi, Minyæ clamoribus augent,
Adiciúntque animos, galea tum sumit ahena
Vipereos dentes, & aratos spargit in agros.
Semina mollit humus valido pretincta veneno,
Et crescunt, fiúntque sati noua corpora dentes.
Vtq; hominis speciem materna sumit in aluo,
Perque suos intus numeros componitur infans,
Nec nisi maturus communeis exit in auras.

A tẽporis descriptiõe amplificat.
A loco.
A regis ortu.
Metonymia.
A simili.
Applicatio
Primus labor.

*illos.
Exclamatio confirmatio.
*anhelãtes.
Dentes serpentini in homines armatos.
A simili.

Sic

Applicatio. Secundus labor. A timore omnium.

Sic vbi viſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis, fœto conſurgit in aruo,
Quodq3 magis mirum eſt, ſimul edita cõcutit arma.
Quos vbi viderunt præacuta cuſpidis haſtas
In caput Aemonij iuuenis torquere parentes,
Demiſere metu vultumq3, animumq3 Pelaſgi.
Ipſa quoq3 extimuit, quæ tutum fecerat illum,
Vtq3 petis vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnum,
Palluit, & ſubitò ſine ſanguine frigida ſedit,

Deſcriptio timoris. Carmẽ auxiliare. A gratulatione ſociorum. Apoſtrophe. Pathos.

Nẽue parum valeant à ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit, ſecretasq3 aduocat artes,
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres,
Ciuiliq3 cadunt acie, gratantur Achiui,
Victoremq3 tenent, auidisq3 amplexibus hærent.
Tu quoq3 victorem complecti barbara velles,
Obſtitit incœpto pudor, at complexa fuiſſes,
Sed te ne faceres, tenuit reuerentia famæ.

Tertius labor. Draconis Heſperij deſcriptio. A vi incantationis. Cęcropios A gratulatione reditus & voti perſoluti.

Quod licet affectu tacito lætaris, agisq3
Carminibus grates, & dijs autoribus horum.
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem,
Qui criſta, linguisq3 tribus præſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquam ſparſi Lethæi gramine ſucci,
Verbaq3 ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtunt
Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
Heros Aeſonius potitur, ſpolioq3 ſuperbus,
Muneris autorem ſecum, ſpolia altera portans,

So

Solent enim pro reditu vota dijs facere parentes. Sic alibi inquit: Argolici redière duces, altaria fumant.

Victor * Iolciacos tetigit cum coniuge portus.
Æmonia matres pro natis dona receptis,
Grandauiq; ferunt patres, congestaq; flamma
Thura liquefaciunt, indutáque cornibus aurum
Victima, vota facit, sed abest gratantibus Æson,
Iam propior letho, sessusq; senilibus annis.
Tum sic Æsonîdes, ô, cui debere salutem
Confiteor coniux, quanquam mihi cuncta dedisti,
Exctessitq; fidem meritorum summa tuorum,
(Si tamẽ hoc possunt, quid enim nõ carmina posſũt?)
Deme meis annis, & demptos adde parenti.
Nec tenuit lacrymas, mota est pietate rogantis.
Dissimilémque animum subijt Aeeta relictus,
Non tamen affectus taleis confessa, quod, inquit,
Excidit ore tuo, coniux, scelus? ergô ego cuiquam
Posse tua videor spacium transcribere vitæ?
Non sinit hoc Hecate, nec tu petis æqua, sed isto,
Quod petis, experiar maius dare munus Iason.
Arte mea soceri longum tentabimus æuum,
Non annis renouare tuis, modò diua triformis
Adnuet, & præsens ingentibus annuat ausis.
Tres aberant noctes. vt cornua tota coirent,
Efficerentq; orbem. Postquam plenissima fulsit,
Et solida terras spectauit imagine luna,
Egreditur tectis vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos:
Fertq; vagos media per muta silentia noctis
Incomitata gradus homines, volucréſque, feraſq;

Sed abest grata.) Occasio in sequentis fabulæ.
O cui. Captatio benevolé tię à meritis auditoris per insinuationẽ.
Quid enî, correctio qua arguit à facili.
Deme meis. Intentio loco propositionis.
Ergô ego.) Ab indigno arguit.
Non sinat: Depulsio.
Propositio
Quod petis consilium cõplectens
A temporis descriptiõe

Soluerat alta quies, nullo cùm murmure serpens,
Sopitæ similis, nullo cùm murmure serpit.
Immotæq́ silent frondes, silet humidus aër,
Ab habitu Medeæ. *Sydera sola micant, ad quæ sua brachia tendens,*
Ter se conuertit, ter sumptis flumine crinem
Intẽpesta noctis. *Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora*
Soluit, & in dura submisso poplite terra,
Periphrasis. *Nox, ait, arcanis fidissima, quæq́ diurnis*
Ritus incantantiũ. *Aurea cum Luna succeditis ignibus astra,*
Túque triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris,
Incantationem aggreditur. *Adiutrixq́ venis, cantúsque, artésque magorum*
Quæq́ magos tellus pollentibus instruis herbis,
Auræq́, & venti, montèsque, amnésque, lacusq́,
Deos veneficij præsides inuocat. *Dijq́ omnes nemorum, dijq́ omnes noctis adeste,*
Quorum ope (cum vōlui) ripis mirantibus, amnes
In fontes rediêre suos, concussaq́ sisto,
Vis veneficij. *Stantia concutio cantu freta, nubila pello,*
Nubilaq́ induco, ventos abigóque, vocóque,
Vipereas rumpo, & verbis, & carmine fauces,
Viuaq́ saxo, sua conuulsaq́ robora terra
Et syluas moueo, iubeóque tremiscere montes,
Et mugire solum, maneísque exire sepulcris.
*Temesea Apostrophe ad lunam. *Te quoque luna traho, quamuis * temerata labore*
AEra tuos minuant, currus quoque carmine nostro
Pallent, ac pallet nostris Aurora venenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetastis, & vnco,
Haud patiens oneris collum pressistis aratro,
A congerie beneficiorum. *Vos serpentigenis in se fera bella dedistis,*
Custodémque rudem somno sopistis, & aurum
Vindice decepto Graias misistis in vrbes.

Nu

Nunc opus est succis, per quos renouata senectus Petitio.
In florem redeat, primósque recolligat annos.
Et dabitis. Neque enim micuêrunt sydera frustrà.
Nec frustrà volucrum tractus cernuice draconum Confirmat
Currus adest, aderat demissus ab æthere currus. seipsam ab
Quò simul ascendit, frænataq; colla draconum omnibus
Permulsit, manibusq; leues agitauit habenas, & signis.

Amplificat congerie locorum, in quibus herbas collegit,

Sublimis rapitur, subiectaq; Thessala Tempe
Respicit, & Cretes regionibus applicat angues,
Et quas Ossa tulit, quasq; altus Pelion herbas,
Othrysq;, & Pindus, & Pindo maior Olympus, Collatio.
Perspicit, & placitas partim radice reuellit,
Partim succidit curuamine falcis ahænæ.
Multa quoq; Apidani placuêrunt gramina ripis,

Apostrophe, schema poëtis magis necessarium, & frequens, quàm oratoribus.

Multa quoq; Amphrysi, nec eras immunis Enipeu,
Nec non Peneus, nec non Sperchiades vndæ
Contribuêre aliquid, iuncosaque littora Bœbes.
Carpsit & Euboica viuax Anthedone gramen,
Nondum vulgatum mutato corpore Glauci.
Nona dies illam curru, pennisq; draconum,
Nonaq; nox omneis lustrantem viderat agros, A tempore
Cùm rediit, nec erant tacti, nisi odore dracones,
Et tamen annosa pellem posuêre senecta. Vis pharmaci.
Constitit adueniens circa liménque, forésque,
Et tantùm cælo tegitur, refugitq; viriles Apparatus
Contactus, statuitq; aras è cespite binas. Magicus.
Dexteriore Hecates, & læua parte Iuuenta.

Has vbi verbenis, ſyluaque incinxit agreſti,
Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultróſque in guttura velleris atri
Conijcit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper, inuergens tepidi carcheſia lactis,
Alteraque inuergens liquidi carcheſia mellis,
Verba ſimul fundit, terrenaque numina poſcit,
Vmbrarumq; rogat rapta cum coniuge regem,
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos vbi placauit, precibusq́;, & murmure longo
AEſonis effœtum proferri corpus ad aras
Iuſſit, & in plenos reſolutum carmine ſomnos,
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hinc procul Aeſonidem, procul hinc iubet ire mini-
Et monet arcanis oculos remouere profanos. (ſtros
Diffugiunt iuſſi, ſparſis Medea capillis,
Bacchantum ritu flagranties circuit aras,
Multifidasq́; faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit, & infectas geminis accendit in aris.
Terqúe ſenem flamma, ter aqua, ter ſulfure luſtrat.
Intereà calido poſito medicamen aheno,
Feruet, & exultat, ſpumiſqúe tumentibus albet.
Illîc AEmonia radices valle reſectas,
Seminaqúe, & flores, & ſuccos incoquit atros.
Adijcit extremo lapides oriente petitos,
Et quas Oceani refluum mare lauit arenas,
Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas.
Et ſtrigis in fames ipſis cum carnibus alas,
Inq́; virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui profecta lupi, nec defuit illi

*inſpergẽs aut infundens.

Petitio.

Expedit veneficium.

Collatio.

Medea Aeſonirepatrat iuuentutem.

Enumeratio eorum ex quibus pharmacũ conſtabat.

Squamea

Squamea Cinyphei tenuis membrana Chelidry,
Viuacisque iecur cerui, quibus insuper addit
*Ora, caputq; nouem cornicis*sæcula passæ.*
His & mille alijs postquam sine nomine rebus
Propositum instruxit mortali barbara munus,
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit, summisque immiscuit ima.
Ecce vetus calido versatus stipes aheno,
Fit viridis primo, nec longo tempore frondes
Induit, & subitò grauidis oneratur oliuis.
At quacunq; cauo spumas eiecit aheno,
Ignis, & in terram guttæ cecidêre calentes,
Vernat humus. floresq;, & mollia pabula surgunt:
Quæ simul ac vidit. stricto Medea recludit
Ense senis iugulum, veteremq; exire cruorem
Passa replet succis, quos postquam combibit AEson,
*Aut ore*acceptos, aut vulnere, barba, comæq;,*
Canicie posita nigrum rapuêre colorem.
Pulsa fugit macies, abeunt, pallórque, sitúsque,
Adiectóque cauæ supplentur corpore rugæ,
Membráque luxuriant. AEson miratur, & olim
Ante quater denos nunc se reminiscitur annos,
Dissimilémque animum subijt, ætate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber, & admonitus iuuenes nutricibus annos
Posse suis reddi, capit hoc à Colchide munus.
Néue doli cessent, ódium cum coniuge falsum
Phasias assimulat, Peliæq; ad limina supplex
Confugit, atq; illam, quoniam grauis ipsa senecta est,
Excipiunt natæ, quas corpore callida paruo

*fœdera.
Antonomasia.
Avi pharmaci.
Ramus aridæ oliuæ reuirescit.
Guttæ inflores.
A circunstantijs amplificat.
* exceptos.
Aeson è vetulo iuuenis.
Hypotyposis.
Admiscet obiter aliã fabulam.
Transit ad aliã fabulã

*mendacis

Colchis amicitiæ *fallacis imagine cepit.

Occasio petitionis.

Dumq; refert inter meritorum maxima, demptos
Æsonis esse situs, atque hac in parte moratur,
Spes est virginibus Pelia subiecta creatis,

*reuiresc-cere.

Arte suum parili *reuiuiscere posse parentem,
Idq; petunt iuuenes, precium sine fine paciſci.
Illa breui spatio silet, & dubitare videtur,

Animus simulatur.

Suspenditque animo ficta grauitate rogantum.
Mox vbi pollicita est, quo sit fiducia maior

Cõfirmat Peliades à facto.

Muneris huius, ait: qui vestri maximus æuo est
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.

hipotyposis.

Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum caua tempora cornu:
Cuius vt Æmonio marcentia guttura culiro
Fodit, & exiguo maculauit sanguine ferrum,
Membra simul pecudis, validósque venefica succo
Mergit in ære cauo, minuunt ea corporis artus,
Cornuaque exurunt, nec non cum cornibus annos,

Aries in agnum.

Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora, balatum mirantibus, exilit agnus,

A natura agni.

Lasciuitq; fuga, lactentiaq; vbera quarit.
Obstupuêre sata Pelia, promissaq; postquam
Exhibuêre fidem, tum verò impensius instant.

A temporis descriptione.

Ter iuga Phœbus equis in Hibero flumine mersit
Dempserat, & quarta radiantia nocte micabant
Sydera, cum rapido fallax Aeetias igni
Imponit paruum laticem, & sine viribus herbas.
Iámque neci similis resoluto corpore, regem,
Et cum rege suos custodes somnus habebat,
Quem dederat cantus, Magicaq; potentia linguæ

Int

Intrarant iussa cum Colchide limina nata,
Ambierántque thorum. Quid nũc dubitatis inertes? exhortatio
Stringite ait gladios, veterémque haurite cruorem, Exordium à propositione per interrogationem.
Vt repleam vacuas iuuenili sanguine venas.
In manibus vestris vita est, atasq; parentis,
Si pietas vlla est, nec spes agitatis manes,
Officium præstate patri, teliſque senectam A pietate.
Exigite, & saniem conecto emittite ferro.
His, vt quaque pia est, hortatibus, impia prima est,

Decorem seruat in describendo impietatem filiarum.

Nec mira hypotypôsis.

Et ne sit scelerata, facit scelus, haud tamen ictus
Vlla suos spectare potest, oculósque reflectunt,
*Lucaque dant sæuis * auersa vulnera dextris.* * aduersæ.
Ille cruore fluens, subitò tamen alleuat artus,
Semilacérque thoro tentat consurgere, & inter *Pathos.*
Et medius gladios pallentia brachia tendens, Expostulatio pathetica.
Quid facitis nata? Quis vos in fata parentis
Armat, ait? Cecidêre illis, animique, manúsque. Exaggerat crudelitatẽ Medeæ.
Iura locuturo, cum verbis guttura Colchis
Obstulit, & calidis laniatum mersit in vndis.
Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras, A locis amplificat, & fabulis illic actis.
Non exempta foret pœna, fugit alta, superq;
Pelion vmbrosum, Philyraáque tecta, supérque
Othryn, & euentu veteris loca nata Cerambi.
Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis, Interserit aliam fabulam.
Cum grauis infuso tellus foret obruta ponto,
Deucalioneas effugit inobrutus vndas,
Aeoliam Pitanen à læua parte reliquit, A tempore Draco in saxum.
Flectaque de saxo longi simulacra dracenis,

Iuuencus in ceruum

*Iustratu Mœra canis

Coæ mulieres cormutæ.

Telchines omnia visa mutant.

Puella in columbã

Amplificat narrãdo fabulã.

Hyries filius in cygnum.

Hyrie in stagnum.

Combe in auem.

A Menephronis scelere.

Puer in phocam.

Idaumq́ nemus, quo nati furta, iuuencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cerui.
Quaq́ pater Coryti parua tumulatus arena,
*Et quos Mœra nouo *latratu terruit agros,*
Eurypyliq́ vrbem, qua Coæ cornua matres
Gesserunt, tunc cùm discederet Herculis agmen,
Phœbeámque Rhodon, & Ialysios Telchinas,
Quorum oculos ipso mutantes omnia visu,
Iuppiter exosus, fraternis subdidit vndis.
Transit & antiqua Carthæa mœnia Cea,
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natã
Miraturus erat nasci potuisse columbam.
Inde lacus Hyrie videt, & Cygneia Tempe,
Quæ subitus celebrauit olor. Nam Phyllius illic
Imperio pueri volucréque, feriumque leonem,
Tradiderat domitos, taurum quoq́ vincere iussu
Vicerat, & stricto toties iratus amore
Præmia poscenti taurum suprema negauit.
Ille indignatus, cupies dare, dixit, & alto
Desiluit saxo, cuncti cecidisse putabant:
Factus olor niueis pendebat in aëre pennis.
At genitrix Hyrie seruatum nescia, flendo
Delicuit, stagnúmque suo de nomine fecit,
Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis,
Ophias effugit natorum vulnera Combe,
Inde Calaurea Latoidos aspicit arua,
In volucrem versi cum coniuge conscia regis,
Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron
Concubiturus erat, sæuarum more ferarum.
Cephison procul hinc deflentem fata nepotis,

Reff

Respicit in tumidam Phocen ab Apolline versi,
Eumeliq; domum lugentis in aëre natam.
Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit, hîc auo veteres mortalia primo
Capora vulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis,
Flagrantémque domum regis malè vidit, vtróque
Sanguine natorum perfunditur impius ensis,
Vltaq; se malè mater Iasonis effugit arma,
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arcès, quæ te tutissime Phineu,
Téque senex Peripha pariter vidêre volantes,
Innexamq; nouis neptem Polyphemonis alis.
Excipit hanc Aegeus facto damnandus in vno.
Nec satis hospitiu est, thalami quoq; fœdere iungit,
Iamq; aderat Theseus proles ignara parenti,
Qui virtute sua bimarem pacauerat Isthmon.
Huius in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerat secum Scythicis aconiton ob oris.
Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum
Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatu,
Est via decliuis per quam Tirynthius Heros
Restantem, contráque diem, radiosq; micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et sparsit virides spumis albentibus agros.
Has concrêsse putant, nactas q; alimenta q; feracis,
Fœcundiq; soli, vires cepisse nocendi,
Quæ quia nascuntur dura viuacia caute,

Eumeli filia in autē *Pometiliquę
Pluuiales fungi ī homines, prosequitur fabulam. Medeæ.
Occasio fabulæ sequentis. *Apostrophe.

Descriptio Aconiti.
Loci descriptio.

A notatiõe nominis.

Agreſtes Aconita vocant, ea comingis aſtu
Ipſe parens Ægeus nato porrexit, vt hoſti.
Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa ſui generis, facinusq; excuſſit ab ore.
Effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor quanquam latatur ſoſpite nato,

A gaudio Ægei.

Attonitus tamen eſt, geniti diſcrimine paruo,
Committi potuiſſe nefas, fouet ignibus aras,
Muneribusq; deos implet, feriuntq; ſecures
Colla toroſa boum, vinctorum cornua vittis.
Nullus Erichthidis fertur celebratior illo

Collatio hyperbolica.

Illuxiſſe dies, agitant conuiuia patres,
Et medium vulgus, necnon & carmina vino
Ingenium faciente, canunt: te maxime Theſeu

A feſtis & conuiuijs celebratis qua occaſiõe in laudes Theſei digreditur

Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tamen.
Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus,
Munus, opúsque tuum eſt, tellus Epidauria per
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem,
Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.
Cercionis lethum vidit Cerealis Eleuſis.

A perſona Scynis amplificat, vt collatione magis creſcat Theſei laus.

Occidit ille Scynis, magnis male viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scyrone patet, ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda.

Scyronis oſſa in

Qua iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Scyronis inhæret,
Si titulos, annoſq; tuos numerare velimus,

Facta prement annos, pro eo fortissime vota
Publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus.
Consonat assensu populi, precibusq; fauentum
Regia, nec tota tristis locus vllus in vrbe est.
Nec tamen (Vsqueadeo nulla est syncera voluptas,
Sollicitúmque aliquid latis interuenit) Aegeus
Gaudia percepit nato secura recepto.
Bella parat Minos, qui quanquam milite, quanquã
Classe valet, patria tamen est firmissimus ira,
Audrogeiq; necem iustis vlciscitur armis.
Ante tamen bello vires acquirit amicas,

pulos Auertit sermonẽ ad Theseа.

Exclamatio. Trãsit ad aliã fabulam.

Ab apparatu belli.

Enumerat aliquot insulas, quas partim Minos, partim Aegeus sibi conciliauit, & amplificando describit obiter, si quæ fabulæ in his gestæ sunt.

Quaq; patent aditus, volucri freta classe pererrat.
Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypaleia regna,
Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello.
Hinc humilem Myconen, cretosaq; rura Cymoli,
*Florentémque Tyron, Cypron, *planãq; Seriphon,*
Marmoreãq; Paron, quamq; impia prodidit Arne
Sithonis, accepto, quod auara poposcerat, auro.
Mutata est in auem, qua nunc quoq; diligit aurum.
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.
At non Oliaros, Didymaq;, & Tenos, & Andros,
Et Gyaros, nitidaque ferax Peparethos oliua.
Gnossiacas iuuêre rates, latere inde sinistro
Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.
Oenopiam veteres appellauêre, sed ipse
AEeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaq; virum cognoscere fama

*plenãq;

Sithonis in monedulam.

A nomine insulæ amplificat.

Expe-

Expetit, occurrunt illi Telamónque, minórque
Quam Telamon Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipſe quoq; egreditur tardus grauitate ſenili
Æeacus, & quæ ſit veniendi cauſſa requirit.
Admonitus patrij luctus, ſuſpirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato ſumpta, piaq;
Pars ſis militiæ, tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades, petis irrita, dixit, & vrbi
Non facienda mea. Neque enim coniunctior vlla
Cecropidis hac eſt tellus, ea fœdera nobis.
Triſtis abit, ſtabuntq; tibi tua fœdera magno,
Dixit, & vtilius bellum putat eſſe minari,
Quàm gerere, atque ſuas ibi præconſumere vires.
Claſſis ab Oenopijs etiam nunc Lictia muris
Spectari poterat, cùm pleno concita velo
Attica puppis adeſt, & portus intrat amicos,
Quæ Cephalum, patriaq; ſimul mandata ferebat.
Æacida longo iuuenes poſt tempore viſum
Agnouêre tamen Cephalum, dextrásque dedêrunt
Inq; patris duxêre domum. Spectabilis Heros,
Et veteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ,
Et dextra, leuaq; duos ætate minores,
Maior habet, Clyton, & Buten Pallante creatos.
Poſtquam congreſſi primi ſua verba tulerunt.

A perſona Periphraſi.
Minoris regis Cretæ.
Ecaten pochnos.
Petitio.
Arguit ab honeſto.
Ratio.
Ab vtili.
A legatis ab Aegæo miſsis.
Amplificat à perſona Cephali.
Olea pacis ſignum.
A circunſtantia.

Exponit mandatum Cephalus, addit cauſam cur poſtulet auxilium, nempè fœdere deberi, & hoc tempore quo probat à periculis, quia de tota Græciæ ſalute agitur.

Cecropidæ: Cephalus peragit mandata, rogátque
Auxilium.

Auxilium, fœdusq; refert, & iura parentum,
Imperiúmque peti potius Achaidos addit.
Sic vbi mandatam iuuit facundia cauſſam,
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit, Athenæ,
Nec dubia vires, quas hæc habet inſula, veſtras *dicito.
Ducite, & omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.
Robora non deſunt, ſuperat mihi miles, & hoſti.
Gratia Dijs, felix & inexcuſabile tempus.

Subnectitur mox liberalis reſponſio Aeaci, quod velit, & quod poſsit, in quo cernitur animi promptitudo. Et Cephalus viciſsim illi, & ſuis, benè precatur, ſed dum inquirit de veteri Aeginenſium ſtatu, occaſionem dat Aeaco vt narret fabulam Myrmidonum.

Imò ita ſit Cephalus, creſcat tua ciuibus, opto,
Vrbs, ait, aduenient equidem modò gaudia cepi.
Cum tàm pulcra mihi, tàm par ætate iuuentus
Obuia proceſſit, multos tamen inde requiro,
Quos quondam vidi veſtra prius vrbe receptus.
Aeacus ingemuit, triſtiq; ita voce locutus, *debile.
Flebile principium, melior fortuna ſecuta eſt. Attentio.
Hanc vtinam vobis poſſem memorare, ſine vllo Narratio.
Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos,
Oſſa, cinisq; iacent, memori quos mente requiris, Fabulæ.
Et quota pars illi, rerum periêre mearum?
Dira lues populis, ira Iunonis iniqua,
Vrsit exoſæ dictas à pellice terras. Cauſſa.
Dum viſum eſt mortale malum, tantæq; latebat
Cauſſa nocens cladis, pugnatum eſt arte medendi,
Fatium ſuperabat opes, victæq; iacebant,

Prin-

Peſtis deſcriptio à cauſis antecedentibus, cõiũctis & cõſequẽtibus.

Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit, & ignauos incluſit nubibus æſtus.
Dúmque quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem
Lethiferis calidi ſpirârunt æſtibus Auſtri.
Conſtat & in fontes vitium veniſſe, lacusq3,

A tẽpore. Homerica imitatio.

Miliáque incultos ſerpentem multa per agros
Errâſſe, atque ſuis fluuios temerâſſe venenis.
Strage canum primò, volucrúmq3, auiúmq3, boúmq
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.

Meriſm°.

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medióque recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus agros,

*letho.

Sponte ſua lanaq3 cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnaq3 in puluere fama
Degenerat, palma, veterúmque oblitus honorum
*Ad præſepe gemit, *morbo moriturus inerti.*
Non aper iraſci meminit, nec vincere curſu

*herbæ.

Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrſi.

Renouatur attentio.

Omnia languor habet, ſyluis, agriſq3, viisq3
*Corpora fœda iacent, vitiantur odoribus *aure.*
Mira loquor, non illa canes, auidaq3 volucres,
Non cani tetigêre lupi, dilapſa liqueſcunt,
Afflatuq3 nocent, & agunt contagia latè.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos

A peſtis vehementia, & natura. *Symptomata.*

Peſtis, & in magna dominatur mœnibus vrbis.
Viſcera torentur primò, flammisq3 fatiſcunt,
Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus igni,
Aſpera lingua tumet, tepidisq3 arentia ventis
Ora patent, auraq3 graues captantur hiatu

N

Non stratum, non vlla pati velamina possunt
Dura, sed in terra ponunt præcordia, nec fit
Corpus humo gelidum, sed humus de corpore feruet,
Nec moderator adest, inq; ipsos sæua medentes
Erumpit clades, obsuntq; autoribus artes.
Quo propior quisq; est, seruitq; fidelius ægro,
Inpartem lethi citius venit, atque salutis
Spes abijt, finemq; vident in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla, quid vtile, cura est.
Vtile enim nihil est. Passim positoq; pudore
Fontibus, & fluuijs, puteisq; capacibus hærent,
Nec sitis est extincta prius, quàm vita, bibendo.
Inde graues morbo nequeunt consurgere, & ipsis,
Immoriuntur aquis, aliquis tamen hausrit & illas,
Tantaq; sunt miseris inuisi tædia lethi,
Prosiliunt, aut, si prohibent *consistere vires,
Corpora deuoluunt in humum, fugiuntq; penates
Quisq; suos, sua cuiq; domus funesta videtur,
Et quia causa latet, locus est in crimine *notus.
Semanimes errare vys, dum stare valebant,
Aspiceres, flentes alios, terraq; iacentes,
Lassaq; versantes supremo lumina motu.
Membra pendentis tendunt ad sydera cæli
Hic, illic, vbi mors deprênderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse?
Te vitam odisse, & cuperem pars esse meorum.
Quo se cunq; acies oculorum flexerat, illîc
Vulgus erat stratum, veluti cum *putrida motis
Poma cadunt ramis, agitatáque ilice glandes,
Templa vides contra gradibus sublimia longis:

Pathos.

Ab ijs quæ curatur pestis tẽpore Amplificat exẽplo.

*Cõsurgere Epiphonema gestum impatiẽtium morbi subnectens.

*totus.

Interrogatio pathetica boni regis animũ declarans.

A simili cõmiserationẽ mouet.

*putat.

Iuppi-

Demõstratio. *Iuppiter illa tenet, qui non altaribus illis*
Irrita thura dedit? quoties pro coniuge coniux,
Ab ijs quę in sacrificio. *Pro nato genitor, dum verba precantia dixit,*
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu thuris pars inconsumpta reperta est.
Admoti quoties templis, dum vota sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haud expectato cecidêrunt vulnere tauri?
Ipse ego sacra Ioui pro me, patriaq;, tribúsque,
A suo exẽplo facit fidem. *Cùm facerem natis, mugitus victima diros*
Aedidit, & subitò collapsa sine ictibus vllis,
Eleuat autoritatem auspiciorum. *Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.*
Fibra quoq; egra notas veri, monitús deorum
Perdiderat, triſtes penetrant ad viscera morbi.
A loco. *Ante sacros vidi proiecta cadauera postes,*
Ante ipsas, quo mors foret inuidiosior, aras.
Pars animam laqueo claudunt, mortisq; timorem
*Marte Pathos. **Morte fugant, vltróque vocant venientia fata.*
A sepultura. *Corpora missa neci nullis de more feruntur*
Funeribus, neque enim capiebant funera portę.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in a
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est.
*matrũq;. *Déque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.*
Petitio figurata. *Qui lacryment, desunt, indefletaq; vagantur*
*Natorúmq;, *virúmq; anima, iuuenumq;, senú*
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in igne
Attonitus tanto miserarum turbine rerum,
Iupiter ô, dixi, si te non falsa loquuntur
Ægina amplexus quondam sub Asopidos îsse,
Ab omine *Nec te magne pater nostri pudet esse parentem,*

Aut mihi redde meos, aut me quoq; conde sepulcro. A voto.
Ille notam fulgore dedit, tonitrúque secundo.
Accipio, sintq; ista precor felicia mentis
*Signa tuæ, dixi, quæ das mihi *pignoris omen,* *pignora numen.
Forte fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra Iouí quercus de semine Dodonæo. A casu.
Hîc nos frugilegas aspeximus agmine longo Epitheton.
Grande onus exiguo formicas ore gerentes, A natura formicarũ.
Rugosóq; suum seruantes cortice callem.
Dum numerum miror, totidem pater optime, dixi,
Tu mihi da cives, & inania mœnia supple. A voto.
Intremuit, ramisque sonum, sine flamine motis, Hypallage
*Alta dedit quercus, pauido mihi membra *timore* *pudore.
Horruerant, stabántque coma, tamen oscula terræ,
Roboribusq; dedi, nec me sperare fatebar,
Sperabam tamen, atque animo mea vota fouebam.
Nox subit, & curis exercita corpora somnus A tẽporis descriptiõe
Occupat, ante oculos eadem mihi quercus adesse, Amplificat à somno
Et rami totidem, totidémque animalia ramis quo transformationem formicarum insinuat.
Ferre suis visa est, paritérque tremiscere motu,
Graniferúmque agmen subiectis spargere in aruis,
*Crescere *quod subitò maius, maiúsque videtur,* *deinc.
Ac se tollere humo, rectóque assistere trunco,
Et maciem, numerúmque pedum, nigrumq; colorem
Ponere, & humanam membris inducere formam.
Somnus abit, damno vigilans mea visa, querórque
In superis opis esse nihil. At in ædibus ingens
Murmur erat, vocesq; hominum exaudire videbar,
Iam mihi desuetas, dum suspicor, has quoque somni
Esse, venit Telamon properus, foribusq; reclusis,

Cauſſa ante propoſitum.

Spéque, fideq; pater, dixit, maiora videbis,
Egredere, egredior, qualéſque in imagine ſomni
Viſus eram vidiſſe viros, ex ordine taleis
Aſpicio noſcóque, adeunt, regémque ſalutant.*
Vota Ioui ſoluo, populisq; recentibus vrbem

Formicæ in myrmidonas.

Partior, & vacuos priſcis cultoribus agros,
Myrmidonáſque voco, nec origine nomina frando.

A moribus, & natura, facit fidem.

Corpora vidiſti, mores, quos ante gerebant,
Nũc quoq; habent, parcũ genus eſt, patiẽsq; laboris,
Quæſitiq; tenax, & quod quæſita reſeruet.

Redit ad rẽ

Hi te ad bella pares annis, animisq; ſequentur,
Cùm primùm qui te feliciter attulit, Eurus

Tranſit ad aliã fabulã

(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Auſtrum.
Talibus, atque alijs longum ſermonibus illi

A temporis deſcriptione.

Impleuêre diem, lucis pars optima menſæ
Eſt data, nox ſomnis, iubar aureus extulerat ſol.

Reductio.

Flabat adhuc Eurus, redituraque vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conueniunt, ſed adhuc regem ſopor altus habebat.

Cauſſa.

Excipit Æacides illos in limine Phocus.

*mouebãt

*Æolidẽ

*Nam telamon fratérque viros ad bella *parabant.*

Occaſio alterius fabulæ, quã obiter inſerit.

Phocus in interius ſpatium, pulchróſque receſſus
Cæcropidas duxit, cum queis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit Æoliden ignota ex arbore factum*
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuſpis.

* ante.

*Pauca priùs mediis ſermonibus *ille locutus,*

* ſtudioſus

*Sum nemorum *cuſtos, ait, cædisq; ferinæ,*

A ſua perſona.

Qua tamen è ſylua teneas haſtile reciſum.
Iamdudum dubito, certè ſi fraxinus eſſet,

Fulus

Fulua colore foret, si cornus, nodus ineſſet,
Vnde ſit ignoro, ſed non formoſius iſto
Vidêrunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit Actais è fratribus alter, & vſum
Maiorem ſpecie mirabere, dixit in iſto.
Conſequitur, quodcunq; petit, fortunáque miſſum
Non regit, & reuolat nullo referente cruentum.
Tum verò iuuenis Nereius omma quarit,
Cur ſit, & vnde datum, quis tanti muneris autor.
Quæ petit, ille refert, & cætera nota, pudore,
Qua tulerit mercede, ſilet, tactusq; dolore
Coniugis amiſſæ, lacrymis ita fatur obortis.
Hoc me nate dea (quis poſſet credere?) telum
Flere facit, faciet q; diu, ſi viuere nobis
Fata diu dederint, hoc me cum coniuge chara
Perdidit, hoc vtinam caruiſſem munere ſemper.
Procris erat, ſi fortè magis peruenit ad aures
Orithyia tuas, magnæ ſoror Orithyiæ.
Si faciem, moresq; velis conferre duarum,
Dignior ipſa rapi, pater hãc mihi iunxit Erichtheus
Hanc mihi iunxit amor, felix dicebat, eramque,
Non ita dijs viſum eſt, at nunc quoq; forſitan eſſem.
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis,
Cùm me cornigeris tendentem retia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymeti,
Lutea mane vidit pulſis Aurora tenebris,
Inuitumq; rapit, liceat mihi vera referre
Pace dea, quod ſit roſeo ſpectabilis ore,
Quod teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quod alatur aquis, ego Procrin amabam,

Confutatiuncula à natura ligni.
à pulchritudine teli.
Aetiologia
Narratio.
Propoſitio Procris Cephali vxor.
Collatione explicat formam Procris.
Cauſſa.
A tempore
A loco.
Deſcribendo deam fidem narrationi venatur.

Repetitio. *Pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.*
Sacra thori, coitusq; nouos, thalamósque recentes,
Primaque deserti referebam fœdera lecti.
Mota dea est, & siste tuas ingrate querelas,
Mimesis. *Procrin habe, dixit, quodisi mea prouida mens est,*
estq; ironica cõfessio. *Non habuisse voles, meq; illi irata remisit.*
Dum redeo, mecumq; dæa memorata retracto,
A signis coniectura libus suspicionem auget. *Esse metus cœpit, ne iura iugalia coniux*
Non benè seruasset. Facies, ætasq; iubebant
Credere adulterium, prohibebant credere mores.
Sed tamen abfueram. Sed & hæc erat, vnde redibã,
Criminis exemplum. Sed cuncta timemus amantes.
Noema. *Quærere, quod doleam, statuo, donisq; pudicam*
Sollicitare fidem, fauet huic Aurora timori,
Immutatq; meam (videor sensisse) figuram,
Palladiasq; in eo non cognoscendus Athenas
Ingrediorq; domum, culpa domus ipsa carebat,
Castaque signa dabat, dominóque erat anxia rapto.
Vix aditus per mille dolos ad Erichthida factus.
Aetiologia *Vt vidi, obstupui, meditataque penè reliqui*
Tentamenta fide, malè me, quin vera faterer,
Collatio. *Continui, malè quin, vt oportuit, oscula ferrem.*
Tristis erat, sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi, desyderioq; calebat
Coniugis arrepti. Tu collige qualis in illa
Apostrophe præteritio. *Phoce decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.*
Quid referam, quoties tentamina nostra pudici
Reppulerint mores? quoties ego, dixerit, vni
Seruor, vbicunq; est? vni mea gaudia seruo?
Cui non ista fide, satis experientia sano

Magna

Magna foret? non sum contentus, & in mea pugno
*Vulnera, dum census dare me * promitto loquendo*
Muneraq; augendo, tandem dubitare coëgi.
*Exclamo, mala pectora detego, * fictus adulter,*
Verus eram coniux, me perfida teste teneris.
Illa nihil, tacito tantummodò victa pudore,
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit.
Offensaq; mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat, studijs operata Dianæ.
Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Peruenit, orabam veniam, & peccàsse fatebar,
Et potuisse datis simili succumbere culpæ
Me quoque muneribus, si numera tanta darentur.
Hæc mihi confesso, læsum prius vlta pudorem
Redditur, & dulceis concorditer exigit annos.
Dat mihi prætereà, tanquam si parua dedisset
Dona, canem munus, quem cùm sua traderet illi
Cynthia, currendo superabat, dixerat, omneis.
Dat simul & iaculum manibus, quod cernis habere.
Muneris alterius quæ sit fortuna requiris?
Accipe mirandum, nouitate mouebere facti.
Carmina Naïades non intellecta priorum
Soluunt ingenijs, & præcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obscura suarum,
Scilicet alma Themis, nec talia liquit inulta.
Protinus Aonijs immissa est bellua Thebis,
Cessit & exitio multis, pecoriq;, sibiq;,
Ruricolæ pauêre feram. Vicina iuuentus
Venimus, & latos indagine cinximus agros.
Illa leui velox superabat retia saltu,

* pro nocte Aurum pudicitiã expugnat.
* tectus vel pactus.

A pœnitentia sua Ab exẽplo ficto reuocat.

Commendatio canis ab autoritate dex. Ad aliam fabulam accingitur. Attentio. Narratio, & causſarx Themidos.

* Rurigenæ.

Collatio. *Summaq; transibat positarum lina plagarum.*
*sequentis *Copula detrahitur canibus, quos illa* frequentes*
Effugit, & cœtum non segnior alite ludit.
Poscor & ipse meum consensu Lalapa magno.
(Muneris hoc nomen) iamdudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi, colloq; morantia tendit.
Vix bene missus erat, nec iam poteramus, vbi esset
Comparatione explicat canis velocitatem. *Scire, pedum calidus vestigia puluis habebat.*
Ipse oculis ereptus erat, non ocyor illo
Hasta, nec exutæ contorto verbere glandes,
A loco. *Nec Cortyniaco calamus leuis exit ab arcu.*
Collis apex medij subiectis imminet aruis,
Tollor in hunc, capioq; noui spectacula cursus.
Quo modò deprendi, modò se subducere ab ipso
Vulnere visa fera est, nec limite callida recto.
hipotyposis *In spaciumq; fugit, sed decipit ora sequentis,*
Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic, sequiturq; parem, similisq; tenenti.
*vacuos. *Non tenet, & *vanos exercet in aëre morsus.*
Ad iaculi vertebar opem, quod dextra librabat
Dum mea, dum digitos amentis addere tento,
Lælaps, & canis, & vulpes, in saxa *Lumina deflexi, reuocataq; rursus eodem*
Retuleram, & medio (mirum) duo marmora camp
Aspicio, fugere, hoc illud latrare putares.
Epilogus tabulæ. *Scilicet inuictos ambos certamine cursus*
Esse deus voluit, si quis deus adfuit illis.
Transitio. *Hactenus, & tacuit. Iaculo quod crimen in ipso est*
Phocus ait, iaculi sic crimina reddidit ille.
Noema. *Gaudia principium nostri sunt Phoce doloris,*
Illa priùs referam, iuuat, ô, meminisse beati

Tem-

Temporis Æacidæ, quo primos ritè per annos
Coniuge eram felix, felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor socialis habebat,
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori,
Nec me quæ caperet, non si Venus ipsa veniret,
Vla erat, æquales vrebant pectora flammæ.
Sole ferè radijs feriente cacumina primis — Collatio. A tempore
Venatum in syluas iuuenliter ire solebam,
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.
Tutus eram iaculo, sed cùm satiata ferinæ — Anadiplosis affectus causa.
Dextera cædis erat, repetebam frigus, & vmbram,
Et quæ de gelidis exibat vallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lemis in æstu,
Auram expectabam, requies erat illa labori,
Aura (recordor enim) venias, cantare solebam, — Amplificat à carmine qi Cephalus ad inuitandam auram occinebat. hymnus ad Auram + captatur Garrulitatis exemplum.
Méque iuues, intréque sinus gratissima nostros,
Vtq; facis, releuare velis, quibus vrimur, æstus.
Fersuan addideram (sic me mea fata trahebant)
Blanditias plures, & tu mihi magna voluptas,
Dicere sum solitus, tu me reficisque, foués que,
Tu facis vt syluas, vt amem loca sola, meóque
Spiritus iste tuus semper + capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Nescio quis, nomenque aurę tàm sæpe vocatum
Esse putat Nymphæ, Nymphæ mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index,
Protrin adit, linguáque refert audita susurra.
Credula res amor est, subitò collapsa dolore,
Vt mihi narratur, cecidit, longóque refecta

Sententia. *Tempore se miseram, se fati, dixit, iniqui,*
Amor zelo typus. *Deq; fide questa est, & crimine concita vano,*
Quod nihil est, metuit, metuit sine corpore nomen,
Et dolet infelix veluti de pellice vera.
*Speratq; *Sape tamen dubitat, *metuitq; miserrima falli,*
Indicioq; fidem negat, & nisi viderit ipsa
Damnatura sui non est delicta mariti.
A tempore *postquã *Postera depulerant Aurora lumina noctem,*
Egredior, syluasq; peto, victorq; per herbas
Aura veni, dixi, nostroque medere labori.
Et subitò gemitus inter mea verba videbar,
Nescio quos audisse. Vem tamen optima dicens,
Fronde leuem rursus strepitum faciente caduca,
Sum ratus esse feram, telumq; volatile misi.
Procris erat, medióque tenens in pectore vulnus,
Hei mihi, conclamat, vox est vbi cognita fida
A timoris magnitudine. *Coniugis, ad vocem praceps, amensq; cucurri.*
Semianimem, & sparsas fœdantem sanguine vestes,
Et sua, me miserum, de vulnere dona trahentem
Inuenio, corpusq; meo mihi charius vlnis
Mollibus attollo, scissaq; à pectore veste
Vulnera saua ligo, conorque inhibere cruorem,
Neu me morte sua sceleratum deserat, oro.
Viribus illa carens, & iam moribunda coëgit
Obtestatio pathetica. *Hæc se pauca loqui, per nostri fœdera lecti,*
Perque deos supplex oro, superósque, meosq;,
Per si quid merui de te bene, perq; manentem
Nunc quoq; cùm pereo, cauſſam mihi mortis, amor
Ab affectibus. *Ne thalamis, auram patiare incumbere nostris.*
Dixit, & errorem tum demique nominis esse

Et ſenſi, & docui, ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur, & paruæ fugiunt cum ſanguine vires.
Dumq; aliquid ſpectare poteſt, me ſpectat, & in me
Infelicem animam, noſtróque exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori ſecura videtur.
Flentibus hæc lacrymans heros memorabat, & ecce Epilogus.
Æacus ingreditur duplici cum prole, nouóque Redit ad le
Milite, quem Cephalus cum fortibus accipit armis. gationem

FINIS LIB. VII.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER VIII.

IAM nitidum retegente diem, noctisq; fugante χρονογραφία.
Tempora Lucifero, cadit Eurus, & humida ſurgunt
Nubila, dant placidi curſum redeuntibus Auſtri
Æacidis, Cephaloq;, quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuêre petitos. Occaſio fabulæ ſequentis.
Intereà Minos Lelegeia littora vaſtat, Redit ad bella.
Pretentatq; ſui vires Mauortis in vrbe A perſona.
Alcathoë, quam Niſus habet, cui ſplendidus oſtro, Eſtq; occaſio fabulæ.
Inter honoratos medio de vertice canos A tẽpore.
Crinis inhærebat, magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ,
Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq;
Inter vtrumq; volat dubijs Victoria pennis.

Regia turris erat, vocalibus addita muris,
Arabdita Turris descriptio.
In quibus auratam proles Latonia fertur
Deposuisse lyram, saxo sonus eius inhaesit.
Saepè illinc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
Causſa.
Tunc cùm pax esset. Bello quoq; saepè solebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iamq; mora belli procerum quoq; nomina nôrat,
Armaq;, equósq;, habitusq;, Cydoneasq; pharetras.
Ab amore Scyllæ.
Nouerat ante alios faciem ducis Europæi.
Plus etiam, quàm nosse sat est, hac indice Minos,
Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat, seu sumpserat ære
Fulgentem clypeum, clypeum sumpsisse decebat,
Torserat adductis hastilia lenta lacertis,
Ab effectu amantiũ.
Laudabat virgo iunctam cum viribus artem,
Imposítis calamis patulos sinuauerat arcus,
Sic Phœbum sumptis iurabat stare sagittis.
Cùm verò faciem dempto nudauerat ære,
Purpureusq; albi stratis insignia pictis
Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat,
Vix sua, vix sana virgo Niseia compos
Mentis erat, felix iaculum, quod tangeret ille,
Quaq; manu premeret, felicia frena vocabat.
Impet⁹, & excitas amoris
Impetus est illi (liceat modò) ferre per agmen
Virgineos hostile gradus, est impetus illi
Turribus è summis in Cnossia mittere corpus
Castra, vel aratas hosti recludere portas,
Vel si quid Minos aliud velit, vtq; sedebat
Candida Dictæi spectans tentoria regis,

Later

Lateri, ait, doleam me geri lacrimabile bellum,
In dubio est: doleo, quod Minos hostis amanti est. Ethopeia per dubitationem.
Sed nisi bella forent, nunquam mihi cognitus esset.
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obside, me comitem, & me pacis pignus haberet.
Si quæ te peperit, talis pulcherrima regum, Apostrophe.
Qualis es ipse, fuit, merito deus arsit in illa.
O ego ter felix, si pennis lapsa per auras Amplificat à voto
Cuossiaci possem castris insistere regis,
Fassaq́ me, flammásq́ meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi, tantùm patrias ne posceret arces.
Nam pereant potiùs sperata cubilia, quàm sim
Proditione potens, quamuis sæpè vtile vinci, Ab exẽplo
Victoris placidi fecit clementia multis.

Rationes, qbus colligit bellũ, quod à Minoë geritur, honestũ esse, & iustũ, q̃ si iustũ est, à dijs iuuabitur, ergô inutile est repugnare. Inde consiliũ capit de proditione. Satius est victorem potiri ciuitate sine sanguine, quàm multa cæde.

Iusta gerit certè pro nato bella perempto,
Et caussaq́ valet, caussamq́ tuentibus armis,
(Vt puto) vincemur, qui si manet exitus vrbem,
Cur suus hæc illi referet mea mœnia Mauors?
Et non noster amor? meliùs sine cæde, moráque,
Impensáq́ sui poterit superare cruoris.
Nam metuo certè, ne quis tua pectora Minos
Vulneret imprudens. Quis enim tàm durus, vt in te
Dirigere immitem non inscius audeat hastam?
Cœpta placent, & stat sententia tradere mecum Conclusio
Dotalem patriam, finemq́ imponere bello. A difficile
Verùm velle parum est, aditus custodia seruat,

Clau-

Clauſtraq; portarum genitor tenet, hunc ego ſolum
Infelix timeo, ſolus mea vota moratur,
A uoto. Dy facerent, ſine patre forem, ſibi quisq; profecto
Eſt deus, ignauis precibus, fortuna repugnat.
Gnome. Altera iamdudum ſuccenſa cupidine tanto
Collatio. Perdere gauderet, quodcunq; obſtaret amori.
ab exẽplo Et cur vlla foret me fortior? ire per ignes,
à pari. Et gladios auſim, nec in hoc tamen ignibus vllis,
Aut gladijs opus eſt, opus eſt mihi crine paterno.
A tuto, & Ille mihi eſt auro precioſior, illa beatam
facili. Purpura me, vtiq; mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit, tenebrisq; audacia creuit.
A tẽpore. Prima quies aderat, qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus habet, thalamos taciturna paterni
Intrat, & (heu facinus) fatali nata parentem
Crime ſuum ſpoliat, prædaq; potita nefanda
Epiphone- Fert ſecum ſpolium ſceleris, progreſſaq; porta,
ma. Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Per paren- Peruenit ad regem, quem ſic affata pauentem eſt.
theſin. Suaſit amor facinus, proles ego regia Niſi,
Proditio, Scylla tibi trado patriumque, meoſque penates,
Exemplũ impietatis Præmia nulla peto, niſi te, cape pignus amoris,
Purpureum crinem, nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput, ſceleratáque dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit,
Increpatio Turbatusq; nouo reſpondit imagine facti.
Indicat Dy te ſubmouerant, o, noſtri infamia ſecli
quo ſuppli- Orbe ſuo, tellusq; tibi, pontusque negetur.
cio punie- Certè ego non patiar, Iouis incunabula, Creten,

Qui mens est orbis, tantum contingere monstrum. da esset.
Dixit, & vt leges captis iustissimus autor
Hostibus imposuit, classis retinacula solui
Iussit, & erat as impleri remige puppes.
Scylla freto postquam deductas nare carinas,
Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit,
Consumptis precibus, violentam transit in iram,
*Extendensq; manus passis furibunda capillis,
Expostulatio est mirè vehemens, figurata subiectionibus. *Intẽdẽsq; A beneficijs.
Quò fugis, exclamat, meritorum autore relicta,
O Patriæ præsate mea, præsate parenti,
Quò fugis immitis, cuius victoria nostrum,
Et scelus, & meritum est, nec te data munera, nec te
Noster amor mouit, nec quod spes omnis in vnum
Te mea *congesta est? Nam quò deserta reuertar? * coniecta Fictio.
In patriam? Superata iacet. Sed finge manere,
Proditione mea clausa est mihi patris ad ora,
Quæ tibi donaui, ciues odêre merentem,
Exitium exemplum metuunt. Obstruximus orbem
Terrarum nobis, vt Crete sola pateret. Ab effectibus pœnæ Probat minois crudelitatem.
Hanc quoq; si prohibes, & nos ingrate relinquis,
Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis,
Armeniæ tygres, austróque agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Lassa tua est, *generis falsa est *ea fabula, verum
Et ferus, & captus nullius amore iuuenca,
Quæ te progennit, taurus fuit. Exige pœnas
Nisi pater, gaudete malis modò prodita nostris
Mœnia. Nam fateor merui, & sum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læsi, *genitrix. *&. Apostrophe.

A circumstantijs. Ad Minoa rursus. Ironia.

Me perimat, cur qui vicisti crimine nostro,
Insequeris crimen? scelus hoc patriaq́, patrisq́,
Officium tibi sit, te verò coniuge digna est,
Quæ toruum ligno decepit adultera taurum,
Discordémque vtero fœtum tulit. Ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt, idémque tuas ingrate carinas?

Ratio. Cõsilium.

Iam iam Pasiphaën non est mirabile taurum
Præposuisse tibi, plus tu feritatis habebas.
Me miseram, properare iuuat, diuulsaq́ remis
Vnda sonat, mecúmq́ simul mea terra recedit,
Nil agis, ô, frustra meritorum oblite meorum.
Insequar inuitum, puppimq́ amplexa recuruam,
Per freta longa trahar. Vix dixerat, insilit vndis
Consequitúrque rates, faciente Cupidine vires,
Cnossiacaq́ hæret comes inuidiosa carinæ,
Quam pater vt vidit (Nam iam pẽdebat in aura,

Nisus rex ĩ Halyætũ.

Et modò factus auis fuluis Halyætus in alis
Ibat) vt hærentem rostro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimisit, & aura cadentem
Sustinuisse leuis, ne tangeret æquora, visa est.

Hecatombæ Scylla ĩ Cirim.

Pluma fuit, plumis in auem mutata vocatur
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo.

*Curetida parasceue, Ad aliã fabulam. Cõsilium Minois. Laus ab artifice.

Vota Ioui Minos taurorum sanguine centum
Soluit, vt egressus ratibus Creteida terram*
Contigit, & spolijs decorata est regia fixis.
Creuerat opprobrium generis, fœdúmque patebat
Matris adulterium monstri nouitate biformis.
Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
Multipliciq́ domo cæcis includere tectis.

Dæda-

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluit q; fluitq;,
Occurrénsque sibi venturas aspicit vndas.
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias, vixq; ipse reuerti
Ad limen potuit, tanta est fallacia tecti.
Quò postquam geminam tauri, iuuenisq; figuram
Clausit, & Actæo bis pastum sanguine monstrum,
Tertia sors annis domuit repetita nouenis.
Vtq; ope virginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo est inuenta relicto,
Protinus Ægides raptâ Minoide * Diam
Vela * ducit, comitémque suam crudelis in illo
Littore destituit, deserta, & multa querenti.
Amplexúsque, & opem Liber tulit, vtq; perenni
Sydere clara foret, sumptam de fronte coronam
Immisit cælo, tenueis volat illa per auras,
Dúmque volant, gemmæ nitidos vertuntur in ignes,
Consistúntq; loco specie remanente coronæ,
Qui medius, nixique genu est, anguémque tenentis.
Dædalus interea Creten, longúmque perosus
Exilium, tactúsque loci natalis amore,
Clausus erat pelago, terras licet, inquit, & vndas
Obstruat, at cælum certè patet, ibimus illàc,
Omnia possideat, non possidet aëra Minos,
Dixit, & ignotas animum dimittit in artes,

Descriptiõ Labyrinthi
Amplificat.
A comparatione.
Adplicatio
Acclamatio continens ratio nem.
* Chiam. " dedit. Pathos.
Amplificat à descriptione.
Coronæ Ariadnes syderis cælestis.
Alia fabulã icepeat.
A possibilis arguit.
Cõsilium Dædalus volucer.
Hypotypo-sis.

Natu-

Naturamq́ nouat. Nam ponit in ordine pennas,
A minima ceptas, longam breuiore sequente,
Vt cliuo creuisse putes, sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
Tunc lino medias, & ceris alligat imas.
Atq; ita compasitas, paruo curuamine flectit
Vt veras imitetur aues, puer Icarus vnà
Stabat, & ignarus sua se tractare pericla,
Ore renidenti modò, quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modò pollice ceram
Mollibat, lusuq́ suo mirabile patris
Impediebat opus. Postquam manus vltima cœpto
Imposita est, geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus, motaq́ pependit in aura.
Instruit & natum, medióque vt limite curras
Icare, ait, moneo, ne, si demissior ibis,
Vnda grauet pennas, si celsior, ignis adurat.
Inter vtrumq́ vola, nec te spectare Booten,
Aut Helicen iubeo, strictúmque Orionis ensem,
Me duce carpe viam, pariter præcepta volandi
Tradit, & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus, monitusq́ genæ maduêre seniles,
Et patriæ tremuêre manus, dedit oscula nato,
Non iterum repetenda suo, pennisq́ leuatus
Ante volat, comitiq́ timet, velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aëre nido,
Hortaturq́ sequi, damnosasq́ erudit artes,
Et mouet ipse suas, & nati respicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces,
Aut pastor baculo, stiuaq́ innixus arator,

Amplificat à simili.

Pathos.

A pueri ingenio.

Admonitio, qua ĩstruit filiũ Dædalus.

A patris affectibus.

Cõparatio

Fictio àcir cunstãtijs.

Vidit

Vidit, & obstupuit, quiq; æthera carpere possent,
Credidit esse deos, & iam Iunonia laua
Parte Samos fuerat, Delósque, Parósque, relictæ,
Dextra Lebyntos erat, fœcundaque melle * *Calymna*
Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deseruitq́; ducem, cælique cupidine tactus
Altius egit iter, rapidi vicinia solis
Mollit adornatas, pennarum vincula, ceras.
Tepuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos
Remigióque carens, non vllas * *percipit auras,*
Oraque cærulea patrium clamantia nomen,
Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater, Icare dixit,
Icare dixit vbi es? Qua te regione requiram?
Icare dicebat, pennas * *respexit in vndis,*
Deuouitque suas artes, corpusq́; sepulcro
Condidit, & tellus à nomine dicta sepulti est.
Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramosa prospexit ab illice perdix,
Et plausit pennis, testataque gaudia cantu est,
Vnica tunc volucris, nec visa prioribus annis,
Factaque nuper auis, longum tibi Dædale crimen
Namq́; huic tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum, ferroq́; incidit acuto
Perpetuos dentes, & serræ repperit vsum
Primus, & ex vno duo ferrea brachia nodo
* *Iunxit, vt æquali spatio distantibus illis*

A locis per quos volauit.
* Calydna
Exemplũ temeritatis Icari volatus.
* Tabuerãt
* concipit.
Correctio.
Repetitio.
Mimetice.
* cõspexit.
Occasio sequentis fabulæ.
Apostrophe
Narratio fabulæ.
Ab ætate.
Circini descriptio.
* vinxit.

Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.

Exemplũ ꝙmutationis, & inuidiæ.
Dædalus inuidit, ſacráque ex arce Minerua
Præcipitem miſit, lapſum mentitus, at illum
Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas, auémque
Reddidit, & medio volauit in aëre pennis,

Talus in perdicem.
Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas,
Inq; pedes abijt, nomen quod & ante, remanſit.

A natura perdicis.
Non tamen hæc altè volucris ſua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altóque cacumine nidos,
Propter humum volitat, ponitq; in ſepibus oua,
Antiquiq́ue memor, metuit ſublimia, caſus.

Paraſceue. Ad aliam fabulam.
Iámque fatigatum tellus Ætnea tenebat
Dædalon, & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur, iam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant, Theſea laude, tributum.
Templa coronantur, bellatricémque Mineruam
Cum Ioue, diysq; vocant alys, quos ſanguine, voto,

Occaſio fabulæ inſequentis.
Muneribúſque datis, & acerris thuris honorant.
Sparſerat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theſeos, & populi, quos diues Achaia cepit.

Narratio continens cauſſam immiſſi apri in Calydonis agros.
Huius opem magnis implorauêre periclis,
Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,
Sollicita ſupplex petijt prece, Cauſſa petendi
Sus erat, infeſta famulus, vindéxque Diana,
Oenea námque ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua vina Lyæo,
Palladios flaua latices libâſſe Minerua.
Cœptus ab agricolis, ſuperos peruenit ad omneis
Ambitioſus honor, ſolas ſine thure relictas

Noema.
Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.

Tangit

Tangit & ira deos. At non impune feremus,
Quæq; inhonorata, non & dicemur inulta, Mimesis.
Inquit, & Oeonios, vltorem spreta, per agros
Misit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores,
Sanguine, & igne micant oculi, riget horrida ceruix. Collatio.
Et seta densis similes hastilibus horrent. Descriptio apri Calidomi.
Stant q; velut vallum, & velut alta hastilia setæ,
Feruida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent, Enumeratio.
Is modò crescentes segetes proculcat in herba.
Nunc matura metit fecturi vota coloni,
Et Cererem in spicis intercipit, area frustrà,
Et frustrà expectant promissas horrea messes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus,
Baccaq; cum ramis semper frondentis oliuæ,
Sanit & in pecudes, non has pastrórue, canisue,
Non armenta, truces possunt defendere tauri.
Diffugiunt populi, nec sese in mœnibus vrbis
Esse putant tutos, donec Meleagros, & vnà Amplificat recensendo comites Meleagri.
Lecta manus iuuenum caluêre cupidine laudis:
Tyndaridæ gemini, præstantes, cæstibus alter,
Alter equo, primaq; ratis molitor Iason,
Et cum Pirithoo felix concordia Theseus,
Et duo Thestiadæ, & proles Aphareia Linceus,
Leucyppusq; ferox, Iaculoq; insignis Acastus.
Et velox Idas, & iam non fœmina Ceneus, (nix,
*Hippothousq; * Tirasq;, & cretus Amyntore Phœ-* *Driasque
*Actoridaq; pares, & missus ab Elide * Pelas.*

Nec Telamon aberat, magniq́ creator Achillis,
Cumq́ Pheretiade, & Hyanteo Iolao
Impiger Eurition, cursuq́ inuictus Echion,
Nericiusq́ Lelex, Panopeius, Hyleusq́, feroxq́
Hippasus, & primis etiam nunc Nestor in annis,
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,
Penelopésque socer, cum Pharrhasio, Anceao,
Amphycidésque sagax, & adhuc à coniuge tutus
Oeclides, nemorisq́ decus Tegeaa Lycei.

A persona Athalantæ Amplificat ab habitu,

Venit Athalante Schœnei pulcherrima virgo.
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem,
Crinis erat simplex, nodum collectus in vnum,
Ex humero pendens, resonabat eburnea læuo
Telorum custos, arcum quoque læua tenebat.

A forma.

Talis erat cultu facies, quàm dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros

Oculi sunt in amore duces.

Optauit renuente deo, flammásque latentes
Hausit, &, ô, felix, si quem dignabitur, inquit,
Ista virum, nec plura sinit tempúsque, pudórque,
Dicere, maius opus magni certaminis vrget.

*ceciderat Syluæ descriptio.

Sylua frequẽs trabibus, quàm nulla excíderat ætas,*
Incipit à plano, deuexáque prospicit arua,

Venetio.

Quò postquàm venêre viri, pars retia tendunt.
Vincula pars adimũt canibus, pars pressa sequũtur
Signa pedum, cupiuntq́ suum reperire periclum.

Aloco

Concaua vallis erat, quò se demittere riui
Assuêrant pluuialis aquæ, tenet ima lacunæ

Cmparatio.

Lenta salix, vluæq́ leues, iunciq́ palustres,
Viminaque, & longæ parua sub arundine cannæ:

Him

Hinc aper excitus, medios violentus in hostes
Fertur, vt excussis elisus nubibus ignis. Pugna iuuenum cũ apro. — *Emphasis.*
Sternitur in cursu nemus, & propulsa fragorem
Sylua dat, exclamant iuuenes, prætentaque forti
Tela tenent dextra, lato vibrantia ferro.
Ille ruit, sparguntq; canes, vt quisq; furenti
*Obstat, & obliquo latrantes *dissipat ictu.* *despicit
Cuspis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit, truncoq; dedit leue vulnus acerno.
Proxima, si nimijs mittentis viribus vsa
Non foret, in tergo visa est hæsura petito:
*Longius ijt, autor teli *Pegasçus Iason,* *Lagasæus
Phœbe ait Ampycides, si te coluique, coloque, Petitio.
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Qua potuit precibus deus annuit, ictvs ab illo est, Causſa.
Sed sine vulnere aper, ferrúmque Diana volanti
Abstulerat iaculo, lignum sine acumine venit.
*Ira *feri mota est, nec fulmine lenius arsit,* *feræ
Emicat ex oculis, spirat quoque pectore flammas.
Vtq; vocat moles adducto concita neruo, Collatio.
Cùm petit aut muros, aut plenas milite turreis, Cõparatio.
Iniuuenis certo sic impete vulnificus sus
Fertur, & Eupalamon, Pelagonáque dextra tuentes Adaptatio.
Cornua prosternit, socij rapuêre iacentes.
At non lethiferos effugit Enæsimus ictus, Metapho-
Hippocoonte satus, trepidantem & terga parantem ra.
Vertere, succiso liquêrunt poplite nerui.
Forsitan & Pylius extra Troiana perisset Nestor.
Tempora, sed sumpto posita conamine ab hasta
Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis,

Deſpexitq́ loco tutus, quem fugerat, hoſtem.
Dentibus, ille ferox, in querno ſtipite tritis,
Imminet exitio, fidensq́ recentibus armis,
A perſona. *Orithyiæ magni roſtro femur hauſit adunco.*
At gemini nondum caeleſtia ſydera fratres,
Ambo conſpicui, niue candidioribus ambo
Vectabantur equis, ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas,
Nec iaculis iſſet, nec equo, loca peruia, ſyluas.
Perſequitur Telamon, ſtudióque incautus eundi,
* Pronitus arborea. **Pronus ab arboreæ cecidit radice retentus.*
Dum leuat huxc Peleus, celerem Tegeæa ſagittam
Impoſuit neruo, ſinuatoq́ expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum diſtrinxit arunda
Corpus, & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Collatio. *Nec tamen illa ſui ſucceſſu latior ictus,*
Quàm Meleager erat, primus vidiſſe putatur,
Aemulatio. *Et primis ſocijs viſum oſtendiſſe cruorem,*
Exemplũ iactantiæ. *Et meritum dixiſſe feres virtutis honorem.*
Erubuêre viri, ſeq́ exhortantur, & addunt
* iactantq́; *Cum clamore animos, iactantq́ ſine ordine tela.*
Turba nocet iactis, & quos petit, impedit ictus,
Ecce furens contra ſua fata bipenniſer Arcas,
Diſcite fœmineis quid tela virilia præſtent
Temeritas *O iuuenes, operiq́ meo concedite, dixit,*
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis,
Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.
hipotypoſis. *Talia magniloquo tumidus memorauerat ore,*
Ancipitemq́ manu tollens vtraq́ ſecurim,

Inſtit-

Insiterat digitis primos suspensus in artus.
Occupat audentem, quaq; est via proxima letho,
Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
Concidit Anceus, glomeratáque sanguine multo
*Viscera lapsa *fluunt, madefactaq; terra cruore est.* *cadunt
Ibat in aduersum proles Ixionis hostem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra, Admonitio.
Cui procul Ægides, ô, me mihi clarior, inquit,
Pars animæ consiste meæ, licet eminus esse
Fortibus, Ancæo nocuit temeraria virtus, Ab exemplo deterret.
Dixit, & arata torsit graue cuspide cornu,
Cui benè librato, votiq; potenti futuro
Obstitit esculea frondosus ab arbore ramus.
Misit & Æsonides iaculum, quod casus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantis, & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum est.
At manus Oenidæ variat, missisq; duabus,
Hasta prior terra, medio stetit altera tergo.

Hostemq;) Nam ferunt aprũ obseruare, & dignoscere posse eum, qui primo vulnus fecit, quem & postea solum impetit.

Nec mora, dum sæuit, dum corpora versat in orbem, Sternitur aper à Meleagro.
Strident emque nouo spumam cum sanguine fundit,
Vulneris autor adest, hostemq; iritat ad iram,
Splendidaq; aduersos venabula condit in armos.
Gaudia testantur socij clamore secundo,
*Victricemq; petunt dextræ *coniungere dextram,* *cõtingere
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes spectant, neque adhuc contingere tutum
Esse putant, sed tela tamen sua quisque cruentat.
Ipse pede impositio, caput exitiabile pressit.

Atque ita, ſume mei ſpolium Nonacria iuris,
Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias, rigidis horrentia ſetis
Terga dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris autor.
Inuidêre alij, totoq́ erat agmine murmur,
E quibus ingenti tendentes brachia voce,
Pone age, nec titulos intercipe fœmina noſtros,
Theſtiada clamant, nec te fiducia forma
Decipiat, ne ſit longè tibi captus amore
Autor, & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira:
Diſcite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum diſtent, hauſitq́ nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat, dubium, paritérque volentem
Vlciſci fratrem, fraternáque fata timentem,
Hipallage *Haud patitur dubitare diu, calidúmque prioris*
Cade recalfecit conſortis ſanguine telum.
Dona deûm templis, nato victore, ferebat,
Alia fabula A luctu, & dolore Althææ. *Cùm videt extinctos fratres Althæa referri,*
Quæ plangore dato, mœſtis clamoribus vrbem
Implet, & auratis mutauit veſtibus atras.
At ſimul eſt autor necis aditus, excidit omnis
Luctus, & à lacrymis in pœnæ verſus amorem eſt.
Occaſio pœnæ continet conſilium Althææ. *Stipes erat, quem cùm partus enixa iaceret*
Theſtias, in flammam triplices poſuêre ſorores,
Staminaque impreſſo fatalia pollice mentes
Tempora dixêrunt eadem, lignóque, tibiq́
O modò nate damus, quo poſtquam carmine dicto

Exci

Exceſsêre deæ, flagrantem mater ab igne — A circunſtantijs.
Eripuit ramum, ſparſitq; liquentibus vndis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis, — Apoſtrophe.
Seruatúsq; tuos iuuenis ſeruauerat annos.
Protulit hunc genitrix, tædasq;, & fragmina poni — Ad meleagram.
Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum, — Ab affecti bꝰ pugnãt idignatio & miſeratio.
Cœpta quater tenuit, pugnat matérque, ſorórque,
*Et diuerſa trahunt vnum duo nomina * pectus.* — * corpus.
Sæpè metu ſceleris pallebant ora futuri,
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem,
Et modo, neſcio quid, ſimilis crudele minanti
Vultus erat, modò quem miſereri credere poſſes. — Cõparatiõne illuſtri.
Cumq; ferus lacrymas animi ſiccauerat ardor,
Inueniebantur lacrymæ tamen, vtq; carina,
Quam ventus, ventoq; rapit contrarius æſtus,
Vim geminam ſentit, parétque incerta duobus,
Theſtias haud aliter dubijs affectibus errat, — Adaptatio.
*Inque vices * ponit, poſitámque reſuſcitat iram.* — * Perq;.
Incipit eſſe tamen melior germana parente,
Et conſanguineas vt ſanguine leniat vmbras, — Antithetõ
Impietate pia eſt: Nam poſtquam peſtifer ignis
Conualuit, rogus iſte cremet mea viſcera, dixit.
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulcrales infelix aſtitit aras, — Ethopœia figurata ſubiectionibus.
Pœnarúmque deæ triplices furialibus, inquit,
Eumenides ſacris vultus aduertite veſtros.
Vlciſcor, facióque nefas, mors morte piãda eſt.
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus, — Indignatio ꝑ ſub-
Per coaceruatos pereat domus impia luctus,

iectionē. *An felix Oeneus nato victore fruetur?*
Thestius orbus erit?? melius lugebitis ambo.
Vos modò fraterni manes, animaq; recentes,
Apostrophe. *Officium sentite meum, magnoq; paratas*
Accipite inferias, uteri mala pignora nostri.
Exclamatio castigātis affectū. *Hei mihi quo rapior? fratres ignoscite matri,*
Deficiunt ad cœpta, manus meruisse fatemur
Illum, cur pereat, mortis mihi displicet autor.
Ergô impune feret, viuusque, & victor, & ipso
Ab indigno subijcit *Successu tumidus, regnum Calydonis habebit?*
Vos cinis exiguus, gelidaq; iacebitis umbra?
Haud equidem patiar, pereat sceleratus, & ille
Collatio p antithesin. *Spemq; patris, regnúmque trahat, patriaq; ruinam.*
Mens ubi materna est? ubi sunt pia vota parẽtum?
Mẽsum p mensũ, vt Catullus. *Et quos sustinui bis mensum quinque labore?*
O vtinam primis arsisses ignibus infans,
Veronensium iuuenũ, à voto. *Idq; ego passa forem, vixisse munere nostro,*
Nunc merito moriêre tuo, cape præmia facti,
Bisq; datam, primùm partu, mox stipite rapto,
Dubitatio. *Redde animam, vel me fraternis adde sepulcris*
Et cupio, & nequeo, quid agã? modò vulnera fratris
Ante oculos mihi sunt, & tanta cædis imago,
Nunc animum pietas, maternaq; nomina frangunt.
Me miseram malè vincetis, sed vincite fratres,
Dummodò quæ dedero vobis solatia, vosq;
Ipsa sequar, dixit: dextraq; auersa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arsit.
Inscius, atq; absens flamma Meleagrus ab illa

Vritur,

Vritur, & cecis torreri viſcera ſentit
Ignibus, ac magnos ſuperat virtute dolores.
Quod tamen ignauo cadat, & ſine ſanguine letho — A mortis genere ſectus.
Mœret, & Ancæi felicia vulnera dicit,
Grandæuumq; patrem, fratresq;, piáſque ſorores,
Cum gemitu ſociamq; thori vocat ore ſupremo,
Forſitan & matrem, creſcunt ignisq;, dolorq;,
Langueſcúntque iterum, ſimul eſt extinctus vterq;,
Inq; leueis abiit paulatim ſpiritus auras.
Paulatim cana prunam velante fauilla, — A luctus.
Alta iacet Calydon, lugent iuuenéſque, ſenéſque, — ✻ eheu vel heu heu.
Et vulgus, proceresq; gemunt, ſciſſaq; capillos
Plangunt ora ſimul matres Calydonides, ✻ Oeneus,
Puluere caniciem genitor, vultuſq; ſeniles — Pathos.
Fœdat humi fuſos, ſpatioſumq; increpat æuum.
Nam de matre, manus diri ſibi conſcia facti, — hyperbole.
Exegit pœnas, acto per viſcera ferro.
Non mihi ſi centum deus ora ſonantia linguis, — Præteritio A luctu & planctu ſororum.
Ingeniumq; capax, totumq; Helliçona dediſſet,
Triſtia perſequerer miſerarum vota ſororum.
Immemores decoris, liuentia pectora tundunt,
Dumque manet corpus, corpus refouentq;, ſouẽtq;,
Oſcula dant ipſi, poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem, cineres hauſtos ad pectora preſſant,
Affuſaq; iacent tumulo, ſignataq; ſaxo — Meleagri ſorores in aues.
Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt,
Quas, poſtquam Oenea tandem Latonia clade
Eſt ſatiata domus, prẽter Gorgenq;, nurumq;
Nobilis Alcmene, natis in corpore pennis.
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas,

Cornea-

Ad aliã fabulã trãsit

Corneáque ora facit versasq; per aëra mittit.
Interea Theseus sociati parte laboris
Functus, Erichtheas Tritonidos ibat ad arces.

Imitatio. A periculo

Clausit iter, fecitq; moras Achelous eunti
Imbre tumens, succede meis, ait, inclyte tectis
Cecropide, nec te committe rapacibus vndis.

A maiore.

Ferre trabes solidas, obliquáque voluere magno
Murmure saxa solent, vidi contermina ripæ
Cum gregibus stabula alta trahi, nec fortibus illis
Profuit armentis, nec equis velocibus esse.

*culmine.

Multa quoq; hic torrens niuibus de monte solutis
*Corpora turbineo inuenilia *vortice mersit.*

A tuto.

Tutior est requies solito dum flumina currant

Achelous.

Limite, dum tenueis captet suus alueus vndas.

Amplificat de cripti one domus Achel oi.

Annuit Aegides, vtarq; Acheloë domoq;,
Consilioq; tuo, respondit, & vsus vtróquo est.
Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis
Structa subit, molli tellus erat humida musco,
Summa lacunabant alterno murice conchæ.

A tẽpore estq; periphrasis vesperæ.

Iamq; duas lucis partes Hyperione menso,
Discubuêre thoris Theseus, comitesq; laborum,

A comitib⁹. Thesei.

Hâc Ixionides, illa, Trœzenius, heros,
Parte Lelex, raris lam sparsus tempora canis.

Ab ætate.

Quósque alios parili fuerat dignatus honore.

* oppositas Ab apparatu cõuitij. Occasio sequẽtis fabulæ.

Amnis Acarnanum latissimus hospite tanto,
*Protinus *appositas nudæ vestigia Nymphæ*
Instruxêre epulis mensas, dapibúsque remotis,
In gemma posuêre merum, tum maximus heros
Æquora prospiciens oculis subiecta, quis, inquit,
Ille locus, digitóque ostendit, & insula nomen

Quæ

Quod gerit illa, doce, quanquam non vna videtur.
Amnis ad hæc, non est, inquit, quod cernimus vnum. Narratio fabulæ.
Quinq; iacent terræ, spatium discrimina fallit.
Quóque minús spretæ factum mirêre Dianæ,
Naiades hæ fuerant, quæ cum bis quinq; iuuencos
Mactâssent, ruriq; deos ad sacra vocâssent, Naiades in insulas Echinadas.
Immemores nostri festas duxere choreas.
Intumui, quantusq; feror cùm plurimus vnquam, Inuidia.
Tatus eram, paritérque animis immanis, & vndis Impet⁹ fluminis.
Asyluis syluas, & ab aruis arua reuulsi.
Quinq; loco Nymphas, memores tum deniq; nostri,
In freta prouolui, fluctus nostérque, marisq;,
Continuam deduxit humum, paritérque reuellit.
Intotidem medijs, quot cernis, Echinadas vndis. Demõstratio.
Et tamen ipse vides, procul, en procul vna recessit
Insula grata mihi, Perimelen nauita dicit,
Hanc ego virgineum dilectæ nomen ademi,
Quod pater Hippodamas ægrè tulit, inq; profundũ Causſa.
Propulit è scopulo peritura carpora natæ.
Excepi, nantemq; ferens, ô, proxima terræ
Regna vagæ, dixi, sortite tridentifer vndæ, Petitio.
In quo desinimus, quo sacri currimus amnes. A persona auditoris captat beneuolentiam.
Hanc ades, atq; audi placidus Neptune precantem.
Hanc ego, quam porto, noui, sis mitis, & æquus.
Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset,
Debuit illius misereri, & ignoscere nobis.
Mea quondam tellus clausa est feritate paterna, Intentio.
Affer opem, mersaq; precor feritate paterna,
Da Neptune locum, vel, sit locus ipsa licebit,
Hanc quoq; complectar. Mouit caput æquoreus rex

Concus-

Concussitq; suis omneis assensibus undas.
Extimuit Nymphe, nabat tamen, ipse natantis
Pectora tangebam trepido salientia motu.
Perimele in insulã. *Dúmque ea contrecto, totum durescere sensi*
Corpus, & inducta conds præcordia terra.
Dum loquor, amplexa est artus noua terra natãs
*factum. *Et grauis increuit mutatis insula membris.*
A persona Piriehoi. *Amnis ab his tacuit, *fatum mirabile cunctos*
Occasio se quẽtis fabulæ. *Mouerat, irridet crẽdentes (vtq; deorum*
Spretor erat, mentisque ferox) Ixione natus,
Ficta refers, nimiúmque putas Acheloë potentu
verba. *Esse deos, dixit, si dant, adimúntque figuras.*
Ab ætate facit auctoritatem. *Obstupuêre omnes, nec talia *dicta probârunt.*
Orditur à sententia. *Ante omnésque Lelex animo maturus, & ævo,*
Sic ait, immensa est, finémque potentia cæli
Non habet, & quidquid superi voluêre, peractũ

Confirmat exemplo, cuius narratio vetustissima & circunstantijs, & decoro.

Quoq; minus dubites, tilia contermina quercus
Collibus est Phrygijs, medio circundata muro.
Ipse locum vidi. Nam me Pelopeia Pitheus
Misit in arua, suo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc stagnũ est, tellus habitabilis olim
Nunc celebres mergis, fulcisq; palustribus vnda.
Iuppiter hûc specie mortalis, cùmque parente
Venit Athlantiades positis caduciser alis.
Mille domos adiêre, locum, requiemque petentes,
Hospitalitatis exemplũ Baucis & Philemonis. *Mille domos clausêre sera, tamen vna recepit,*
Parua quidem, stipulis, & canna tecta palustri.
Sed pia Baucis anus, parilíq; ætate Philemon,

Illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa — mon.
Consenuêre casa, paupertatémque ferendo — Cõcordia.
Effecêre leuem, nec iniqua mente ferendam. — maritalis.
Nec refert dominos illic, famulósne requiras.
Tota domus duo sunt, idem părentque, iubéntque.
Ergò vbi calicolę paruos tetigêre penates, — hypotypoſis
Submiſsóque humiles intrârunt vertice poſtes,
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili,
Quo ſuperiniecit textum rude ſedula Baucis, — Ab appa-
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes — ratu.
Suſcitat heſternos, foliisq; & cortice ſicco — hypotopoſit
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili.
Multifidas faces, ramaliaq; arida, tecto
Detulit, & minuit, paruóque admouit aheno.
Quòd ſuus comiux, riguo collegerat horto,
Truncat olus folys, furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno,
Seruatóque diu reſecat de tergore partem
Exiguam, ſectámque domat feruentibus vndis.
Interea medias fallunt ſermombus horas,
Sentirique moram prohibent, erat alueus illic
Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis, artúsque fouendos
Accipit, in medio thorus eſt de mollibus vluis
Impoſitus lecto ſponda, pedibúsque ſaligneis,
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempora feſto
Sternere conſuêrant, ſed & hæc vilisq;, vetúsque
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno. — Inſtructus
Accubuêre dei, menſam ſuccincta, treménsque — menſa.
Fulcit anus, menſa ſed erat pes tertius impar, — Amateria.

Teſta

Testa parem fecit, quæ postquam subdita cliuum
Sustulit, æquatam menta exterfêre virenti.
Ponitur hic bicolor syncera bacca Miuerua,
Conditaq; in liquida corna autumnalia fæce,
Intybaq;, & radix, & lactis massa coacti,
Ouáque non acri leniter versata fauilla,
Omnia fictilibus. Post hæc celatus eodem
Sistitur argento crater, fabricataq; fago
Pocula, quæ caua sunt flauentibus illita ceris.
Parua mora est, epulasq; foci misêre calentes,
Nec longe rursus referuntur vina senecta,
Dantq; locum mensis paulùm seducta secundis.
Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis,
Prunáque & in patulis redolentia mala canistris,
Et de purpureis collecta vitibus vuæ.
Candidus in medio fauus est, super omnia vultus
Accessêre boni, nec iners, pauperq; voluntas.
Interea quoties hausta cratera repleri
Sponte sua, per seq; vident succrescere vina,
Attoniti nouitate pauent, manibusq; supinis
Concipiunt, Bauciq; preces, timiduq; Philemon,
Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
Vnicus anser erat minimæ custodia villæ,
Quem dijs hospitibus domini mactare parabant:
Ille celer penna tardos ætate fatigat,
Eluditq; diu, tandémque est visus ad ipsos
Confugisse deos. Superi vetuêre necari,
Dijq; sumus, meritásque luet vicinia pœnas
Impia, dixêrunt, vobis immunibus huius
Esse mali dabitur, modò vestra relinquite tecta,

A varietate ferculorũ. Oliua Caseus.

A materia locus.

Secundæ mensæ descriptio.

A prodigijs Pathos.

Produnt se Diui.

A gratitudine.

Ac

*Ac nostros *comitate gradus, & ad ardua montis* — *comitare actiue.
Ire simul, parent, & dijs praeuntibus ambo,
Membra leuant baculis, tardique senilibus annis
Nituntur longo vestigia ponere clivo.
Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta — Collatio.
Missa potest, flexêre oculos, & mersa palude
Cætera prospiciunt, tantùm sua tecta manere.
Dumq; ea mirantur, dum deflent fata suorum, — *Hypallage*
Mersa vident, quaruntq; suæ pia culmina villæ, — domus
Sola loco stabant, dum deflent fata suorum, — Baucidis in templum.
Ila vetus dominis, & iam casa parua duobus — Casa in
Vertitur in templum, furcas subière columnæ, — templum.
Stramina flauescunt, auurataq; tecta videntur,
Celataq; fores, adopertaq; marmore tellus.
Concipiunt Baucisq; preces, timidusq; Philemon,
Talia cum placido Saturnius addidit ore.
Dicite iuste senex, & fœmina coniuge iusto
Digna, quid optetis, cum Baucide pauca locutu
Iudicium superis aperit commune Philemon.
Esse sacerdotes, delubraq; vestra tueri
Poscimus, & quoniam concordes egimus annos, — A voto.
Auferat hora duos eadem, nec coniugis vnquam
Busta mea videam, neu sim tumulandus ab illa.
Vota fides sequitur, templi tutela fuêre,
Donec vita data est, annis, aduoq; soluti
*Ante gradus sacros cùm starent fortè, *lociq;*
Narrarent casus, frondere Philemona Baucis, — *templi Baucis & Philemon in arbores.
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
Iamq; super geminos crescente cacumine vultus,
Mutua (dum licuit) reddebant dicta, valeq;

P O con-

Approbatio fabulæ simul & epilogus.

O coniux dixêre simul, simul abdita texit
Ora frutex, ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola, de gemina vicinos *corpore truncos.
Hæc mihi non vani (nec erat cur fallere vellent)
Narrauere senes, equidem pendentia vidi
Serta super ramos, ponénsque recentia, dixi,
Cura deûm dij sint, &, qui coluêre, colantur.

*arbore.

Transit ad aliam fabulam.

Desierat, cunctosq; & res, & mouerat autor,
Thesea, præcipuè, quem facta audire volentem
Mira deûm, nixus cubito Calydonius *amnis

*Heros.

Proteus.

Tallibus alloquitur, sunt, ô, fortissime quorum

Probat exemplo.

Forma semel mota est, & in hoc renouamine mansit,
Sunt quibus in plures ius est transire figuras,
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modò te iuuenem, modò te vidêre leonem.
Nunc Violentus aper, nunc quem tetigisse timerent
Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum.
Sæpè lapis poteras, arbor quoque sæpè videri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras, interdum vndis contrarius ignis.

Aliam fabulam inceptat per collationẽ. Ab impietate Erisichthonis. Arboris descriptio.

Fabulam hanc paulò aliter recenset Callimachus in hymno Cereris.

Nec minus Autolyci coniux, Erisichthone nata
Iuris habet, pater huius erat, qui numina diuûm
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus violasse securi
Dicitur, & lucos ferro temerasse vetustos.
Stabat in his ingens annoso robore quercus.
Vna nemus vitta medium, memoresq; tabellæ,
Sertáque cingebant, voti argumenta potentis,

Sæpè

Sæpe sub hac Dryades festas duxêre choreas,
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiêre modum, mensuraq́; roboris, vlnas
Quinq; ter implebat, nec non & cætera tantum
Silua sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa,
Non tamen idcirco ferrum Driopeius illa
Abstinuit, famulosq; iubet succidere sacrum
Robur, & vt iussos cunctari vidit, ab vno
Edidit hæc, rapta sceleratus verba securi.
Non dilecta dea silvm, sed & ipsa licebit
Si dea, iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit, & obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitumq; dedit * Dodonia quercus,
Et pariter frondes, pariter pallescere glandes
Cœpêre, ac longi pallorem ducere rami.
Cuius vt in trunco fecit manus impia vulnus,
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
Quàm solet, ante aras ingens vbi victima taurus
Concidit, abrupta cruor e ceruice profundi.
Obstupuêre omnes, aliquisq; ex omnibus audet
Deterrere nefas, sanámque inhibere bipennem.
Adspicit hunc, mentisque pia cape præmia, dixit,
Thessalus, inq; virum conuertit ab arbore ferrum,
Detruncátque caput, repetitáque robora cædit.
Edito è medio sonus est de robore talis.
Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno,
Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum
Vaticinor moriens, nostrique solatia lethi.
Persequitur scelus ille suum, labefactaq; tandem
Ictibus innumeris, adductáque funibus arbor

Collatio.

Thessali impietas.

* dctidua.

Pathos. A rebus inanimatis.

A simili prodigiũ auget.

Irrisio. Exaggerat impietatẽ exemplo crudelitatis

Mimesis.

Corruit, & multam prostrauit pondere syluam.
Attonitæ Dryades damno, nemorumq́, suóque,
Omnes germanæ, Cererem cum vestibus atris
Mœrentes adeunt, pœnámque Erisichthonis orant.
Dij statuētes aliquid nutu capitis ratum faciunt.
Annuit his, capitisque sui pulcherrima motu
Concussit grauidis oneratos messibus agros,
Molitúrque genus pœna miserabile, si non
Ille suis esset nulli miserabilis actis,
Pestifera lacerare fame, qua, quatenus ipsi
Non adeunda deæ (neq; enim Cererem q́, Famem)
Fata coire sinunt) montani numinis vnam
A loci descriptione. Ab affectu Hypallage
Talibus agrestem compellans Orcada dictis.
Est locus extremis Scythia glacialis in oris,
Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus,
Frigus iners illic habitant, pallórque, tremórque,
Et ieiuna fames, ea se in præcordia condat.
Sacrilegi scelerata iube, nec copia rerum
Vincat eam, superétque meas certamine vires.
Néue via spatium te terreat, accipe currus,
Accipe quos frenis altè moderêre dracones.
Et dedit, illa dato subuecta per aëra curru,
Deuenit in Scythiam, rigidiq́, cacumina montis,
Famis descriptio cō continet hypotyposin hominis extremè macilenti.
(Caucasón appellant) serpentum colla leuauit,
Quæsitámque Famem, lapidoso vidit in agro,
Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent.
Ossa sub iucuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares

Pe

...ctus, & à spinæ tantummodò crate teneri.
...uxerat articulos macies, genuumq́ tumebat,
...rbis, & immodico prodibant tubere tali,
...nc procul vt vidit (neq́ enim est accedere iuxta
...sa) refert mandata deæ, paulúmque morata
...uanquã aberat lõgè, quanquã modò venerat illuc,
...sa tamen sensisse Famem, retróque dracones
...it in AEmoniam versis sublimis habenis.
...cta Fames Cereris (quamuis contraria semper
...us est operi) peragit, perqúe aëra vento
...d iussum delata domúm est, & protinus intrat
...crilegi thalamos, altóque sopore solutum
...Noctis enim tempus) geminis amplectitur * vlnis
...que viro inspirat, faucésque, & pectus, & ora,
...stat, & in vacuis peragrat ieiunia venis.
...ctáque mandato fœcundum deserit orbem,
...que domos inops, assuetáque vertitur * antra.
...is adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
...ulcebat, petit ille dapes sub imagine somni,
...raque vana mouet, dentémque in dente fatigat,
...rcétque cibo delusum guttur inani,
...róque epulis tenueis nequidquam deuorat auras.
...t verò est expulsa quies, furit ardor edendi,
...rq́ auidas fauces, immensaque viscera regnat.
...ec mora, quod põtus, quod terra, quod educat aër,
...scit, & appositis queritur ieiunia mensis.
...q́ epulis epulas quærit, quodq́ vrbibus esse,
...uodq́ satis poterat populo, non sufficit vni,
...uq́ cupit, quo plura suam demittit in aluum.
...tq́ fretum recipit de tota flumina terra,

Exequitur mandatũ Fames.

* alis

* artus.

hypotyposis Fames Erisichthonis.

Amplificat

similitudinibus.
Nec satiatur aquis, peregrinosq; ebibit amnes.
Vtq; rapax ignis non vnquam alimenta recusat,
Innumerasq; faces cremat, & quo copia maior
Est data, plura *petit, turbaq; voracior ipsa est.
*cupit.
Applicatio
Sic epulas omneis Erisichthonis ora profani
Accipiunt, poscuntq; simul, cibus omnis in illo
Causſa cibi est, semperq; locus sit inanis edendo.
Iámque fames patrias altique voragine ventris
Attenuârat opes, sed inattenuata, manebat
Tum quoque dira fames, implacataq; vigebat.
Pathos.
Flamma gulæ, tandem demisso in viscera cunctu,
Filia restabat non illo digna parente.
Hãc quoq; vendit inops, dominum generosa rei
Petitio..
Et vicina suas tendens super æquora palmas,
*nocte.
Eripe me domino, qui rapta pramia* nobis
*ea.
Virginitatis habes, ait, hac Neptunus habebat,
Metta in piscatorẽ
Qui prece non spreta, quamuis * modo visa sequ
Captat benevolentiã dũ bona illi & maxime grata precatur.
Esset hero, formamque nouat, vultumque virilem
Induit, & vultus pisces capientibus aptos.
Hanc dominus spectans, ô, qui pendentia parvis
Aera cibo calas moderator arundinis, inquit,
Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in vnda
Credulus, & nullos nisi fixus sentiat hamos,
Filia Erisichthonis in virum.
Quæ modò cum vili turbatis veste capillis
Littore in hoc steterat (nam stantem in littore vidi)
Intentio.
Dic vbi sit? neq; enim vestigia longius extant.
*numen.
Illa dei *munus benè credere sensit, & à se
Se quari gaudens, his est resecuta rogantem,
Quisquis es, ignoscas, in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi, studioq; oneratus inhæsi.

Quoq; minus dubites, sic has deus æquoris artes
Adiuuet, vt nemo iamdudum littore in isto,
Me tamen excepto, nec fœmina constitit vlla.
Tradidit, & verso dominus pede pressit arenam,
Illususq; abijt, illi sua reddita forma est.
Ast vbi habere suam transformia corpora sensit,
Sæpè pater dominis Triopeida tradit, at illa
Nunc aqua, nũc ales, modò bos, modò ceruus abibat,
Præbebátque auido non iusta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
Materiam, dederátque graui noua pabula morbo,
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat,

A iuramẽto confirmat.

Triopeis in varias figuras.

Impietatis exitus.

Reiectio est, simulq; docet à suo exemplo, quod prius aliorum docuit.

Quid moror externis? etiam mihi sæpè nouandi
Corporis, ô, iuuenes, numero finita potestas. (guem,
Nam modò qui nunc sum videor, modò flector in an-
Cornuenti modò dux, vires in cornua sumo.
Cornua dum sumpsi, nunc pars caret altera telo
Frontis, vt ipse vides, gemitus sunt verba secuti.

Occasio ad sequẽtem librum.

FINIS LIB. VIII.

OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER IX.

*QVæ gemitus, truncaq; deo * Nereius heros*
Caussa rogat frontis, cum sic Calydonius amnis

*neptunius.

Cæpit, inornatos redimitus arundine crines.
Triſte petis munus, quis enim ſua prælia victus
Attentio cauſſa. *Commemorare velit? referam tamen ordine, nec*
Turpe fuit vinci, quàm contendiſſe decorum eſt,
Magnaq; dat nobis tantus ſolatia victor.
Collatio. *Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures*
Narratio à perſona Deianiræ. *Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo,*
Multorumq; fuit, ſpes inuidioſa procorum,
Cum quibus vt ſoceri domus eſt intrata petiti,
Mimeſis. *Accipe me generum, dixi, Parthaone nata.*
Dixit & Alcides, alij ceſſêre duobus.

Hercules ſe à genere, & rebus geſtis commendat, Ach. à numine ſuo. Eſtq; collatio lepida per antitheſin.

Ille Iouem ſocerum dare ſe, famamq; laborum,
Et ſuperata ſua referebat iuſſa nouerca.
Contrà ego, turpe deum mortali cedere, dixi.
Nondum erat ille deus, dominum me cernis aq
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem.
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris
Sed popularis ero, & rerum pars vna tuarum.
Eironeia. *Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno*
Odit, & omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
Calumnia generis. *Nam quod te iactas Alcmena matre creatum,*
Arguit cõplexione rhetorica. *Iuppiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus.*
Matris adulterio patrem petis, elige, fictum
Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum?
Talia dicentem iamdudum lumine toruo
Decorum. *Spectat, & accenſa non fortiter imperat ira,*
Prouocatio. *Verbaq; tot reddit, melior mihi dextera linguæ*
Dummodò pugnando ſuperem, tu vince loquendo.

Com

rediturque ferox, puduit modò magna locutum
re, reieci viridem de corpore veſtem,
diáque oppoſui, tenuique à pectore varas
ſtatione manus, & pugne membra parani.
canis hauſto ſpargit me puluere palmis,
vicem ſiluæ tactu flaueſcit arena.

Lucta Herculis & Acheloi.

Athletarum conſuetudine, qui ſe puluere cõſpargunt lauri.

modò ceruicem, modò crura micantia captat,
captare putes, omniq; à parte laceſſit.
mea defendit grauitas, fruſtraq; petebar,
ſecus ac moles, quàm magno murmure fluctus
gnant, manet illa, ſuóque eſt pondere tuta.

Cõparatio

redimur paulum, rurſuſque ad bella coimus,
gradu ſtetimus, certi non cedere, erátque
pede pes iunctus, totóque ego pectore promu
gitos digitis, & frontem fronte premebam.

Illuſtret cõparatione.

aliter vidi fortes concurrere tauros,
pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
petitur coniux, ſpectant armenta, pauentq;
ſcia quem maneat tanti victoria regni.
ſine profectu voluit mitentia contra
ere Alcides à ſe mea pectora, quarto
utit amplexus, adductáque brachia ſoluit,
ulſumq; manu (certum eſt mihi vera fateri)
otinus auertit, tergóque oneroſus inhæſit.
qua fides (neq; enim ficta mihi gloria voce
Queritur) impoſito preſſus mihi monte videbar.
tamen inſerui ſudore fluentia multo
rachia, vix ſolui duros à corpore nexus.

Collusio.

Succũbit Achelous. in anguẽ

Instat anhelanti, prohibétque resumere vires,
Et ceruice mea potitur, tum denique tellus
Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi.
Inferior virtute, meas diuertor ad artes,
Elabórque viro, longum formatus in anguem,
Qui postquam flexos sinuaui corpus in orbes,
Cumq; fero moui linguam stridore bisulcam:
Risit, & illudens nostras Tirinthius artes,
Cunarum labor est angues superare mearum
Dixit, & ut vincas alios Acheloë draconas,

Concessio perfectionem.

Pars quota Lernæa serpens eris vnus Echidnæ?

A maiore arguit.

Vulneribus fœcunda suis erat illa, nec vllum
De centum numero caput est impune recisum,
Quin gemino ceruix hærede valentior esset.

Lernæ cẽtũ capita. Collatio.

Hanc ego ramosam natis è cæde colubris,
Crescentemq; malo domui, domitámque reduxi.
Quid fore te credis, fulsum qui versus in anguem
Arma aliena moues? quem forma precaria celat
Dixerat, & summo digitorum vincula collo
Iniecit, angebar ceu guttura forcipe pressus,

A simili. Acheolus in taurum

Pollicibusq; meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoq; denicto restabat tertia tauri
Forma trucis, tauro mutatus membra rebello.
Induit ille thoris à læua parte lacertos,
Admissumq; trahens sequitur, depressaq; dura
Cornua figit humo, meq; alta sternit arena.

Narrationis intẽtio

Nec satis hoc fuerat, rigidum fera dextera cornu

Copiæ cornu.

Dum tenet, infregit, truncáque à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum

Abhabitu

Sacrârunt, ditésque meo bona copia cornu est.

Dixe

...erat; & Nymphæ ritu succincta Dianæ
...a ministrarum fusis vtrinq; capillis
...ssit, totumq; tulit præ diuite cornu
...utumnum, & mensas felicia poma secundas. *Synecdoche*
...e subit, & primo feriente cacumina sole
...edunt iuuenes, neq; enim dum flumina pacem, **cursus*
*...placidos habeant *lapsus, *totæq; residant,* **motæq;*
...periuntur aquæ, vultus Achelous agrestes, Epilogus
...lacerum cornu medijs caput abdidit vndis. corũ quæ
...tamen ablati domuit iactura decoris, ad Achelоum.
...sospes habet, capitis quoq; fronde saligna,
...super imposita cælatur arundine damnum.
...Nesse ferox eiusdem virginis ardor
...iderat, volucri traiectum terga sagitta. Nessus interit.
...q; noua repetens patrios cum coniuge muros,
...at Eueni rapidas Ioue natus ad vndas. *Apostrophe.*
...ior solito nimbis hiemalibus auctus,
...cibúsque frequens erat, atq; imperuius amnis. Ad Nessũ
...pidum pro se, curam de coniuge agentem estq; trãsitus ad aliã
...s adit, membrisq; valens, scitusq; vadorum, fabulam.
...q; meo ripa sistetur in illa, Narratio.
...ait, Alcide. tu viribus vtere nando.
...didit Aonius pauidam Calydonida Nesso, Ab affectu
...entemq; metu, fluuiumq;, ipsumq; timentem. puellæ.
...vt erat pharetráque grauis, spolióque leonis
*...am clauam, et curuos trans ripã *miserat arcus)* **iecerat.*
...quidem cœpi, superentur flumina dixit.
...dubitat, nec qua sit clementissimus amnis
...rit, & obsequio deferri spernit aquarum.
...tenens ripam, missos cùm tolleret arcus.

Coniu-

Coniugis agnouit vocem, Nessoq́ paranti
Fallere depositum, quò te fiducia, clamat,
Mimesis. *Vana pedum violente rapit? tibi Nesse biformis*
Diximus, exaudi, nec res intercipe nostras.
Ab exẽplo Hypotyposis. *Si te nulla mei reuerentia mouit, at orbes*
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina
Vulnere non pedibus te consequar. vltima dicta
Reprobat, & missa fugientia terga sagitta
Traijcit, extabat ferrum de pectore aduncum,
Quòd simul euulsum est, sanguis per vtrũq́ fo
Emicuit, mixtus Lernai tabe veneni,
Excipit hunc Nessus, neq́ enim moriemur inu
Secum ait, & calido velamina tincta cruore
Dat munus rapta, velut iritamen amoris.
Parascene ad aliam fabulam. *Longa fuit medij mora temporis, actáque mag*
Herculis implêrant terras, odiúmque nouerca
Victor ab Oechalia Cænæo sacra parabat
*Vota Ioui, cùm fama loquax * peruenit ad aur*
** præcessit A famæ effectibus.* *Deianira tuas, quæ veris addere falsa*
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit,
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans, Venerisq́ nouæ perterrita fama,
Indulsit primò lacrymis, flendóque dolorem.

Quærimonia Deianiræ subiectione figura, & affectu sitantis animi eleganter exprimens.

Diffudit miseranda suum, mox deinde, quid a
Flemus, ait? pellex lacrymis lætabitur istis. (d
Quæ quoniã aduenit, properandũ, aliquidq́
Dũ licet, & thalamos nondum tenet altera n

Con

...querar? an sileam? repetã Calydona? morer ne?
...dam tectis, *an sic nihil amplius obstem? *ae
...d si me Meleagre tuam memorem esse sororem?
...è paro facinus, quantúmque iniuria possit,
...neúsque dolor*, iugulata pellice testor. *vulgata
...cursus animus varios abit, omnibus illis
...ulit imbutam Nessæo sanguine vestem
...ere, quæ vires defecto reddat amori.
...rèque Lychæ quid tradat nescia, luctus
...suos tradit, blandisq; miserrima verbis
...det illa viro, mandat. Capit inscius Heros,
...úrque humeris Lerneæ virus Echidnæ.
...a dabat primis, & verba precantia flammis.
...que marmoreas patera fundebat in aras.
...uit vis illa mali, resolutáque flammis
...leos abijt latè diffusa per artus.
...potuit solita gemitum virtute repressit.
...malis postquam est patientia, reppulit aras,
...itq; suis nemorosam vocibus Oeten.
...mora, lethiferam conatur scindere vestem,
...trahitur, trahit illa cutem (fœdúmque relatu.)
...aret membris frustrà tentata reuelli,
...laceros artus, & grandia detegit ossa.
...ruor, gelido ceu quondam lamina candens hypotiposis
...ta lacu, stridet, coquitúrque ardente veneno. A simili,
...modus est, sorbent auidæ præcordia flamma.
...eúsq; fluit toto de corpore sudor,
...stiq; sonant nerui, cæcaq; medullis
...e liquefactis, tollens ad sydera palmas,
...us exclamat, Saturnia pascere nostris: *Labe. Querela

Pascere

per pathopœiam.

Pascere, & hanc pestem specta crudelis ab alto,
Corq́ ferum satia, vel si miserandus & hosti,
(Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus ægram,
Inuisamq́ animam, natamq́ laboribus aufer.

Indignatio enumerat Herculis labores.

Mors mihi munus erit, decet hæc dare dona nou
Ergô ego fœdantem peregrino templa cruore
Busirim domui? sæuoq́ alimenta parentis
Antæo eripui? nec me pastoris Hiberi
Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere
Vósne manus validi pressistis cornua tauri?
Vestrũ opus Elis habet, vestrũ Stymphalide
Partheniúmque nemus, vestra virtute relatus
Thermodoontiaco, calatus baltheus auro

*non.

*Pomaq́ ab insomni *malè custodita dracone,*
Nec mihi Centauri potuêre resistere, nec mi
Arcadiæ vastator Aper, nec profuit Hydra
Crescere per damnum, geminásque resumere
Quid? quod Thracis æquos, humano sanguine
Plenaq́ corporibus laceris præsepia vidi?
Visaq́ deieci, dominúmque, ipsosq́ peremi?

*in littore demonstratio.

His elisa iacet moles Nemeæa lacertis,
*His Cacus horrendum Tyberino *gurgite m*
Hac cælum ceruice tuli, defessa iubendo est
Saua Iouis coniux, ego sum indefessus agendo,

Collatio.

Sed noua pestis adest, cui nec virtute resisti,
Nec telis, armisq́ potest, pulmonibus errat

Pathos.

Ignis edax imis, perq́ omneis pascitur artus.
At valet Eurystheus, & sunt qui credere pess
Esse deos, dixit, perq́ altam saucius Oeten,
Haud aliter graditur, quàm si venabula tau

Cor

...re fixa gerat, factiq; refugeret autor.
...illum gemitus edentem, sæpè trementem,
...retentantem totas infringere vestes,
...témque trabes, irascentemq; videres
...ibus, aut patrio tendentem brachia cælo:
...Lycham trepidum, & latitantem rupe cauata
...it, vtq; dolor rabiem collegerat omnem,
...Lycha dixit, feralia dona dedisti?
...mea necis autor eris? tremit ille, pauètque
...us, & timidè verba excusantia dicit:
...m, genibúsque manus adhibere parantem
...it Alcides, & térque, quatérque rotatum
...it in Euboicas tormento fortius vndas.
...r aëreas pendens induruit auras.
...erunt imbres gelidis concrescere ventis,
...ues fieri, niuibus quoq; mole rotatis
...gi, & spissa glomerari grandine corpus:
...validis iactum per inane lacertis,
...emq; metu, nec quidquam humoris habẽtem
...os versum silices prior edidit ætas.
...quoq; in Euboico scopulus breuis eminet altè
...& humanæ seruat vestigiu formæ,
...quasi sensurum nautæ calcare verentur,
...antq; Lychan, at tu Iouis inclyta proles,
...ibus casis, quas ardua gesserat Oete,
...yram structis, cum pharetramq; capacem,
...q; visuras iterum Troiana sagittas
...bes Pœante satum, quo flamma ministro
...a, dumq; auidis comprehẽdiiur ignibus agger,
...m syluæ Nemeæo vellere summam

Expostulat cũ Lycha.

Collatio.

A simili.

Lychas in saxum.

Facit fidi

Redit ad fabulã Herculis.

A simil collatio.

Sternis

Sternis, & imposita claua ceruice recumbis,
Haud alio vultu, quàm si conuiua iaceres
Inter plena meri remiditus pocula sertis,
Iamq; valens, & in omne latus diffusa sonabat,
Securósque artus, contemptorémque petebat
*mundi Flamma suum, timuêre dei pro vindice*terre
Iupiter ad Deos. Quos ita (sensit enim) læto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur, nostra est timor iste vo
A sua læti tia. O superi, totóque libens mihi pectore grator,
Quod memoris populi dicor, rectórque, patér
Et mea progenies vestro quoq; tuta fauore est.
Nam quanquam ipsius datis hoc immanib
Obligor ipse tamen. Sed enim mea pectora va
Fida metu paueant, Oeteas spernite flamma
A cõtrarijs Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes,
Nec nisi materna Vulcanum parte potente
Sentiet, æternum est à me quod traxit, & ex
Atq; immune necis, nullâque domabile flam
Idq; ego defunctum terra, cælestibus oris
*fatum. Accipiam, cunctisq; meum lætabile*factum
Dijs fore confido. Si quis tamen Hercule, si
Fortè deo dolituru eris, data præmia nollet,
Sed meruisse dari sciet, inuitúsque probabit.
Assensêre dei, comux quoq; regia visa est
Cætera non duro, duro tamen vltima vultu
Dicta tulisse Iouis, seq; indoluisse notatam.
Intereà quodcúnque fuit populabile flamme,
Mulciber abstulerat, nec cognoscenda rema
Herculis effigies, nec quidquam ab imagine
A simili. Matris habet, tantúmque Iouis vestigia ser

nouus ſerpens, poſita cum pelle ſenecta, amplificat
xuriare ſolet, ſquamaq; nitere recenti:
bi mortales Tirynthius exuit artus
ne ſui meliore viget * matórque videri * meliorq;
t, & auguſta fieri grauitate verendus.
pater omnipotens inter caua nubila raptum,
driuugo curru radiantibus intulit aſtris. Hercules inter deos.
Athlas pondus, neq; adhuc Stheneleius iras
rat Euryſtheus, odiúmque in prole paternum Emphaſis
ebat atrox, at longis anxia curis preparatio ad aliã fabulam.
lis Alcmene, queſtus vbi ponat amiles,
ferat nati teſtatos orbe labores,
ſuos caſus, Iolen habet, Herculis illam
rio, thalamóque, animóque, receperat Hyllus,
rátque vterum generoſo ſemine, cùm ſic
it Alcmene, faueant tibi numina ſaltem,
piantq; moras tunc, cùm matura vocabis A voto.
ſitam timidis parientibus Ilithyan,
m mihi difficilem Iunonis gratia fecit. A ſuo exemplo.
q; laboriferi cùm iam natalis adeſſet Narratio.
talis, & decimum premeretur ſydere ſignum
bat grauitas vterum mihi, quodq; ferebam,
rum erat, vt poſſes auctorem dicere * tanti * tecti.
ris eſſe Iouem, nec iam tolerare labores Ab affectibus.
lerius poteram, quin nunc quoq; frigidus artus
loquor, horror habet, parsq; eſt meminiſſe doloris, Pathos.
m ego per noctes, totidem cruciata diebus, A circunſtantijs.
malis, tendénſque ad cælum brachia, magno
nam ad * nexos partus clamore vocabam. * nixusq; pares.
quidem venit, ſed præcorrupta, meumq;

Qua donare caput Iunoni vellet iniquæ,
Vtq; meos audit gemitus, subsedit in illa
Dictio. *Ante fores ara, dextróque est poplite lanum*
Pressa genu, digitis inter se pectine iunctis
hyporypoſis *Sustinuit partus, tacita quoque carmina voce*
Dixit, & incœptos tenuêrunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio conuitia demens
Ab affectibus. *Vana Iouis: cupióque mori, moturáque duros*
Verba queror ſilices, matres Cadmeides adſunt.
A perſonæ deſcriptione. *Votáque ſuſcipiunt, exhortanturq; dolentem.*
Vna miniſtrarum media de plebe Galantis,
Flaua comas, aderat faciendis ſtrenua iuſſis,
Officijs dilecta ſuis, ea ſenſit iniqua
Callidum conſilium. *Nescio quid Iunone geri, dúmque exit, & intra*
Mimeſis. *Sæpè fores, diuam reſidentem vidit in ara,*
Brachiáque in genibus digitis connixa tenentem,
Et quacunq; es, ait, domina gratare, leuata eſt
Argolis Alcmene, potitúrq; puerpera voto.
Exilijt, iunctasq; manus pauefacta remiſit
Periphraſis. *Diua potens uteri: vinclis leuor ipſa remiſſis.*
Numine decerpto riſiſſe Galantida fama eſt.
Ridentem, preſſamq; ipſis dea ſæua capillis
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Galãtis in muſtelam. *Arcuit, inq; pedes mutauit brachia primos.*
Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem
A natura muſtelæ. *Amisêre ſuum, forma eſt diuerſa priori,*
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore,
Velut. *Ore parit, noſtrasq; domos, * vt ante, frequentat.*
Collatio. *Dixit, & admonitu veteris comota miniſtræ*
Ingemuit, quam ſic nurus eſt affata dolentem.

Ut tamen, ô, genitrix aliena á sanguine vestro
Capta mouet facies, quid si tibi mira sororis
Fata mea referam? quanquam lacrymaq́, dolorq́
Impediunt, prohibéntque loqui, fuit vnica matri
Me pater ex alia genuit notissima forma
Nobilidum Dryope, quam virginitate carentem,
Vimq́ dei passam Delphos, Delónque tenentis,
Accipit Andræmom, & habetur coniuge felix.
Est lacus accliuis, deuexo margine formam
Literis efficiens, summum myrteta coronant.
Venerat hûc Dryope fatorum nescia, quoq́
Indignere magis, Nymphis latura coronas,
Inq́ sinu puerum, qui nondum impleuerat annum,
Dulce ferebat onus, tepidiq́ ope lactis alebat.
Haud procul à stagno, Tyrios imitata colores,
Ipsem baccarum florebat aquatica lothos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret, flores, & idem factura videbar,
(Namq́ aderam) vidi guttas è flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet, vt referunt tardi nunc denique agrestes,
Lothos in hanc Nymphe fugiens obscœna Priapi
Contulerat versos, seruato nomine, vultus.
Nescierat soror hoc, quæ cùm perterrita retrò
Iuet, & oratis vellet discedere Nymphis,
Hæserunt radice pedes, conuellere pugnat,
Nec quidquam nisi summa mouet, succrescit ab imo,
Totaq́ paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt vidit, conata manu laniare capillos,
Fronde manũ impleuit, frondes caput omne* tegebãt

Attentio.
Narratio à laude
Periphrasis Apollinis.
* Excipit. A loco.
Dryope in arborem.
Pathos ab eo, quod præter spẽ.
Pathos. aliud.
Facit fidẽ.
Caussa.
* tenebant.
Nympha lothos in arborem.

At puer Amphisus (namq́ hoc anus Eurytus
Addiderat nomen) materna rigescere sensit
Vbera, nec sequitur ducentem lacteus humor.
*facti. *Spectatrix aderam* fati crudelis, opemq́*
Apostrophe *Non poteram tibi ferre soror, quantumq́ valeb*
Crescentem truncum, ramósque amplexa, mora
Et fateor, velui sub eodem cortice condi.
Ecce vir Andræmon, genitorq́ miserrimus ads
Et quærunt Dryopen, Dryopen quærentibus illis
Ostendi Lothon, tepido dant oscula ligno,
Affusiq́ suæ radicibus arboris hærent.
Ab affectu *Nil nisi iam faciem, quod non foret arbor, habeb*
Chara soror, lacrymæ misero de corpore factis
Irrorant foliis, ac dum licet, oraque præstant.
Ethopœia. continens querelam pathetică. *Vocis iter, taleis effudit in aëra questus,*
Si qua fides miseris, hoc me, per numina iuro,
Non meruisse nefas, patior sine crimine pœnam.
Viximus innocua, si mentior, arida perdam.
Mandatũ. *Quas habeo frondes, & casa securibus vrar.*
Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et date nutrici, nostráque arbore sapè,
Mimesis. *Lac facitote bibat, nostráque sub arbore ludat.*
Caussa. *Cumq́ loqui poterit, matrem facitote salutet,*
Apostrophe *Et tristis dicat, latet hoc in stipite mater.*
Petitio per obtestationem. *Stagna tamen timeat, nec carpat ab arbore flores,*
Et frutices omneis corpus putet esse dearum.
*qui. *Chare vale coniux, & tu germana, paterq́,*
*non est incumbere tibi. **Et si qua est pietas, ab acuta vulnere falcis,*
A pecoris morsu frondes defendite nostras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est,

Erigi

...te hûc artus, & ad oscula nostra venite,
... tangi possum, paruumq́; attollite natum,
...ra loqui nequeo, nam iam per candida mollis
...la liber serpit, summóque cacumine condor.
...oculis remouete manus sine munere vestro.
...igit inductus morientia lumina cortex.
...rat simul ore loqui, simul esse, diuq́;
...pore mutato rami caluêre recentes.
...que refert Iole factum miserabile, dúmque
...ytidos lacrymas admoto pollice siccat
...ene, flet & ipsa tamen, compescuit omnem
...oua tristitiam. Nam limine constitit alto,
... puer, dubiáque tegens lanugine malas,
...reformatus primos Iolaus in annos.
...illi dederat Iunonia numeris Hebe,
...a viri precibus, quæ cùm iurare pararet
...tributarum post hunc se talia, nulli,
...est passa Themis. Nam iam discordia Theba
...mouent, dixit, Capaneusq́; nisi ab Ioue vinci
...poterit, * fiéntque pares in vulnera fratres,
...táque suos maneis tellure videbit
... adhuc vates, vltusq́; parente parentem
...erit facto pius, & sceleratus eodem,
...usq́; malis, exul mentísque, domúsque,
...bus Eumenidum, matrisq́; agitabitur vmbris,
... eum coniux fatale poposcerit aurum.
...túmque latus Phlegeius hauserit ensis.
... demum magno petet hoc Acheloia supplex
... Ioue Callirhoë, natis infantibus annos
...at, néue necem sinat esse vltoris inultam.

Pathos.

hipotyposis.

Adiungit aliam fabulam. Iolaus in adolescentulum.

Amplificat recensendo oraculum Themidos

*destentq́;

Nonnulli sic. Neue necem sinat esse sui victoris in[illegible] expugnendo verbum addat.

Iuppiter his motus, priuignæ dona, nurusq́,
Præcipiet, faciétque viros impubibus annis.
Hæc vbi *faticano venturi præscia, dixit.*
Ore Themis, *vario superi sermone fremebant,*
Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
Murmur erat, queritur veteres Pallantias an[illegible]
Coniugis esse sui, queritur canescere *mitem*
Iasiona Ceres, repetitum Mulciber æuum
Poscit Erichthonio, Venerem quoque cura futu[illegible]
Tangit, & Anchisæ renouare paciscitur annos.
Cui studeat, deus omnis habet, crescitque fauore
Turbida seditio, donec sua Iuppiter ora
Soluit, &, ô, nostri si qua est reuerentia, dixit,
Quo ruitis? tantúmne aliquis sibi posse videtur
Fata quoque vt superet? fatis Iolaus in annos,
Quos egit, redijt, fatis iuuenescere debent
Callirhoë geniti, non ambitione, nec armis.
Vos etiam, quoque vt hoc animo meliore feratis,
Me quoq́ fata regunt, quæ si mutare valerem,
Nec nostrum feri curuarent Æacon anni,
Perpetuumq́ æui florem Rhadamanthus ha[illegible]
Cum Minoë meo, qui propter *amara senectæ*
Pondera despicitur, nec quo priùs, ordine regnat.
Dicta Iouis mouêre deos, nec sustinet vllus,
Cùm videat fessos Rhadamanthon, & Æacō a[illegible]
Et Minoa queri: qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes,
Tunc erat inualidus, Deionidenq́ iuuenta

*fatidico
A discordia, & murmure deorum.
*vano
*mitis.
Increpatio Iouis, qua deos sedat.
A fatis.
A maiore arguit.
*multa
Occasio sequentis fabulæ.

Miletum, Phœboq; parente superbum
mittit, credensq; suis insurgere regnis,
tamen est patrijs arcere penatibus ausus. A factis Mileti.
fugis Milete tua, celeriq; carina
as metiris aquas, & in Aside terra
a constituis, positoris habentia nomen.
bi, dum sequitur patria curuamina ripæ
Maandri toties redeuntis eodem,
a Cyanee præstanti corpore Nymphe,
la cum Cauno prolem est enixa gemellam.
in exemplo est, vt ament concessa puellæ, Narrat fabulam.
Apollinei correpta libidine fratris,
ror in fratrem, nec quâ debebat, amauit.
idem primò nullos intelligit ignes,
ccare putat, quòd sæpius oscula iungat,
fraterno circundet brachia collo,
laciq; diu pietatis fallitur vmbra,
im declinat amor, visuraq; fratrem Amplificat ab affectibus amãtum.
venit, nimiumq; cupit formosa videri,
ua est illîc formosior, inuidet illi.
dum manifesta sibi est, nullumq; sub illo
cit votum, verum tamen æstuat intus.
minum appellat, iam nomina sanguinis odit.
da iam mauult, quàm se vocet ille, sororem.
amen obscœnas animo dimittere non est A sono.
suo vigilans, placida resoluta quiete
videt, quod amat, visa est quoq; iungere fratri
, & erubuit, quamuis sopita iaceret.
abit, silet illa diu, repetitq; quietis
suæ speciem, dubiaq; ita mente profatur,

Exclamatio. *Me miseram, tacita quid vult sibi noctis imago?*
Quàm nolim rata sit, cur hac ego somnia vidi?
Ille quidem est oculis, quamuis formosus, iniquis,
Et placet, & possit, si non sit frater, amari,
Et me dignus erat, verum nocet esse sororem.
Pathos. *Dummodò tale nihil vigilans committere tentem,*
Sapè licet simili redeat sub imagine, somnus
Testis adest somno, nec adest inuita voluptas,
Proh Venus, & tenera volucer cum matre Cupido,
Exclamatio per apostrophen. *Gaudia quanta tuli? quàm me manifesta libido*
Contigit? vt iacui totis resoluta medullis?
*Quàm *Vt meminisse iuuat quamuis breuis illa voluptas,*
Noxá, fuit praceps, & cœptis inuida nostris.
A voto. *O ego, si liceat mutato nomine iungi,*
Quàm bene Caune tuo poteram nurus esse parenti!
Quàm bene Caune meo poteras gener esse parenti!
Omnia dij facerent, essent communia nobis,
Prater auos, tu me vellem generosior esses.
Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem.
Hei mihi, qua malè sum quos tu sortita parentes,
Nil nisi frater eris, quod obest, id habebimus vnum.
Quid mihi significant ergò mea visa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent et somnia pondus?
Ab exemplo maiore per collationem. *Dij melius, dij nempe suas habuêre sorores.*
Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit,
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
Confutat. à dissimil. *Sunt superis sua iura, quid ad cælestia ritus*
Exigere humanos, diuersaq, fœdera tento?
Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor,
Aut hoc si nequeo, peream, precor, ipsa, thoroq,

Mortua componar, positaq́ det oscula frater.
Es tamen arbitrium quærit res ista duorum.
Fuge placere mihi, scelus esse videbitur illi.
At non Æolidæ thalamos timuêre sororum.
Vnde sed hos noui? cur hæc exempla paraui?
Quò feror? obscœnæ procul hinc discedite flammæ,
Hæc nisi quà fas est, germanæ frater ametur.
Si tamen ipse mei captus prius esset amore,
Consitan illius possem indulgere furori.
Cupi ego, quæ fueram non reiectura petentem,
Ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?
Coget amor, potero, vel si pudor ora tenebit,
Littera cælatos arcana fatebitur ignes,
Hæc placet, hæc dubiam vicit sententia mentem.
Inflatus erigitur, cubitoq́ innixa sinistro,
Viderit insanos (inquit) fateamur amores.
Hei mihi quo labor? quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit verba trementi.
Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram,
Incipit, & dubitat, scribit, damnátque tabellas,
Et notat, & delet, mutat, culpatq́, probátque,
Inq́ vicem sumptas ponit, positásque resumit,
Quid velit ignorat, quidquid factura videtur,
Displicet, in vultu est audacia mixta pudori.
Scripta soror fuerat, visum est delere sororem.
Verbaq́ correptis incidere talia ceris.
Quam nisi tu dederis, non est habitura salutem,
Hãc tibi mittit amans, pudet ah, pudet ædere nomẽ.
Et, si quid cupiam quæris, sine nomine vellem
Posset agi mea caussa meo, nec cognita Byblis

Ab exẽplo à pari,

Fictio à suo affectu

Ad seipsã auersio.

Cõsilium.

* fateatur

Mimesis.

hypotoposis

Decorum amantis puellæ.

Epistola amatoria.

Salutatio

Insinuatio quia causa turpis.

Antè forem, quàm spes votorum certa fuisset,
Esse quidem lasi poterat tibi pectoris index,
Et color, & macies, & vultus, & humida sæpè

Tectè indicat de amore,

Lumina, nec caussa suspiria mota patenti,
Et crebri amplexus, & qua, si fortè notâsti,
Oscula sentiri non esse sororia possent.
Ipsa tamen, quamuis animi grauc vulnus habeba

A necessitate arguit

Quamuis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Dij testes) vt tandem sanior essem,

* violata.

*Pugnauiq; diu, *violenta Cupidinis arma,*
Effugere infelix, & plus quàm ferre puellam

A facili ratio.

Posse putes, ego dura tuli, superata fateri
Cogor, opemq; tuam timidis exposcere votis.

A persona sua.

Tu seruare potes, tu perdere solus amantem,
Elige vtrum facias, non hoc inimica precatur,
Sed qua, cùm tibi sit iunctissima, iunctior esse
Expetit, & vinclo tecum propiore ligari.

Reiectio, qua cõfutat p anthitesim, leges nõ ad se pertine

Iura senes nõrint, & quid liceatq;, nefasq;,
Fasq; sit inquirant, legumq; examina seruent.
Conuenions Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat nescimus adhuc, & cuncta licere

Ab exẽplo A facili, & tuto.

Credimus, & sequimur magnorum exẽpla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reuerentia fama,
Aut timor impediet, tantum absit caussa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus,
Est mihi libertas tecum secreta loquendi,

Conclusio intentionẽ apertius reprtens.

Et damus amplexus, & iungimus oscula coram,
Quantum est, quod desit? miserere fatentis amoris,
Et non fassura, nisi cogeret vltimus ardor,

Nẽu

Neue morêre, meo subscribi caussa sepulcro.
Talia nequidquam perarantem, plena reliquit
Cera manum, summoq; in margine versus adhæsit,
Protinus impressa signat sua crimina gemma,
Quam tinxit lacrymis *linguam defecerat humor,
Deq; suis vnum famulis pudibunda vocauit,
Et paulùm blandita, feras fidissime, nostro
Dixit, & adiecit longo post tempore, fratri.
Cùm daret, elapsæ manibus cecidêre tabellæ.
Omine turbata est, misit tamen, apta minister
Tempora nactis adit, traditq; latentia verba.
Attonitus subita iuuenis Mæandrius ira,
Proijcit acceptas lecta sibi parte, tabellas,
Vixq; manus retinens trepidantis ab ore ministri
Dum licet, ô, vetitæ scelerate libidinis autor
Effuge, ait, quod si nostrum tua fata pudorem
Non traherent tecum, pœnas mihi morte dedisses,
Ille fugit pauidus, dominæq; ferocia Cauni
Dicta refert. Palles audita Bybli repulsa,
Et pauet obsessum glaciali frigore corpus.
Mens tamen vt redijt, pariter redière furores,
Linguaq; vix taleis icto dedit aëre voces,
Et merito. Quid enim temeraria vulneris huius
Iudicium feci? quid? quæ celanda fuêrunt,
Tàm cito commisi properatis verba tabellis?
Antè erat ambiguis animi sententia dictis
Prætentanda mihi, ne non sequerentur euntem.
Parte aliqua, veli qualis foret aura, notare
Debueram, tutoq; mari decurrere, quæ nunc
Non exploratis impleui lintea ventis.

*linguæ Caussa.

Amplificat ab omine.

Ab animo Cauni.

Apostrophe.

Expostulat secũ Byblis de temeritate sua.

Allegoricos

Nunc

Ab ominis certitudine temeritatem incusat.

Nunc feror in scopulos igitur, submersaq́ toto
Obruor Oceano, nec habent mea vela recursus.
Quid? quòd & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tunc cùm mihi cera iubenti
Excidit, & fecit spes nostras cera caducas.

Interrogatio.

Nónne vel illa dies fuerat, vel tota voluptas,
Sed potiùs mutanda dies? deus ipse monebat,
Signaq́ certa dabat, si non malè sana fuissem.

Incusat facti modũ, siue consilium.

Et tamen ipsa loqui, nec me committere cera
Debueram, præsensq́ meos aperire furores.
Vidisset lacrymas, vultus vidisset amantis,
Plura loqui poteram, quàm quæ cepêre tabellæ.
Inuito potui circundare brachia collo,
Et si reijcerer, potui moritura videri,
Amplectiq́ pedes, affusaq́ poscere vitam.
Omnia fecissem, quorum si singula duram
Flectere non poterant, potuissent omnia mentem.

Suspitione transfert culpam in nuntium.

Forsitan & missi fit quædam culpa ministri,
Apte non adijt, nec legit idonea (credo)
Tempora, nec petijt horamq́ animumq́ vacantem.

Pathos.

Hæc nocuêre mihi, neq́ enim de tygride natus,
Nec rigidos silices, solidúmue in pectore ferrum,

à persona.

Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille Leænæ.
Vincetur, repetendus erit, nec tædia cœpti
Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.

Ratio ab vtili.

Nam primum (si facta mihi reuocare liceret)
Non cœpisse fuit, cœpta expugnare secundum est.
Quippe nec ille potest, vt iam mea vota relinquam.
Non tamen ausorum semper memor esse meorum,
Et quia desierim, leuiter voluisse videbor.

Aut etiam tentâsse illum, insidijsq́ petîsse.
Vel certè non hoc, qui plurimus vrget, & vrit
Pectora nostra deo, sed victa libidine credar.
Deniq; iam nequeo nil commisisse nefandum. Conclusio.
Et scripsi, & petij, temerata est nostra voluntas.
Vt nihil adijciam, non possum innoxia dici. Epexegesis
Quod superest, multũ est in vota, in crimina paruũ.
Dixit, & incerta tanta est discordia mentis,
Cùm pigeat tentâsse, libet tentare, modumq́
Exit, & infelix committit sæpè repelli.
Mox vbi finis abest, patriam fugit ille, nefasq́, A dolore Byblidos
Inq́ peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum verò mœstam tota Miletida mente
Defecisse ferunt, tum verò à pectore vestem
Diripuit, planxitq́ suos furibunda lacertos.
Iamq́ palam est demens, inconcessamq́ fatetur
Quem Veneris, *siquidem patriã, inuisosq́ penates *sine qua Auget cõparatione.
Deserit, & profugi sequitur vestigia fratris.
Itque tuo mota proles Semeleia Thyrso
Ismaria celebrant repetita triennia Bacchæ,
Byblida non aliter latos vlulâsse per agros
Cubasides vidêre nurus, quibus illa relictis A locis quos penetrauit.
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat,
Iam Cragon, & Lymirẽ, Xãthiq́ reliquerat vndas
Quoque Chimæra iugum, medijs in partibus ignem,
Pectus, & ora leæ, caudam serpentis habebat.
Deficiunt syluæ, cùm tu lassata sequendo
Concidis, & dura positis tellure capillis
Nobiliaces, frondesque tuo premis ore caducas. Apostrophe
Sæpè illam Nymphæ teneris Lelegeides vlnis

Tollere

Tollere conantur, sapè vt medeatur amori,
Præcipiunt, surdaque adhibent solatia menti.
Ab affectu puellæ. *Muta iacet, viridesque suis tenet vnguibus herbas*
Byblis, & humectat lacrymarum gramina riuo.
Naiades his venam, quæ nunquam arescere posset
Supposuisse ferũt. Quid enim dare maius habebat?
Protinus vt secto picea de cortice gutta,
Vt tue tenax grauida manat tellure bitumen,
A simili. *Vt quæ sub aduentum spirantis lene Fauoni,*
Sole remolescit, quæ frigore constitit vnda,
Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis,
Byblis in fontem. *Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis*
Nomen habet domine, nigraq; sub ilice manat.
Transit ad aliam fabulam. *Fama noui centum Cretæas forsitan vrbes*
Implêsset monstri, si non miracula, nuper
Iphide mutato, Crete propiora tulisset.
Narratio. *Proxima Gnossiaco nam quondam Phœstia regi*
Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum,
A personæ descriptione orditur. *Ingenua de plebe virum, nec sensus in illo*
Nobilitate sua maior, sed vita, fidesq;
Inculpata fuit, grauidæ qui coniugis aures
Mimesis. *Vocibus his monuit, cùm iam propè partus adesset:*
Quæ voueam duo sunt, minimo vt releuêre dolore,
Vt tua marem parias, oneroſior altera sors est,
Et vires fortuna negat, quod abominor ergô,
Aetiologia. *Edita forte tuo fuerit si fœmina partu,*
Inuitus mando (pietas ignosce) necetur.
A parentũ affectibus. *Dixerat, & lacrymis vultum lauêre profusis,*
Tàm qui mandabat, quàm cui mandata dabat.
Sed tamen vsq; suum vanis Telethusa maritum

Solli-

llicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arcto.
rtu ſua eſt Lycto ſententia, iamq; ferendo
exerat illa grauem maturo pondere ventrem:
m medio noctis ſpatio, ſub imagine ſomni, Iſis ſomnia immittere creditur.
achis ante thorum pompa commitata ſacrorum,
ut ſtetit, aut viſa eſt, inerant lunaria fronti
rnua, cum ſpicis nitido flauentibus auro,
regale decus, cum qua latrator Anubis, Facit fidē à comitibus deæ. Periphraſis.
taq; Bubaſtis, variſq; coloribus Apis,
miq; premit vocem, digitoq; ſilentia ſuadet,
ſtraq; erant, nunquamq; ſatis quæſitus Oſiris,
inaq; ſomniferis ſerpens peregrina venenis. Harpocratis portabatur in Iſidis ſacris ſerpēs dormitabūd⁹.
m velut excuſſam ſomno, & manifeſta videntem
affatu dea eſt, pars, ô, Telethuſa mearum,
ue graueis curas, mandataq; falle mariti, Solatur Iſis matrem.
e dubita, cùm te partu Lucina leuârit, Ratio à facili.
llere quidquid eris, dea ſum auxiliaris, opemq;
erata fero, nec te coluiſſe quereris
gratum numen. Monuit, thalamoq; receſſit.
ta thoro ſurgit, purasq; ad ſydera ſupplex
reſſa manus tollens, rata ſint ſua viſa precatur.
t dolor increuit, ſeq; ipſum pondus in auras
ulit, & nata eſt ignaro fœmina *patre, *patri.
ſit ali mater, puerum mentita, fidemq;
habuit, neq; erat *facti niſi conſcia nutrix. *ficti.
ta pater ſoluit, nomenq; impoſuit auitum, A forma.
bis auus fuerat, genitrix eſt nomine mater,
uod commune foret, nec quenquam falleret illo.
ercepta pia mendacia fraude latebant.
ius erat pueri, facies, quam ſine puella,

Sine

Siue dares puero, fieret formosus vterq;.
Tertius intereà decimo successerat annus,
Collatio vt formam augeat. *Cùm pater Iphi tibi flauam despondet Ianthen,*
Inter Phæstiadas, quæ laudatissima forma
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.
Par ætas, par forma fuit, primasq; magistris
Accepêre artes, elementa ætatis, ab ijsdem,
Occasio amoris. *Hinc amor amborum tetigit rude pectus, & eq*
Vulnus vtriq; dedit, sed erat fiducia dispar.
Coniugium, pactæq; expectant tempora tedæ,
Quemq; virum putat esse suum, fore credit Iam
Iphis amat quo posse frui desperat, & auget
Hoc ipsum flammas, ardetq; in virgine virgo.
Querela. *Vixq; tenet lacrymas, quis me manet exitus, in*
Cognita quàm nulli, quàm prodigiosa nouæq;
Cura tenet Veneris? si Dij mihi parcere vellent,
Perdere debuerant, si non & perdere vellent,
Naturale malum saltem, & de more dedissent.
Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equar
Collatio. *Vrit oues aries, sequitur sua fœmina ceruum,*
Sic & aues coëunt, interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Vellem nulla forem, ne non tamen omnia Creta
Monstra ferat, taurum dilexit filia Solis.
Ab exẽplo se cõfirmat mõstrosos amores in Creta fieri *Fœmina nempe marem, meus est furiosior ille,*
Si verum profitemur, amor, tamen illa secuta est
Spem Veneris, tamen illa dolis, & imagine vacc
Passa bouem est, & erat qui deciperetur, adulter
Fictio. *Huc licet ex toto sollertia confluat orbe,*
Subiectio. *Ipse licet reuolet ceratis Dædalus alis,*

Quid faciet? Num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? Num te mutabit Ianthe? Apostrophe
Quin animum firmas? teq; ipsa recolligis Iphi? ad seipsã
Consiliumq; inopes, & stultos excutis ignes?
Quid sis nata vides, nisi te quoq; decipis ipsam, A necessa-
Si pete, quod fas est, & ama, quod fœmina debet. rio arguit.
Spes est, quæ capiat, spes est, qua pascat *amorem. *amanẽ.
Hanc tibi res admit, non te custodia charo
Arcet & amplexu, nec cauti cura *mariti, *magistri.
Non patris asperitas, nec se negat ipsa roganti,
Nec tamen est potienda tibi, nec vt omnia fiant,
Esse potes felix, vt diq;, hominesq; laborent.
Nunc quoq; votorum pars nulla est vana meorum,
Quæ mihi faciles quidquid valuêre dederunt.
Quod volo, vult genitor, socer & vult ipse futurus.
At non vult natura, potentior omnibus istis,
Quæ mihi sola nocet. Venit ecce optabile tempus Collatio.
Lucaq; iugalis adest, & iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget, medijs sitiemus in vndis.
Promba quid Inno? quid ad hæc Hymenæe venitis Pathos.
Sacra, quibus qui ducat abest, vbi nubibus ambæ,
Pressit ab his vocem, nec lenius altera virgo
Æstuat, vtq; celer venias Hymenæe *precatur.
Quod petit hæc, Thelethusa timẽs, modò tẽpora dif-
Nunc ficto languore morã trahit omnia sepè, (fert,
Visaq; caussatur, sed iam consumpserat omnem
Materiam ficti, dilataque tempora tædæ
Institerant, vnusq; dies restabat. At illa
Crinalem capiti vittam nataq;, sibiq;,
Detrahit, & pexis aram complexa capillis.

Isis. *Isi Paretonium, Mareoticaque arua, Pharoq́;*
A precibus Thelethusæ amplificat. *Quæ colis, & septem digestum in cornua Nilum,*
Fer precor, inquit, opem, nostroq́; medere timori.
Te dea, te quondam, tuáque hæc insignia vidi,
Cunctaq́; cognoui, sonitum, comitesq́;, facesq́;,
Sistrorum, memorique animo tua iussa notaui.
Quòd videt hæc lucem, quòd non ego punior ipsa,
Consilium, monitúmque tuum est, miserere duarum
Auxilioq́; iuua, lacryma sunt verba secuta.
Visa dea est mouisse suas (& mouerat) aras,
Ab omine & signo *Et templi tremuêre fores, imitataque lunam*
Cornua fulsêrunt, crepuitq́; sonabile sistrum.
Non secura quies, fausto tamen omine læta
Mater abit templo, sequitur comes Iphis euntem,
A natura virili. *Quàm solita est, maiore gradu, nec candor in ore*
Permanet, & vires augentur, & acrior ipse est
Vultus, & incomptis breuior mensura capillis.
Plusq́; vigoris adest, habuit quàm fœmina, nam
*erat, puer est. *Fœmina nuper *eras, puer es, date munera templis,*
Nec timida gaudete fide, dant munera templis,
Iphis in marem. *Addunt & titulum, titulus breue carmen habebat.*
Titulus voti *Dona puer solvit, quæ fœmina vouerat Iphis.*
*vota. *Postera lux radijs totum patefecerat orbem,*
Cùm Venus, & Iuno, sociusq́; Hymenæus ad ignes
A tempore *latum. *Conueniunt, potiturq́; sua puer Iphis Ianthe.*

FINIS LIB. IX.

OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER X.

INde per immensum croceo velatus amictu
Æthera digreditur, Cyconumq; Hymenæus ad oras
Tendit, & Orpheia nequidquam vocatus vocatur.
Adfuit ille quidem, sed nec solennia verba,
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.
Fax quoq;, quam tenuit lacrymoso stridula fumo
Usque fuit, nullósque inuenit motibus ignes,
Exitus auspicio grauior. Nam nupta per herbas
Dum nouus Naiadum turba comitata vagatur,
Occidit, in talum serpentis dente recepto,
Quam satis ad superas postquã Rhodopeius auras,
Defluit vates, ne non tentaret & vmbras,
Ad Styga Tenaria est ausus descendere porta.
Perque leues populos, simulacraq; functa sepulcro,
Persephonen adiit, inamœnaq; regna tenentem
Vmbrarum dominum, pulsisq; ad carmina neruis,
Sic ait, ô, positi sub terra numina mundi,
In quem decidimus, quidquid mortale creamur,
Si licet, & falsi positis ambagibus oris
Vera loqui sinitis, non hûc, vt opaca viderem
Tartara descendi, nec vti villosa colubris
Terna Meduſæi vincirem guttura monstri.

Paraſceue. Ad inſequentem fabulam.

Ab omine infelicium nuptiarũ

Ab euentu

A dolore Orpheo.

Beneuolentiã captat.

A cauſsis deſcẽſus ꝓ apodiexin.

A necessitate.

Cauſſa viæ eſt coniunx, in quam calcata venenu
Vipera diffudit, creſcentéſque abſtulit annos.
Poſſe pati voluit, nec me tentaſſe negabo:
Vicit amor, ſupera deus hic bene notus in ora eſt
An ſit, & hîc dubito, ſed & hîc tamen auguror
Probat à ſignis
Famaq; ſi veteris non eſt mentita rapina,
Obteſtatio Gnome.
Vos quoque iunxit amor, per ego hæc loca ple
moris,
Et rurſus captat benevolentiam.
Per chaos hoc ingens, vaſtiq; ſilentia regni,
Eurydices oro, properata retexite fata.
Omnia debentur vobis, paulumq; morati
Serius, aut citius ſedem properamus ad vnam,
Tendimus hûc omnes, hæc eſt domus vltima, vos
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hac quoq; cùm iuſtos *natura peregerit annos,*
Iuris erit veſtri, pro munere poſcimus vſum.
Quod ſi fata negant veniam pro coniuge, certu
Nolle redire mihi, letho gaudete duorum.
A ſtupore per lytám concitato.
Talia dicentem, neruóſque ad verba mouentem,
Exangues flebant animæ, nec Tantalus vndam
Apoſtrophe
Captauit refugam, ſtupuitq; Ixionis orbis,
Nec carpſere iecur volucres, vrniſque vacarunt
Belides, inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.
Tunc primùm lacrymis victorum carmine fama
Eumenidum maduiſſe genas, nec regia coniux
Suſtinet oranti, nec qui agit ima, negare,
Euridicénque vocant, vmbras erat illa recentes
Inter, & inceſſit paſſu de vulnere tardo.
A lege Orphco lata.
Hanc ſimul, & legem Rhodopeius accipit Orphe
Ne flectat retrò ſua lumina, donec Auernas

Exim

rit valles, aut irrita dona futura.
itur acclinis per muta silentia trames
uus, obscurus, caligine densus opaca,
procul absuerant telluris margine summæ. *Topographia.*
ne deficeret metuens, auidusq; videndi
amans oculos, & protinus illa relapsa est, *Pathos.*
biaq; intendens, prendiq;, & prendere captans,
nisi cedentes infelix arripit auras. *hypotyposis*
q; iterum moriens, non est de coniuge quidquam
a suo. Quid enim nisi sequereretur amatam? Intertogatio.
mimque vale, quod iam vix auribus ille
peret, dixit, *reuolutáque rursus eodem est. Amplificat à simili.
aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus, *reuocataque.
m tria qui timidus medio portante cathenas
eamis vidit, quem non pauor antè reliquit,
natura prior, saxo per corpus oborto,
in se traxit crimen, voluitq; videri Olenus & Lethæa in lapides.
alijs aliquot similibus, vt obiter recenseret plures fa-

nsse nocens, túque, ô, confisa figura *Aposiropha*
x Lethæa tua, iunctissima quandam *Corpore
ra, nunc lapides, quos humida sustinet Ide. Ab affectibus amantium.
em, frustráque iterum transire volentem
ior arguerat, septem tamen ille diebus *Metonimia.*
dus in ripa, Cereris sine munere sedit.
dolórque animi, lacrymaq; alimenta fuêre.
eus Erebi crudeles questus, in altam A tempo-
pit Rhodopẽ, pulsúmq; Aquilonibus Æmum ris descrip-
us aquoreis incluſum piscibus annum, tione.
at Titan, omnemq; refugerat Orpheus *Aetiologia*

Fœmineam Venerem, seu quòd male cesserat
Siue fidem dederat: multas tamen ardor hab
*repulsam Iugere se vati, multa doluêre *repulsa.*
Athenæus τὸ παιδεραστεῖν à Cretensibus primo
tum scribit.
Orpheus. *Ille etiam Thracum populis fuit autor, amore*
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.
Topographia. *Collis erat, collémque super planissima campi*
Area, quam viridem faciebant græminis herb
Vmbra loco deêrat, qua postquam parte resi
Diis genitus vates, & fila sonantia mouit,
Enumeratione arborum, quas carminibus m
phœus amplificat.
Vmbra loco venit, non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Heliadum, non frondibus æscul
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis hastis.
Enodisq; abies, curuataque glandibus ilex,
*genitalis. Et platanus *genialis, acérque coloribus imp*
Amnicolæq; simul salices, et aquatica lotos,
Perpetuóque virens buxus, tenuésque myrica,
flexibiles. Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus.
*Vos quoq; *flexipedes hederæ venistis, & vnà*
Pampineæ vites, & amictæ vitibus vlmi,
Ornique, & piceæ, pomóque onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ,
Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus,
Admiscet obiter aliã fabulam. *Grata deûm matri: siquidem Cybeleius Atys*
Exuit hac hominem, truncóque induruit illo.

uit huic turbæ metas imitata cupressus,
nc arbor, puer ante deo dilectus ab illo,
i cytharam neruis, & neruis temperat arcum,
amq; sacer Nymphis Chartea tenentibus arua,
gens ceruus erat, latéque petentibus altas,
suo capiti præbebat cornibus vmbras.
rnua fulgebant auro, demissaq; in armos,
ndebant tereti gemmata monilia collo.
la super frontem paruis argentea loris
*ncta mouebatur, *parilésque ætate nitebant.*
ribus è geminis, circum caua tempora, baccæ.
q; metu vacuus, naturalique pauore
posito, celebrare domos, mulcendáque colla,
uam libet ignotis manibus, præbere solebat.
d tamen ante alios, Cæa pulcherrime gentis,
atus erat Cyparisse tibi, tu pabula ceruum
d noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas.
modò texebas varios per cornua flores,
nc eques in tergo residens, hûc lætus, & illûc
ollia purpureis frænebas ora capistris.
ctus erat, mediúsque dies, solisque vapore
ncaua littorei feruebant brachia cancri.
ssus in herbosa posuit sua corpora terra
ruus, & arborea frigus ducebat ab vmbra,
nc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto
ixit, & vt sæuo morientem vulnere vidit,
lle mori statuit, quæ non solatia Phœbus,
ixit? & vt leuiter, pro materiáque doleret,
dmonuit, gemit ille tamen, munusq; supremum
oc petit à superis, vt tempore lugeat omni.

ab alia fabula amplificat..

Periphrasis.

A pollinis Amplificata cerui descriptione.

*pariliq;

*A*b ingenio cerui.

Apostrophe

*A*b ingenio pueri

A tẽporis descriptiõe

A dolore pueri.

Iámque per immensos egesto sanguine fletus
In viridem verti cœpêrunt membra colorem,
Et modò qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida cæsaries fieri, sumptóque rigore
Sydereum gracili spectare cacumine cælum.
Ingemuit, tristísque deus lugébere nobis,
Lugebisq́ alios, aderisq́ dolentibus, inquit.

Cyparissus in arboré. Vide festum Pompeium in dictione Cyparissus.

Ab Apollinis vaticinio. *Tale nemus vates attraxerat, inq́ ferarum*
Concilio, medius turba, volucrúmque sedebat.
Ad rem redit. *Vt satis impulsas tentauit pollice chordas,*
Et sensit varios, quamuis diuersa sonarent,
Concordare modos, hoc vocem carmine mouit.
Inuocatio. *Ab Ioue Musa parens, (cedunt Iouis omnia r*
Carmine nostra moue. Iouis est mihi sæpè potest
Apodioxis. *Dicta, priùs cecini plectro grauiore Gygantes,*
*Sparsaq́ Phlegræis victricia * fulmina campis.*
* prælia vel fulgura. *Nunc opus est leuiore lyra, puerósque canamus*
Propositio Narratio rapti Ganymedis, & amoris Iouis *Dilectos superis, inconcessisq́ puellas*
Ignibus attonitas meruisse libidine pœnam.
Rex superûm Phrygij quondam Ganimedis a
Arsit, & inuentum est aliquid, quod Iuppiter e
Quàm quod erat, mallet. Nulla tamen alite ve
Periphrasis aquilæ. *Dignatur, nisi que portat sua fulmina terræ,*
Nec mora, percusso mendacibus aëre pennis,
Arripit Iliaden, qui nunc quoque pocula miscet,
Ab alia fabula. *Inuitáque Ioui nectar Iunone ministrat.*
Apostrophe Hyacíthus in florem. *Te quoq́ Amyclide posuisset in æthere Phœbus,*
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Quà licet æternus tamen es, quotiesq́ repellit

Ver hiemem piscique aries succedit aquoso,
Tu toties oreris, viridique in cespite flores.
Tu meus ante* omneis genitor dilexit, & orbe
In medio positi caruêrunt præside Delphi.
Dum deus Eurotan, immunitamque frequentat
Sparten, nec cytharæ, nec sunt in honore sagittæ.
Immemor ipse sui non retia ferre recusat,
Non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui
Ire comes, longaque alit assuetudine flammas.
Iamque ferè medius Titan venientis, & actæ
Noctis erat, spatioque pari distabat vtrinque.
Corpora veste leuant, & succo pinguis oliuæ
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.
Quem prius aëreas libratum Phœbus in auras
Misit, & oppositas disiecit pondere nubes:
Decidit in solidam longo post tempore terram
Pondus, & exhibuit iunctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, tactúsque cupidine lusus
Tollere Tænarides orbem properabat, at illum
Dura repercusso subiecit in aëre tellus,
In vultus Hyacinthe tuos, expalluit æquè,
Quàm puer ipse, deus, collapsosque excipit artus,
Et modò te refouet, modò tristia vulnera siccat:
Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
Nil prosunt artes, erat immedicabile vulnus.
Vt si quis violas, riguoque papauera in horto,
Liliáque infringat, fuluis hærentia* virgis,
Marcida demittant subitò caput illa grauatum,
Nec se sustineant, specténtque cacumine terram:
Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore

*alios.
A moribus amãtium.
Chronographia.
A certamine Apollinis & Hyacinthi.
Emphasis.
Iactus à tẽporis tarditate.
Pathos.
Apostrophe.
Nocma.
Cõparatio
* linguis.
Adaptatio.

Ipsa

Ipsa sibi est onerí cervix, humeróque recumbit,
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta,

Mimesis querimoniæ Apollinis, qua mortis causam se transfert.

Phœbus ait, videóque tuum, mea crimina, vulnus,
Tu dolor es, facinúsque meum, mea dextera letho
Inscribenda tuo est, ego sum tibi funeris autor.
*Qua mea culpa tamen? * misi si lusisse, vocari*
Culpa potest? misi culpa potest, & amâsse vocari?
Atque vtinam pro te vitam, tecúmque liceret
*Reddere, quod quoniam fatali lege * vetamur,*
Semper eris mecum, memoriáque hærebis in ore,
Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt,
Flósque nouus scripto gemitus imitabere nostros,
Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros
Addat in hunc florem, folióque legatur eodem.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore.
Ecce cruor, qui fusus humi signauerat herbas,
Desinit esse cruor, Tyrióque nitentior ostro,
Flos oritur, formámque capit, quam lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est (is enim fuit autor honoris)
*Ipse suos gemitus foliis inscribit, & * ai ai,*
Flos habet inscriptum, funestáque littera ducta est.
Nec genuisse pudet Spartæ Hyacinthon, honorq
Durat in hoc aui, celebrandáque more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Amplificat collatione pæderastian præferendam gynæcomaniæ, & obiter intermiscet fabulam Cerastarum.

At si fortè roges fœcundam Amathunta metallis,

An

Sic.

A voto.

* tenemur

Hæc deus tanquàm futurorũ præscius.

Collatio. Hyacinthi forma.

A signis amoris.

Phœbi amplificat * hya.

Ab honore Hyacintho habito

An genuisse velit Propetidas, annuat aequè
Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat, vnde etiam nomen traxêre Cerastæ.
Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara
Lugubris sceleris, quam si quis sanguine tinctam
Aduena vidisset, mactatos crederet illic
Lectantes vitulos, Amathusiacásque bidentes. Dij impietatem odere.
Hospes erat cæsus, sacris offensa nefandis
Ipsa, suas vrbes, Ophiusiáque arua parabat
Deserere almaVenus. sed quid loca grata? quid vrbes Mimesis.
Peccauêre mea? quod, dixit, crimen in illis?
Exilio pœnam potiùs gens impia pendat, Cõsultatio
Vel nece, vel si quid medium est, mortisque, fugaque.
Idque quid esse potest, nisi versa pœna figura?
Dum dubitat quo mutet eos, ad cornua vultum
Flexit, & admonita est, hæc illis posse relinqui.
Grandiaq; in toruos transformat membra iuuencos.
Sunt tamen obscœnæ Venerem Propœtides ausæ Propœtides infelicem.
Esse negare deam, pro qua sua numinis ira
Corpora cum forma *primò vulgasse feruntur. *primę.
Vtque pudor cessit, sanguisque induruit oris, Redit ad fabulam, quam in collationę induxerat.
In rigidum paruo silicem discrimine versæ.
Quas quia Pygmalion ænum per crimina agentes Per occasionę aliam incœptat fabulam.
Viderat, offensus vitijs, quæ plurima menti
Fœminea natura dedit, sine coniuge cœlebs
Viuebat, thalamique diu consorte carebat.
Interea niueum mira feliciter arte Nocma.
Sculpsit ebur, formamque dedit, qua fœmina nasci Collatio.
Nulla potest, operisque sui concepit amorem.
Virginis est vera facies, quam viuere credas,

Et

Enallage. *Et si non obstet reuerentia, velle moueri.*
Ars adeò latet, arte sua, miratur, & haurit
Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Epiphonema. *Sæpe manus operi tentantes admouet, an sit*
hypotyposis *Corpus, an illud ebur, nec adhuc ebur esse fatetur.*
Oscula dat, reddíq; putat, loquitúrque, tenétque,
Ab amantium affectibus. *Et credit tactis digitos insidere membris,*
Et metuit pressos veniat ne liuor in artus,
Et modò blanditias adhibet, modò grata puellis
Munera, fert illis conchas, teretésque lapillos,
Et paruas volucres, & flores mille colorum,
Lilia, perpictasq; pilas, & ab arbore lapsas
Heliadum lacrymas, ornat quoque vestibus artus,
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo,
Aure leues bacca, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent, nec nuda minùs formosa videtur:
Collocat hanc stratis concha Sidonide tinctis,
Appellátque thori sociam, acclinatáque colla
Alias sic, *Mollibus in plumis, tanquam sensura reponit.*
Venerat, auratis ornatæ cornua sertis. *Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro*
Venerat, & blandis induta cornibus aurum,
Conciderant icta niuea ceruice iuuenca,
A tempore Cornua victimarum inaurari solebant. *Thuráque fumabant, cum munere functus ad aras*
Constitit, & timidè, si dy dare cuncta potestis,
Sit coniux opto, non ausus, eburnea virgo,
Dicere Pygmalion, similis mea (dixit) eburna.
Mimesis. *Sensit, vt ipsa suis aderat Venus aurea festis,*
Vota Pygmalionis, *Vota quid illa velint, & amici numinis omen,*
Flamma ter accensa est, apicémque per aëra duxit.
Ab omine *Vt rediit, simulacra sua petit ille puella,*

Incum-

Incumbénsque thoro dedit oscula, visa tepere est.
Admouet os iterum, manibus quoque pectora tentat:
Tentatum mollescit ebur, positóque rigore — *A simili.*
Subsedit digitis, ceditq́; vt Hymettia sole — Eburnea statua in virginem.
Cera remollescit, tractataq́; pollice, multas
Flectitur in facies, ipsóque fit vtilis vsu. — *Vertitur.
Dum stupet, & dubiè gaudet, fallique veretur,
Rursus amans, rursúsque manu sua vota retractat. — *A gratiarũ actione.*
Corpus erat, saliunt tentatæ pollice venæ.
Tum verò Paphius plenissima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit, oraque tandem
Ore suo non falsa premit, datáque oscula virgo
Sensit, & erubuit, timidúmque ad lumina lumen — Decorum.
Attollens, pariter cum cælo vidit amantem.
Coniugio, quod fecit adest dea, iámque coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,
Illa Paphum genuit, de quo tenet insula nomen.
*Editus * at ille est, qui si sine prole fuisset,* — * hac si Aptè connectit Myrrhæ fabulã
Inter felices Cinyras potuisset haberi.
Dira canam, procul hinc natæ, procul este parentes,
Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum:
Vel si credetis, facti quoque credite pœnam.
Tamen admissum sinit hoc natura videri,
Gentibus Ismarijs, & nostro gratulor orbi.
Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis, — Pathos.
Quæ tantum genuêre nefas. Sit diues amomo,
Cinnamáque, costúmque suam, sudatáque ligno — Concessio.
*Cura ferat, floresque * alios Panchaica tellus,* — *suos.
Cum ferat & myrrham, tanti noua non fuit arbor. — Collatio. Apostrophe

Ipse

A furoris auctore. *Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido,*
Myrrha, facéſque ſuas à crimine vindicat iſto.
Stipite te Stygio, tumidiſq; afflauit Echidnis
Collatione vitiorũ amplificat. *E tribus vna ſoror, ſcelus eſt odiſſe parentem.*
Hic amor eſt odio, maius ſcelus, vndiq; lecti
*capiunt. *Te * cupiunt proceres, totóque oriente iuuentus,*
Ad thalami certamen adeſt: ex omnibus vnum
* non. *Elige Myrrha virum, dum * ne ſit in omnibus vnus.*
Myrrha deperit parentem. *Illa quidem ſentit, fœdóque repugnat amori:*
Et ſecum, quo mente feror? quid molior? inquit.
Dij precor, & pietas, ſacratáque iura parentum,
Increpatio ab impietate. *Hoc prohibete nefas, ſceleriq; reſiſtite noſtro.*
Si tamen hoc ſcelus eſt. Sed enim damnare negatur
A voto. Hanc Venerem pietas, coëuntq; animalia nulla
Dubitatio *Cætera delicto, nec habetur turpe iuuencæ,*
Ferre patrem tergo, ſit equo ſua filia coniux,
Ratiocinatio ab exemplo. *Quasq; creauit, init pecudes caper? ipſaq; cuius*
Semine concepta eſt, ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent, humana malignas
Inuehitur in leges. *Cura dedit leges, & quod natura remittit,*
Inuida iura negant: gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Ab exẽplo *Iungitur, & pietas geminato creſcit amore.*
quarundã gentium, *Me miſeram, quòd non noſci mihi, contigit illis,*
Fortunaq; loci lador: quid in iſta reuoluor?
ſecõfirmat *Pathos.* *Spes interdicta diſcedite, dignus amari*
Ille, ſed vt pater eſt, ergò ſi filia magni
A voto. *Non eſſem Cinyra, Cinyra concumbere poſſem!*
Apoſtrophe *Nunc quia iam meus eſt, non eſt meus, ipſaq; dum*
Pathos. *Eſt mihi proximitas, aliena potentior eſſem.*

libet procul hinc, patriaq; relinquere fines,
scelus effugiã, retinet malus *ardor amantem,
praesens spectem Cinyram, tangamq;, loquarq;,
auxiliaq; admoueam, si nil conceditur vltra.
ra autem sperare aliquid potes impia virgo?
Et quod confundas & iura, & nomina sentis?
ne eris & matris pellex, & adultera patris?
ne soror nati, genitrixq; vocabere fratris?
metues sacro crinitas angue sorores?
quas facibus saeuis oculos, atq; ora petentes
xia corda vident? at tu dum corpore non es
sa nefas, animo ne concipe, neue potentis
cubitu vetito natura pollue foedus.
deputa, res ipsa vetat, pius ille, memorq;
ris, & ô, vellem similis furor esset in illo.
xerat, ac Cinyras, quem copia digna procorum,
id faciat, dubitare facit, scitatur ab ipsa
minibus dictis, cuius velit esse mariti.
silet primò, patriisq; in vultibus haerens
fluat, & tepido suffundit lumina rore.
genio Cinyras haec credens esse timoris,
ne vetat, siccatq; genas, atque oscula iungit.
verba datis nimium gaudet, consultaq; qualem
uit habere virum, similem tibi, dixit. At ille
intellectam vocem collaudat, & esto
pia semper, ait. Pietatis nomine dicto,
uisit vultus, sceleris sibi conscia virgo.
ctis erat medium, curasq;, & corpora somnus
erat. At virgo Cinyreia peruigil igne
pitur indomito, furiosaq; vota retractat.

A circumstantia.
Cõsilium.
*error.
Resumti figurata & ab incendenti & iniquo arguit.
* Nec
Cõsilium.
A voto.
Mimesis.
Pathos.
A temporis descriptione.

Et modò desperat, modò vult tentare, pudétque,
Cõparatio Et cupit, & quid agat non inuenit, vtque securi
Saucia trabs ingens, vbi plaga nouissima restat,
*vario. Quò cadat in *dubio est, omniq; à parte timetur,
Sic animus vario labefactus vulnere, nutat
Adaptatio. Hùc leuis, atque illùc, momentáque sumit vtro
Nec modus, & requies, nisi mors reperitur, am
Cõsilium. Mors placet, erigitur, laqueóque innectere su
Destinat, & zona summo de poste reuincta,
Mimesis. Chare vale Cynira, caussámque intellige morti,
Dixit, & aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Hypotipo- Peruenisse ferunt, limen seruantis alumnæ.
sis. Surgit anus, reserátque fores, mortisque parata
Instrumenta videns, spatio conclamat eodem,
Séque ferit, scinditque sinus, ereptaque collo
* vetauit. Vincula dilaniat. Tum denique flere *vacauit,
Tum dare complexus, laqueique requirere cau
Ab obte- Muta silet virgo, terramque immota tuetur,
statione. Et deprensa dolet tarda conamina mortis.
Instat anus, canosque suos, & inania nudans
Vbera, per cunas, alimentaque prima precatur,
Vt sibi committat, quidquid dolet. Illa rogantem
Auersata gemit. Certa est exquirere nutrix,
Nec solam spondere fidem, dic inquit, opemque
Me sine ferre tibi, non est mea pigra senectus.
Cõsolatio. Seu furor est, habeo, quod carmine sanet, & ho
Occupa- Siue aliquis nocuit, magico lustrabare ritu,
tiuncula. Ira deûm siue est, sacris placabimus iram.
A facili. Quid rear vlterius? Certè fortuna, domusq;

Sy

...ab incursu est, viuunt genitrixq́, patérque. A cõiectu-
...yrra patre audito, suspiria duxit ab imo ris auget
...ctore, nec nutrix etiamnum concipit illum admira-
...nte nefas, aliquemq́, tamen præsentit amorem. tionem.
...positiq́, tenax, quodcúnque est orat, vt ipsi
...dicet, & gremio lacrymantem tollit anili,
...que ita complectens infirmis membra lacertis, hipotyposis.
...simus (inquit) amas, & in hoc mea, pone timorẽ, Describi-
...dulitas erit apta tibi, nec sentiet vnquam tur sedula
...ac pater, exilijt gremio furibunda, thorúmque nutrix.
...re premens, discede precor, miseróque pudori Mimesis.
...rce, ait, instanti discede, aut desine, dixit, Extet natæ
...uærere quid doleam, scelus est, quod scire laboras. malo.
...orret anus, tremulasq́ manus annísque, metúque, Amantes
...endit, & ante pedes supplex procumbit alumnæ, gaudent
...t modò blanditur, modò si non conscia fiat, solitudine
...rret, & indicium laquei, cœptæque minatur
...ortis, & officium commisso spondet amori.
...xtulit illa caput, lacrymisq́ impleuit obortis
...ctora nutricis, conatáque sæpè fateri,
...pè tenet vocem, pudibundáque vestibus ora
...xit, & ô, dixit, felicem coniuge matrem.
...ctenus, & gemuit, gelidos nutricis in artus,
...ssiq́ (sensit enim) penetrat tremor, albáque toto
...rtice canicies rigidis stetit hirta capillis, Pathos.
...ultáque vt excuteret diros, si posset, amores, Per excla-
...ddidit, at Virgo scit se non falsa moneri, mationem
...rta mori tamen est, si non potiatur amore. À stupore
...iue, ait, hæc, potiêre tuo, non ausa parente nutricis.
Cõsolatio.

A iuramento. Festorum, quæ Thesmophoria appellãtur

descriptio, qua occasionem rei gerendæ nutrici suppetiæ

Dicere, conticuit, promissáq; numine firmat.
Festa pia Cereri celebrabant annua matres,
Illa, quibus niuea velata corpora Veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum.
Perq; nouem noctes Venerem, tactúsque viriles
Inuetitis numerant, turba Cinyreus in illa
Regis adest coniux, arcanáque sacra frequentat.
Ergô legitima vacuus dum coniuge lectus,
Cõsilium nutricis. *Nacta grauem vino Cinyram malè sedula nutrix*
Nomine mentito veros exponit amores,
Et faciem laudat, quæsitis virginis annis,
Collatio. *Par, ait, est Myrrhæ, quã postquã adducere iussit,*
Gratulatio anus. *Vtq; domum redijt, gaude mea dixit alumna,*
*Vicimus. Infelix non toto pectore *sentit*
*sensit. *Latitiam virgo, præsagáque pectora mœrent.*
Acclamatio. *Sed tamen, & gaudet, tanta est discordia mentis.*
Descriptio conticinij. *Tempus erat, quo cuncta silent, interque Triones*
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
A pręsagijs *Ad facinus venit illa suum, fugit aurea cælo*
Luna, tegunt nigræ latitantia sydera nubes,
Apostrophe ad omine infausto. *Nox caret igne suo, primus tegis Icare vultus,*
Erigoneq; pio sacrata parentis amore.
Ter pedis offensi signo est reuocata, ter omen
Funereus Bubo lethali carmine fecit.
Hypotyposis *It tamen, & tenebræ minuunt, noxq; atra pudorem*
Nutricisq; manum læua tenet, altera motu
Cæcum iter explorat thalami iam limina tangit,
Jámque fores aperit iam ducitur intus. At illi
Poplite succiduo genua intremuêre, fugitq;

color, & sanguis, animúsque reliquit euntem.
Quæq; suo proprior sceleri est, magis horret, & ausi
Pœnitet, & vellet non cognita posse reuerti.
Cunctantem longæua manu deduxit, & alto
Admotam lecto cùm traderet, accipe dixit,
Ista tua est Cinyra, deuotáque pectora iunxit.
Accipit obscœno genitor sua viscera lecto,
Virgineósque metus leuat, hortatúrque timentem. Mimesis.
Forsitan ætatis quoque nomine, filia, dixit,
Dixit & illa, pater, sceleri ne nomina desint. Pathos.
Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert vtero, conceptáque crimina portat.
Noctera nox facinus geminat, nec finis in illa est.
Cùm tandem Cinyras auidus cognoscere amantem, A prodito crimine.
Post tot concubitus, illato lumine, vidit
Et scelus, & natam, verbísque dolore retentis,
Pendenti nitidum vagina diripit ensem.
Myrrha fugit, tenebrísque, & cæca munere noctis Ab erroribus Myrrhæ.
Intercepta neci est, latósque vagata per agros,
Palmiferos Arabas, Pancheaq; rura reliquit,
Bisq; nouem errauit redeuntis cornua lunæ,
Cùm tandem terra requieuit fessa Sabæa,
Vixq; veri portabat onus, tum nescia voti,
Atque inter mortisque metus, & tædia vitæ, Petitio figurata per culpę confessionem.
Est taleis complexa preces. O si qua parentis
Numina confessis, merui, nec triste recuso
Supplicium, sed ne violem viuósque superstes,
Mortuáque extinctos, ambobus pellite regnis,
Mutataque mihi, vitámque, necémque negate. Annuit deus petitis.
Numen confessis aliquod patet, vltima certè

Myrrha in arborem.

Vota suos habuêre Deos. Nam crura loquenti
Terra superuenit, ruptósque obliqua per vngu
Porrigitur radix longi firmamina trunci,
Ossaq; robur agunt, mediáque manente medulla,
Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos,
In paruos digiti, duratur cortice pellis.
Iámque grauem crescens vterum præcinxerat a
Pectoráque obruerat, collúmque operire parabat
Non tulit illa moram, venientique obuia ligno
Subsedit, mersitq; suos in cortice vultus.
Qua quanquam amisit veteres cum corpore s
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore gutta.

A partu Myrrrhæ. Estq; occasio sequentis fabulæ.

Est honor & lacrymis, stillatáque cortice My
Nomen herile tenet, nullóque tacebitur æuo.
At malè conceptus sub robore creuerat infans,
Quærebátque viam, qua se, genitrice relicta,
Exereret, media grauidus tumet arbore vente
Tendit onus matrem, neq; habent sua verba d
Nec lucina potest parientis voce vocari,
Nitenti tamen est similis, curuatáque crebros
Dat gemitus arbor, lacrymísque cadentibus h

Credebat vetustas nullum partum procreari po
Lucinæ voluntate, & præsentia.

Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes,
Admouitq; manus, & verba puerpera dixit.

ussisso.

*Arbor agit rimas, & * scisso cortice, viuum*
Reddit onus, vagitque puer, quem mollibus herb

A forma pueri per comparationem.

Naiades impositum, lacrymis vnxêre parentis.
Laudaret faciem liuor quoque. Qualia namq;
Corpora nudorum tabula pinguntur amorum,

lis erat, sed ne faciat discrimina cultus,
t huic adde leueis, aut illis deme pharetras,
bitur occultè fallitq; volatilis ætas,
nihil est annis velocius, ille sorore
atus, auoq; sico, qui conditus arbore nuper,
uper erat genitus, modò formosissimus infans,
iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso est.
placet & veneri, matrisq; vlciscitur ignes.
amq; Pharetratus dum dat puer oscula matri,
ius extanti distringit arundine pectus.
manu natum dea reppulit, altius actum
lmu erat specie, primóque fefellerat ipsam.
ta viri forma, non iam Cythereia curat
tora, non alto repetit Paphon aquore cinctam,
osamq; Gnidõ, grauidamq; Amathũta metallis,
stinet & cælo, cælo præfertur Adonis.
e tenet, huic comes est, assuetaq; semper in vmbra
dulgere sibi, formámque augere colendo,
iuga, per syluas, dumos, & saxa vagatur
da genu, vestem ritu succincta Diana,
tatúrque canes, tutaque animalia præda,
pronos lepores, aut celsum in cornua ceruum,
agitat Damas, aut fortibus abstinet apris,
ptoréque lupos, armatósque vnguibus vrsos
at, & armenti saturatos cade leones,
quoque vt hos timeas, si quid prodesse monendo
et, Adoni monet, fortisq; fugacibus esto,
quit. IN audaces non est audacia tuta.
rce meo iuuenis temerarius esse periclo,
ue feras, quibus arma dedit natura, lacesse.

Occasio cur præferret Cupidini Adonin.

Ab amantium affectibus.

A signis vehementis amoris.

Ab æquabilibus studijs venationis.

Græcismus

Venatio Veneris.

Apostrophe ad Adonin admonitio.

Veneris.

*tibi. *Stet mihi ne magno tua gloria, non monet ætas,*
Nec facies, nec qua Venerem mouere, leones,
Setigerósque sues, oculosq́, animósque ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri,
Impetus est fluuiis, & vasta leonibus ira,
Inuisumq́, mihi genus est, qua caussa, roganti
Occasio sequentis fabulæ. *Dicam ait, & veteris monstrum mirabile culpæ,*
Sed labor insolitus iam me lassauit, & ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbra.
Inuitatio ab opportuno. *Datq́, thorum cespes, libet hac requiescere tecum,*
Et requieuit humo, pressitq́, & gramen, & ipsum,
Inq́, sinu iuuenis posita ceruice reclinis
Mimesis. *Sic ait, ac medijs interserit oscula verbis,*
Forsitan audieras aliquam certamine cursus
Propositio *Veloces superâsse viros, non fabula, rumor*
Occupatio *Ille fuit (superabat enim) nec dicere possis*
Laude pedum, forma ne bouo præstantior esset.
Velocitas Atalantæ *Scitanti deus, huic de coniuge: coniuge dixit.*
Deus, ἀντονομαστικῶς Apollo. Hic enim præcipuum in illos, quibus oracula constant.
Nil opus est Atalantha tibi, fuge coniugis vsum.
Nec tamen effugies, teq́, ipsa viua carebis.
Territa sorte dei, per opacas innuba syluas
Mimesis. *Vixit, & instantem turbam violenta procorum*
Atalantha agonotheta. *Conditione fugat, nec sum potienda, nisi inquit*
Victa prius cursu, pedibus contendite mecum.
Præmia veloci coniux, thalamiq́, dabuntur,
Mors pretium tardis, ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis, sed tanta potentia formæ est,
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum,

Sti

erat Hippomanes cursus spectator iniqui,
petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
xerat, ac nimios iuuenum damnârat amores. *Mimesis.*
faciem, & posito corpus velamine vidit,
ale meum, vel quale tuum, si fœmina fias, Cõparatio ad Venerẽ & Adonin referenda.
stupuit, tollensq́; manus, ignoscite dixit,
os modò culpaui, nondum mihi præmia nota,
peteretis erant, laudando concipit ignes, *Mimesis.*
quis iuuenum currat velocius optat, Cõsultatio ex abrupto
diamq́; timet. Sed cur certaminis huius
tata mihi fortuna relinquitur? inquit,
dentes deus ipse iuuat, dum talia secum *Noema.*
git Hippomanes, passu volet alite virgo.
quanquam Scythica non segnius ire sagitta
o visa est iuueni, tamen ille decoris Cõparatio.
rator magis est, cursus facit ipse decoram. Ab habitu virginis.
ra refert ablata citis talaria plantis,
rgáque iactantur crines per eburnea, quaq́;
litibus suberat picto genualia limbo, Cõparatio
q́; puellari corpus candore ruborem
xerat, haud aliter, quàm cũ super atria velum
ndida purpureum similem dat, & inficit vmbrã.
um notat hæc hospes, decursa nouissima meta est,
tegitur festa victriv Athalanta corona.
ant gemitum victi, penduntq́; ex fœdere pœnas.
on tamen euentu iuuenum deterritus horum,
nstitit in medio, vultúque in virgine fixo, A vi amoris.
uid facilem titulum superando quaris inertes?
ecum confer, ait, seu me fortuna potentem Prouocatio.
erit, à tanto non indignabere vinci.

A genere se cõmendat.

Namq; mihi genitor Megareus Onchestius, a
Est Neptunus auus, pronepos ego regis aquar
Nec virtus citra genus est, seu vincar, habebis,

A consequentibus victoriam.

Hippomane victo, magnum & memorabile no
Talia dicentem molli Schœneia vultu
Aspicit, & dubitat superari, an vincere mal.t,

Mimesis patheticæ orationis mirè artificiosa, qua b
erat, vincere, an vinci velit.

Atque ita. Quis deus hunc formosus, dixit, in
Perdere vult? charaq; iubet discrimine vita
Coniugium petere hoc? non sum me iudice tam
Nec forma tangor (poteram tamen hac quoq;
Sed quod adhuc puer est, non me monet ipse, sed
Quid? quod ineſt virtus, & mens interrita leth
Quid? quod ab aquorea numeratur origine qua
Quîd? quod amat, tantiq; putat connubia nostr

*dira apostrophe dehortãdi causſa.

*Vt pereat? si me sors illi * dura negarit,*
Dum licet hospes abi, thalamósque relinq; cru
Coniugium crudele meum est, tibi nubere nulla
Nollet, & optari potes à sapiente puella.

Resumtio ab antefatis.

Cur tamen est mihi cura tui, tot iam ante pere
Viderit interea, quoniam tot cede procorum

Subiectio

Admonitus non est, agiturq; in tædia vita.

Translatio qua cõfert culpam in demẽtiam adolescẽtis

Occidit hic igitur, voluit quia viuere mecum?
Indignamq; necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidiæ victoria nostra ferenda.
Sed non culpa mea est. Vtinam desistere velles,
Aut quoniam es demens, vtinam velocior esses.
Ah, quàm virgineus puerili vultus in ore est.
Ah miser Hippomane, nollem tibi visa fuissem.

Vt

re dignus eras, quòd si felicior essem,
mihi coniugium fata importuna negarent,
eras, cum quo sociare cubilia vellem.
rat, vtq; rudis, primoq; cupidine tacta,
facit ignorans, amat, & non sentit amorem.
solitos poscunt cursus. populusq;, paterq;,
me sollicita proles Neptunia voce,
cat Hippomanes, Cytheream comprecor, ausis
sit, ait, nostris, & , quos dedit adiuuet, ignes.
lit aura preces ad me, non inuida blandas,
taq; sum (fateor) nec opis mora longa dabatur.
ager, indigena Damascum nomine dicunt,
luris Cypria pars optima, quam mihi prisci
crauêre senes, templisq; accedere dotem
anc iussêre meis, medio nitet arbor in aruo,
lua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
ne tria forte mea veniens, decerpta ferebam
rea poma manu: nullique videnda nisi ipsi,
Hippomanen adij, docuiq; quis vsus in illis.
gna tuba dederant, cùm carcere pronus vterq;
micat, & summam celeri pede libat arenam.
Posse putes illos sicco freta radere passu,
Et segetis cana stantes percurrere aristas.
Adiciunt animos iuueni, clamorq;, fauorq;,
Verbaq; dicentum, nunc, nunc incumbere tempus?
Hippomane propera, nunc viribus vtere totis.
Pelle moram, vinces: dubium, Megareius heros
Gaudeat, an Virgo magis his Schœneia dictis.
O quoties cùm iam posset transire, morata est,
Spectatosq; diu vultus inuita reliquit.

Pathos. Amatorũ Epilogus.

Mimesis. A votoHippomanis.

Descriptio loci. Cypria dos Veneris.

Procuratrix amoũ Venus,

Hiperbolica fictio.

Mimesis.

Exclamatio.

Aridus

Emphasis. *Aridus à lasso veniebat anhelitus ore,*
Metaq́ erat longè, tum denique de tribus vnum
Fœtibus arboreis proles Neptunia misit.
Obstupuit virgo, nitidiq́ue cupidine pomi,
Declinat cursus, aurumq́ volubile tollit.
hypotoposis *Præterit Hippomanes, resonant spectacula plausu,*
Illa moram celeri, cessataq́ tempora cursu
Corrigit, atq́ iterum iuuenem post terga reliquit.
Et rursus pomi iactu remorata secundi
Consequitur, transitq́ virum, pars vltima cursu
A voto. *Restabat, nunc inquit, ades Dea muneris autor:*
Inq́ latus campi quo tardius illa rediret,
Iecit ab obliquo liquidum iuueniliter aurum.
An peteret virgo, visa est dubitare: coëgi
Collatiuncula. *Tollere, & adieci sublato pondera malo,*
Impediq́ oneris pariter grauitate, moraq́.
Neue meus sermo cursu sit tardior ipso,
Præterita est Virgo, duxit sua præmia victor,
Consultatio p subiectionē. *Digna ne cui grates ageret? cui thuris honorem*
Ferret, Adoni fui? nec grates immemor egit.
Ab ingratitudine victoris. *Nec mihi thura dedit, subitam conuertor in iram,*
Contemptuq́ dolens, ne sim spernenda futuris,
Exemplo caueo, meq́ ipsam exhortor in ambos.
Narratio alterius fabulæ. *Templa deûm matri, quæ quondam clarus Echion*
Fecerat ex voto, nemorosis abdita syluis
Transibant, & iter longum requiescere suasit.
A loci descriptione *Illic concubitus intempestiua cupido*
Occupat Hippomanen, & à numine concita nostro
Luminis exigui fuerat, prope templa recessus
Spelunca similis, nativo pumice tectus,

Relligion

...ligione sacer prisca, quò multa sacerdos
...gnea contulerat, veterum simulacra deorum,
...unc init, & vetito temerat sacraria probro.
...ra retorserunt oculos, turritaq; Mater,
An Stygia sontes dubitauit mergeret vnda.
...ma leuis visa est, ergô modo lauia fuluæ
...lla iubæ velant, digiti curuantur in vngues,
...x humeris armi fiunt, in pectora totum
...ndus abit, summæ cauda verruntur arenæ.
...ram vultus habet, pro verbis murmura reddunt,
...ro thalamis, celebrant syluas, alijsq; timendi,
...nte premunt domito Cybeleia fræna leones.
...tu chare mihi, cumq; his genus omne ferarum
...uod non terga fuge, sed pugnæ pectora præbet,
...fuge, ne virtus tua sit damnosa duobus.
...a quidem monuit, iunctisq; per aëra cygnis,
...rpit iter, sed stat monitis contraria virtus.
...rte seuem latebris vestigia certa secuti
...xiuêre canes, syluisq; exire parantem,
...erat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
...rotinus excussit pando venabula nostro
...nguine tincta suo: trepidumq; & tuta petentem,
...rux aper insequitur, totosq; sub inguine dentes
...bdidit, & fulua moribundum strauit arena.
...cta leui curru, medias Cytheræa per auras
...pron olorinis nondum peruenerat alis,*
...gnouit longè gemitum morientis, & albas
...xit aues illûc, vtq; æthere vidit ab alto
...xanimen, inq; suo iactantem sanguine corpus,
...silijt: pariterq; sinum, pariterq; capillos

A signis approbat sceleris immensitatẽ. Hippomanes in Iconem, & *A*thalanta in leænam. Epilogus. Narratio in qua ad rem redit. Lycophronis interpres, in Papho cygnorum & columbarũ, infinitam copiã esse tradit, quare fingitur illius currum ab eiusmodi animalib⁹ trahi.

* penetrauerat.

A dolore & querimonia Veneris.

Rupit,

Arguit à simili exẽplo.

Rupit, & indignis percussit pectora palmis.
Questaq; eum fatis, & non tamen omnia vestri
Iuris erunt, dixit, luctus monumenta manebunt.

Hanc fabulam describit Oppianus libr. 3.

Semper Adoni mei, repetitaq; mortis imago,
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere Mentas
Persephone licuit? nobis Cinyreius Heros
Inuidia mutatus erit? sic fata, cruorem
Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo.

*pluuio Halieuticõ Collatio.

*Intumuit, sic vt *fluuo perlucida calo*
Surgere bulla solet, nec plena longior hora

A simili.

Facta mora est, cùm flos de sanguine concolor ortus

Alia collatio.

Qualem, qua lento calant sub cortice granum,
Punica ferre solent, breuis est tamen vsus in illo:

Adonis transformatio.

Namq; malè hærentem, & nimia leuitate caducum
Excutiunt idem, qui perflant omnia, venti.

FINIS LIB. X.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER XI.

Hactenus Orphei carmina, quibus suos dolores mitigare studuit, poëta recensuit. Nunc quo pacto à Bacchanalium mulieribus illis interfectus sit, edocet.

*traxit

Carmine dum tali syluas, animosq; ferarum
*Threicius vates, & saxa sequentia *ducit*
Ecce nurus Cyconum tectæ lymphata sacris

Pectus

...ora velleribus, tumuli de vertice cernunt,
...phea percussis sociantem carmina neruis.
...quibus vna, leueis iactato crine per auras, Indignatio.
...ait, en hic est nostri contemptor, & hastam
...atis Apollinei, vocalia misit in ora, *præfixa
*...ae folijs *præsuta, notam sine vulnere fecit.*
...lterius telum lapis est, qui missus in ipso
...ere, concentu victus, vocisq́, lyraq́ est.
...e veluti supplex, pro tàm furialibus ausis,
...nte pedes iacuit. sed enim temeraria crescunt Pathos.
...ella, modusq́ abijt, insanaq́ regnat Erinnys:
...nctaq́ tela forent cantu mollita, sed ingens
...lamor, & inflato Berecynthia tibia cornu, Metaphora.
...ympanaq́, & plausus, & Bacchei vlulatus Occupatio
...strepuêre sono cythare, tum deniq́ saxa,
...n exauditi rubuêrunt sanguine vatis.
...e primùm attonitas etiámnum voce canentis
...mmeras volucres, anguesq́, agménque ferarum,
...enades Orphei titulum rapuêre theatri. Orpheus decerpitur à Bacchis.

Orphei epithetum possessiuum, quare in vetustis scri-...ur Orpheij.

...de cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
...coëunt, vt aues, si quando luce vagantem
...octis auem cernunt, structóq́ vtrimq́ theatro, A similitudinibus.
...t matutina ceruus periturus arena
...ada canum est. Vatémq́ petunt, et fronde virẽtes
...nijciunt Thyrsos, non hæc in munera factos, Distributio.
...a glebas, illæ direptos arbore ramos.
...ars torquet silices, neu desint tela furori,
...rte boues presso subigebant vomere terram:

Nec

Nec procul hinc multo fructum sudore parantes
Dura lacertosi fodiebant arua coloni,
Agmine qui viso fugiunt, operisq; relinquunt
Arma sui: vacuosq; iacent dispersa per agros
Sarculaq;, rastriq; graues, longiq; ligones.
Pathos. *Quæ postquam rapuêre feræ, cornuq; minaces*
Diuulsêre boues, ad vatis fata recurrunt,
Tendentemq; manus, atq; illo tempore primùm
Irrita dicentem, nec quidquam voce mouentem,
Exclamatio. *Sacrilega perimunt, perq; os (proh Iuppiter) illud*
Pathetica doloris ac commiserationis plena. *Auditum saxis, intellectúmq; ferarum*
Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.
Te mœstæ volucres Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina sæpè secutæ
Fleuêrunt syluæ, positis te frondibus arbos
Apostrophe. *Tonsa comas, luxit, lacrymis quoq; flumina dicas*
qua deflet Orphei mortem Poëta. *Increuisse suis, obscuraq; carbasa pullo*
Naiades, & Dryades, passosq; habuêre capillos.
Membra iacent diuersa locis, caput Hebre, lyramq;
Excipis, & (mirum) medio dum labitur amne,
A consequentibus mortem. *Flebile, nescio quid, queritur lyra, flebile lingua*
Murmurat exanimis, respondent flebile ripæ.
*syluæ
Apostrophe Lyra Orphei. *Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquunt*
Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi.
Parasceue ad aliam fabulam. *Hîc ferus expositio peregrinis anguis arenis*
Obstitit, & sparsos stellanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandem Phœbus adest, morsusque inferre parantem
Serpens in lapidem. *Arcet, & in lapidem rictus serpentis apertos*
Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus.

...bra subit terras, & quæ loca viderat antè
...cta recognoscit, quærensq́ per arua piorum, Pathos.
...enit Euridicen, cupidisque amplectitur vlnis.
...ic modò coniunctis spatiantur passibus ambo,
...unc præcedentem sequitur, nunc præuius anteit,
...uridicémq́ suam iam tuto respicit Orpheus. Soluunt impietatis pœnam.
...on impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus,
...missoq́ dolens sacrorum vate suorum, Thraciæ mulieres in arbores.
...otinus in syluis matres Ædonidas omnes,
...ue vidêre nefas, torta radice ligauit:
...uippe pedum digitos, inquantum est quæq́ secuta,
...raxit, & in solidam detrusit acumine terram.
...tq́ suum laqueis, quos callidus abdidit auceps, Cōparatiō
...rus vbi commisit volucris, sensitq́ teneri,
...angitur, ac trepidans astringit vincula motu: Adaptatio.
...quæcunque solo defixa coheserat harum
...xternata fugam frustrà tentabat: at illam
...nta tenet radix, exultantémque coërcet.
...q́ vbi sunt digiti, dum pes, vbi quærit, & vngues,
...spicit in teretes lignum succedere suras, Epallage.
...t conata femur mœrenti plangere dextra, Parasceue adsequentem fabulam.
...bora percussit, pectus quoque robora fiunt.
...bora sunt humeri, longos quoque brachia veros
...se putes ramos, & non fallere putando.
...ec satis hoc Baccho est, ipsos quoq́ deserit agros, *pineta Circumstātia, quæ quasi occasio est fabulæ succedentis.
...unque choro meliore, sui *vineta Timoli,*
...ctolónque petit: quamuis non aureus illo
...mpore, nec charis erat inuidiosus arenis.
...unc assueta cohors Satyri, Bacchæque frequentant
...t Silenus abest, titubantem, annisque, meroque.

Ruricolæ

Ruricolæ cepêre Phryges, vinctumq; coronis
Ad regem duxêre Mydam, cui Thracius Orph
Orgia tradiderat, cum Cæcropio Eumolpo.
A tempore Hypallagi. *Qui simul agnouit socium, comitemq; sacrorum,*
Hospitis aduentu festum genialiter egit,
Per bis quinq; dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam stellarum sublime coëgerat agmen
Lucifer vndecimus, Lydos cum latus in agros
Rex venit, & iuueni Silenum reddit alumno.
Alumnus actiuè vsurpatum. *Huic Deus optanti gratum, sed inutile fecit*
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille malè vsurus donis, ait, effice, quidquid
A voto Mydæ regis. *Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.*
Annuit optatis, nocituraq; munera soluit
Liber, & indoluit quod non meliora petisset.
Lætus abit, gaudetq; malo Berecynthius heros,
Pollicitiq; fidem tangendo, singula tentat.
Vixq; sibi credens, non alta fronde virentem
Congeries omnia aurum. *Iliee detraxit virgam, virga aurea facta est.*
Tollit humo saxum, saxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam, contactu gleba potenti
Massa fit, arentes Cereris decerpsit aristas,
Aurea messis erat. demptum tenet arbore pomum,
Hesperides donâsse putes, si postibus altis
Admouit digitos, postes radiare videntur.
Collatio. *Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,*
Vnda fluens palmis Danaën eludere possit.
Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens
Omnia, gaudenti mensas posuêre ministri,
Exstructas dapibus, nec tosta frugis egentes.

Tum vero, siue ille sua Cerealia dextra — Periphrasis panis.
Munera contigerat, Cerealia dona regebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes, admoto dente *premebat, — *nitebat.
Miscuerat puris autorem muneris undis,
Fusile per rictus aurum fluitare videres. — Pathos.
Attonitus nouitate mali, diuesq3, miserq3
Effugere optat opes, & qua modo vouerat odit.
Copia nulla famem releuat, sitis arida guttur
Vrit, & inuiso meritis torquetur ab auro.
Ad cælumq3 manus, & splendida brachia tollens
Da veniam Lenae pater, peccauimus, inquit, — Culpæ deprecatio.
Sed miserere precor, speciosoq3 eripe damno.
Mite deûm numen Bacchus, peccasse fatentem
Restituit factiq3 fide data munera soluit. — Cõsilium Bacchi.
Ne ue malo optato maneat circumlitus auro.
Vade ait, ad *magnis vicinum Sardibus amnem, — *magnũ vicinis.
Perque iugum ripæ labentibus obuius *undis — *vlnis.
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,
Spumigeroque tuum fonti qua plurimus exit,
Subde caput, corpusq3 simul, simul elue crimen.
Rex iussa succedit aquæ, vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore cessit in amnem. — Facit fidẽ à signis.
Nunc quoque iam veteris præcepto semine venæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis. — Occasio in sequentis fabulæ.
Ille perosus opes, syluas, & rura colebat,
Panaque montanis habitantem semper in antris.
Pingue sed ingenium mansit, nociturãque, vt antè,
Vrsus erant domino stolide præcordia mentis. — Topographia.
Nam freta prospiciens latè riget arduus alto

Tmolus in ascensu, cliuóque extensus vtróque,
Certamen Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypepis.
Panos cũ Apolline. Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis,
Et leue cerata modulatur arundine carmen,
Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,
Tmolus arbiter. Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior iudex consedit, & aures
Ab habitu Tmoli. Liberat arboribus, quercu coma cærula tantum
Cingitur, & pendent circum cana tempora glandes.
Isq; deum pecoris spectans in iudice, dixit,
Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille,
Barbaricóque Mydan (ader atnam fortè canentis)
Carmine delinit, post hunc sacer ora resoluit
Tmolus ad os Phœbi, vultum sua sylua secuta est.
Ab habitu Apollinis. Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice palla,
Distinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis
Sustinet à læua, tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit, tum flamina docto
Pollice sollicitat, quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus cytharæ submittere cannas.
Iudicium sanctique placet sententia montis
Omnibus, arguitur tamen, atque iniusta vocatur
Vnius sermone Myda, nec Delius aures
Mydæ aures in asininas. Humanam stolidas patitur retinere figuram,
Sed trahit in spatium, villisq; albentibus implet,
Instabilésque illas facit, & dat posse moueri.
Paraſceue. Cætera sunt hominis, partem damnatur in vnam,
Ad alia fabulam. Induiturq; aures lentè gradientis aselli.
Ille quidem calare cupit, turpiq; pudore

Tempe

Tempora purpureis tentat velare tiaris,
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos.
Viderat hoc famulus, qui nec cùm pondere viſum Fertilitatis exemplũ.
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen, ſecedit, humumq́
Effodit, & domini qualeis conſpexerit aures
Voce refert parua, terraq́ immurmurat hauſta,
Indiciúmque ſuæ vocis tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit, & vt primùm pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. Leni nam motus ab auſtro,
Obruta verba refert, dominiq́ coarguit aures.
Vultus abit Tmolo liquidúmque per aëra vectus, Ab alia fabula.
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis,
Dextera Sigæi, Rhœtæi læua profundi

ἐνθα πανομφαίῳ χνὶ ἐέεθρον ἄχαιοι Homer. li. 8. πανομφαῖον καὶ λέγεται ὁ ζεὺς, ὁτὶ πάντῶν ὀμφὴ ὑμνεθαι ὡς λέγει κιλίαρχός ἐμ φευγία.

Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata tonanti.
Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
Laomedonta videt, ſuſceptáque magna labore
Creſcere difficili, nec opes expoſcere parnas.
*Cúmque Tridentigero *mundi *genitore profundi* *tumidi. *rectore.
Mortalem induitur formam, Phrygiáq́ tyranno
Ædificat muros, pacto pro mœnibus auro:
Stabat opus, pretium rex inficiatur, & addit
Perfidiæ cumulum, falſis periuria verbis.

Exemplũ perfidiæ & periurij. Mimeſis.

Non impune feres, rector maris, inquit, & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ,
Inq; freti formam, terras conuertit, opésque
Abstulit agricolis, & fluctibus obruit agros.
Pœna neque hæc satis est, regis quoq; filia monstro
Poscitur æquoreo, quam dura ad saxa reuinctam
Vindicat Alcides, promissaq; munera dictos
Poscit equos, tantique operis mercede negata,
Bis peritura capit superatæ mœnia Troiæ,
Occasio intequentis fabulæ. *Nec pars militiæ Telamon sine honore recessit,*
Hesionéque data potitur. Nam coniuge Peleus
Clarus erat diua, nec aui magis ille superbit
Nomine, quàm soceri, siquidem Iouis esse nepotem
Contigit haud vni, coniux dea contigit vni.
*dea dixerat vndæ. Ab oraculo Protei. *Namq; senex Thetidi Proteus* prædixerat vdæ,*
Concipe, mater eris iuuenis, qui fortibus armis
Acta patris vincet, maiorq; vocabitur illo.
Ergô ne quidquam mundus Ioue maius haberet,
Quamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes,
Iuppiter, æquoreæ Thetidis connubia vitat,
Inq; sua Æaciden succedere vota nepotem
Iussit, & amplexus in Virginis ire marine.
Topographia. *Est sinus Æmoniæ, curuos falcatus in arcus,*
Crachia procurrunt, vbi si foret altior vnda,
Portus erat, summis inductum est æquor arenis.
Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet,
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.
Myrthea sylua est, bicoloribus obsita baccis,
Descriptio specus. *Et specus in medio, natura factus, an arte,*
Ambiguum, magis arte tamen, quo sæpè venire

Frenato

Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus, vt ſomno vincta iacebas,
Occupat, & quoniam precibus, tentata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis. Thetis in
Quod niſi veniſſes variatis ſæpè figuris varias figu
Ad ſolitas artes, auſo fûret ille potitus. ras.
Sed modò tu volucris, volucrem tamen ille tenebat, Pathos.
Nunc grauis arbor eras, hærebat in arbore Peleus.
Tertia forma fuit maculoſæ tygridos, illa
Territus Æacides, à corpore brachia ſoluit.
Iſq; deos pelagi, vino ſuper æquora fuſo,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat, Cõfirma-
Donec Carpathius medio de gurgite vates tio,
Æacide dixit, Thalamis potiêre petitis. conſilium.
Tu modò, cùm gelido ſopita quieſcit in antro,
Ignaram laqueis, vincloq; innecte tenaci,
Nec te decipiat centum mentita figuras,
Sed preme quidquid erit, dũ quod fuit antè, reformet hypotypoſis
Dixerat hæc Proteus, & condidit æquore vultum, A tempore
Admiſitq; ſuos in verba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan, inclinatoq; petebat
Heſperium temone fretum, cùm pulcra relicto
*Nereis ingreditur conſueta cubilia *fluctu.* *ponto.
Vix bene virgineos Peleus inuaſerat artus,
Illa nouat formas, donec ſua membra teneri
Senſit, & in partes diuerſas brachia tendit.
Tum demum ingenuit, neq;, ait, ſine numine vincis. Emphaſis.
Exhibita eſt q; Thetis, confeſſam amplectitur heros, Occaſio in-
Et ponitur votis, ingentiq; implet Achille. ſequentis
Felix & nato, felix & coniuge Peleus, fabulæ.
Peleus.

Et cui, si demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant, fraterno sanguine sontem,
Expulsumq; domo patria, Thracinia tellus
A genere & forma. *Accipit. Hic regnum sine vi, sine cade regebat,*
Lucifero genitore satus, patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx, illo qui tempore mœstus,
Dissimilisq; sui, fratrem lugebat ademptum.
Quo postquam Æacides fessus curaq;, viaq;,
Venit, & intrauit paucis comitantibus vrbem,
Quosq; greges pecorum, quæ secũ armenta trahebat,
Haud procul à muris sub opaca valle relinquit,
Habitus supplicantium. *Copia cùm facta est adeundi tecta tyranni,*
Velamenta manu prætendens supplice, qui sit,
Quoq; satus memorat, tantum sua crimina celat,
Petitio. *Mentiturq; fugæ caussam, petit, vrbe, vel agro*
Hospitalitas & benignitas Ceycis. *Se iuuet, hunc contrà placido Trachinius ore*
Talibus alloquitur, media quoque commoda plebi
Nostra patent Peleu, nec inhospita regna tenemus.
Adijcis huic animo monumenta potentia, clarum
Nomen, auumq; Iouem, nec tempora perde precãdo.
Parasceue Sequentis fabulæ. *Quod petis, omne feres, tuaq; hac pro parte *vocabo.*
Narratio. *Qualiacunq; vides, vtinam meliora videres.*
Periphrasis Accipitris. *Et flebat, moueat tantos qua caussa dolores,*
Collatio. *Et Peleus comitesq; rogant, quibus ille profatur.*
A genere. *Forsitan hanc volucrem rapto qua viuit, & omni*
Terret aues, semper pennas habuisse putatis.
Dædalion in accipitrem. *Vir fuit, & tanta est animi constantia, quantùm*
Acer erat, belloq; ferox, ad vimq; paratus,
Nomine Dædalion, illo genitore creatus,
Qui vocat Auroram, caloq; nouissimus exit.

Cũ

lta mihi pax est, pacis mihi cura tuendæ,
niugijq; fuit, fratri fera bella placebant.
ius virtus gentes, regesq; subegit,
ua nunc Thysbeas agitat mutata columbas.
ata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
ille*procis placuit, bis septem nubilis annis.
rte reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus,
e suis Delphis, hic vertice Cyllenæo,
idêre hanc pariter, pariter traxêre calorem.
em Veneris differt in tempora noctis Apollo.
on ferit ille moras, virgaq; mouente soporem
rginis os tangit, tactu iacet illa potenti,
mq; dei patitur. Nox cælum sparserat astris,
ebus anum simulat, præreptáque gaudia sumit.
sua maturus compleuit tempora venter,
ipedis de stirpe dei versuta propago
scitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne,
i facere assuerat, patriæ non degener artis,
ndida de nigris, & de candentibus atra.
scitur è Phœbo (namq; est enixa gemellos)
mine vocali clarus, citharaq;*Philemon.
id peperisse duos, & dijs placuisse duobus,
orti genitore, & progenitore tonante
satam prodest? an obest quoq; gloria multis?
uit huic certè, quæ se præferre Dianæ
inuit, faciemq; deis culpauit, at illi
forox mota est, factisq; placebimus, inquit.
mora, curuauit cornu, neruóque sagittam
ulit, & meritam traiecit arundine linguam.
gua*tacet, nec vox, tentatáque verba sequuntur,

A dispari fratrum studio.

*procos habuit.

Mercurius vitiat Chionen.

Sequitur patrem sua proles.

Autolycus

Paræmia.

*Philemō.

Pathos.

Subiectio.

Ab ira Dianæ, & Chione à Diana interfecta.

*iacet.

Pathos. per exclamationem. *Conantémque loqui, cum ſanguine vita reliquit.*
Quàm miſer (ô pietas) ego tunc, patriog; dolorem
A ſimili. *Corde tuli, fratrique pio ſolatia dixi.*
Qua pater haud aliter, quàm cautes murmura pi
Accipit, & natam delamentatur ademptam.
Vt verò ardentem vidit, quater impetus illi
In medios fuit ire rogos, quater inde repulſus
Cõparatio *Concita membra fuga mandat, ſimilis q; iuuenco*
Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti,
fuit *Qua via nulla * fuit, iam tum mihi currere viſu*
Plus homine eſt, alasq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergô omneis, velóxque cupidine lethi
Vertice Parnaſſi potitur, miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis,
Oráq; adunca dedit, curuos dedit vnguibus ha
Virtutem antiquam, maioreis corpore vires,
Et nunc accipiter nulli ſatis aquus, in omneis
A natura accipitris. *Sæuit aues, aliyſq; dolens ſit cuuſſa dolendi.*
Qua dum Lucifero gemitus miracula narrat,
De conſorte ſuo, curſu feſtinus anhelo
Hypallage *Aduolat armenti cuſtos Phoceus Anetor,*
Repetitio inſtandi cauſſa. *Et, Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adſum,*
Cladis ait, quodcúnque ferat, iubet edere Peleu
Pendet, & ipſe metu trepidi Trachinius oris.
Ille refert, feſſos ad littora curua iuuencos
Periphraſis. meridiei. *Appuleram, medio cùm ſol altiſſimus orbe*
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſe videret,
Diſtributio. *Parsq; boum fluuis genua inclinarat arenis,*
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum,

ars gradibus tardis illûc errabat, & illûc.
Iant alij, celsoque extant super aquora collo.
Templa mari subsunt, nec marmore clara, nec auro, Templa-
ed trabibus densis, lucóque vmbrosa vetusto. rum descri
Nereides, Nereúsque tenent. Hos nauita, templi ptio.
didit esse deos, dum retia littore siccat.
uncta palus huic est densis obsessa salictis, A loco.
Quam restagnantis fecit maris vnda paludem.
nde fragore graui strepitus loca proxima terret,
ellua vasta lupus, syluisque palustribus exit,
blitus & spumis, & crasso sanguine, rictus Lupi ra-
ulmineus, rubra suffusus lumina flamma. bies.
Quisquanam sauit pariter, rabiéque, fameque, Collatio.
crior est rabie. Neque enim ieiunia curat,
ade boum, dirámque famem finire, sed omne
ulnerat armentum, sternitque hostiliter omneis.
Pars quoque de nobis funesto saucia morsu,
Dum defensamus, letho est data, sanguine littus,
Undáque prima rubet, demugitaque paludes.
ed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.
Dum supereſt aliquid, cuncti coëamus ad arma. Subita in
Arma capessamus, iunctáque tela feramus. subito casu
Dixerat agrestis, nec Pelea damna mouebant. adhortatio
ed memor admissi Nereida colligit orbam, Anadiplo-
Damna suo inferias extincto mittere Phoco. sis, quæ
nduere arma viros, violentáque sumere tela, vim virgen
Rex iubet Oetæus, cum queis simul ipse parabat di habeat.
re, sed Halcyone coniux excita tumultu Sollicita
Prosilit, & nondum totos ornata capillos, pto mari-
Disiycit hos ipsos, collóque *infixa mariti, to cõiunx.
*infusa

Petitio vxoris. *Mittat vt auxilium sine se, verbisq; precatur,*
Et lacrymis, animásque duas vt seruet in vna.
Æacides illi, pulchros regina, piosq;
Pone metus, plena est promissi gratia vestri.
A loco. *Non placet arma mihi, contra noua mõstra moueri*
Numen adorandum pelagi est, erat ardua turris,
Arce locus summa, sessis loca grata carinis.
Ascendunt illûc, stratosq; in littore tauros,
Cum gemitu aspiciunt, vastatorémque cruento
Pathos. *Ore ferum, longos infectum sanguine villos.*
Precatio. *Inde manus tendens in aperti littora ponti,*
Caruleam Peleus Psamathen, vt finiat iram,
Orat, opémque ferat, nec vocibus illa rogantis
Hypotiposis *Flectitur Æacida, Thetis hanc pro coniuge suppl*
Lupus in saxum. *Accepit veniam, sed enim irreuocatus ab acri*
Cæde, lupus perstat, dulcedine sanguinis asper,
Donec inhærentem lacera cervice iuuenca
Marmore mutauit corpus, paritérque colorem,
Omnia seruauit, lapidis color indicat illum
Iam non esse lupum, iam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
Fata sinunt. Magnetas adit vagus exul, & illis
Sumit ab Æmonio purgamina cædis Acasto.
Paraſceni ad aliam fabulam. *Interea fratrisque sui, fratrémque secutis,*
Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx,
Consulat, vt sacras hominum oblectamina sortes,
Ceyx it cõsultum Apolline. *Ad Clarium parat ire deum. Nã templa profan*
Inuia cum Phlegijs faciebat Delphica Phorbas.
Consilij tamen antè sui fidissima, certam
Apostrophe *Te facit Halcyone, cui protinus intima frigus*

A signis consternati animi præ timore.

ſa recepêrunt, buxóque ſimillimus ora
ller obit, lacrymisq; gena maduêre profuſis.
er conata loqui, ter fletibus ora rigauit,

Pathetica oratio, qua dissuadet profectionem Halcyone.

gultúque pias interrumpente querelas,
ua mea culpa tuam, dixit, chariſſime mentem
ertit? vbi eſt, quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
n potes Halcyone ſecurus abeſſe relicta?
n via longa placet? iam ſum tibi charior abſens?
puto per terras iter eſt? tantumq; dolebo,
in etiam metuam? curaq; timore carebunt?
æquora me terrent, & ponti triſtis imago, Ab antecedentibus ſignis.
lacteas nuper tabulas in littore vidi,
ſæpè in tumulis ſine corpore nomina legi.
ſue tuum fallax animum fiducia tangat,
uòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere ſortes A natura ventorum
ntineat ventos, & quum velit, æquora placet.
n ſemel emiſſi tenuêrunt æquora venti,
illis vetitum eſt, incommendatáque tellus
mis, & omne fretum eſt, cœli quoq; nubila vexant,
cutiuntq; feris rutulos concurſibus ignes.
a magis hos noui (nam noui, & ſæpè paterna
rua domo vidi) magis hos reor eſſe timendos.
od tua ſi flecti precibus ſententia nullis Petitio.
ere poteſt coniux, nimiúmq; es certus eundi:
quoq; tolle ſimul, certè iactabimur vnà,
miſi quæ patiar metuam, pariterq; feremus
idquid erit, pariter ſuper æquora lata feremur.
bus Æolidis dictis, lacrymisq; mouetur

Syderum

Sydereus coniux, neque enim minor ignis in ipso
Sed neque proposítos pelagi dimittere cursus,
Cõsultatio à iuramento. *Nec vult Halcyonem in partem adhibere periclí*
Multáque respondit timidum solantia pectus:
Non tamen idcircò caussam probat, addidit illi
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.
Ceycis nauigatio Delphos. *Longa quidem est nobis omnis mora, sed tibi iuro*
Per patrios ignes (si me modò fata remittant)
Antè reuersurum, quàm luna bis impleat orbem.
His vbi promissi spes est admota recursus:
Protinus eductam nauálibus, æquore tingi,
Aptariqúe suis pinum iubet armamentis.
Qua rursus visa, veluti præsaga futuri
Horruit Halcyone, lacrymásque emisit obortas:
Pathos. *Amplexúsque dedit, tristiqúe miserrima tandem*
Ore, vale dixit, collapsáq; corpore toto est.
At iuuenes, quarente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Æqualique ictu scindunt freta, sustulit illa
Humentes oculos, stantémque in puppe recurua:
Concussáque manu dantem sibi signa maritum
Prima videt, redditqúe notas, vbi terra recessit
Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus,
Dum licet insequitur fugientem lumine pinum.
Patheticè Diegesis. *Hæc quoque, vt haud poterat, spatio submota vidit:*
Vela tamen spectat summo fluitantia malo.
Vt nec vela videt, vacuum petit anxia lectum,
Séque thoro ponit: renouat lectúsque, locúsque
Halcyones lacrymas, & quæ pars admonet, absit.
Portubus exierant, & mouerat aura rudentes,

Obue

uertit lateri pendentes nauita remos:
nuáque in summa locat arbore, totáque malo
rbasa deducit, venientésque excipit auras.
t mnus, aut certè medium non amplius æquor
ppe secabatur, longéque erat vtráque tellus.

A signis futuræ tempestatis, id est maximum, quoties
æ albescere videntur.

m mare sub noctem tumidis albescere * cœpit, * sentit
ctibus & præceps spirare valentibus Eurus.
rdua iamdudum demittere cornua rector
mat, & antennis totum * subnectite velum. * subducite
c iubet, impediunt aduersæ iussa procellæ,
c sinit audire vocem fragor æquoris vllam.
nte tamen properant, alij subducere remos,
s munire latus, pars ventis vela negare. Distributio.
git hic fluctus, æquórque refundit in æquor,
c rapit autennas, quæ dum sine lege geruntur:
era crescit hiems, omniqúe à parte feroces Tẽpestatis descriptio.
a gerunt venti, fretáque indignantia miscent.
pauet, nec se quis status, ipse fatetur
e ratis rector, nec quid iubeátue, velitue: Acclamatio.
nta mali moles, tantóque potentior arte est.
ppe sonant clamore viri, stridore rudentes,
darum incursu grauis vnda, tonitribus æther,
ctibus erigitur, cœlúmque æquare videtur Hiperbole.
tus, & inductas aspergine tangere nubes.
modò cùm fuluas ex imo vertit arenas,
color est illis, Stygia modò nigrior vnda Collatio.
nitur interdum, spumisq́ sonantibus albet.
quoque his agitur vicibus Trachinia puppis. Collatio.

Et

Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Greciſmus — Deſpicere in valles, imumq; Acheronta videtur.
Nunc vbi demiſſum curuum circumſtetit aqu
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cœlum.
A ſimili amplificat — Sæpè dat ingentem fluctu latus icta fragorem,
Nec leuius pulſata ſonat, quàm ferreus olim
Cùm laceras aries, baliſtaue concutit arces.
Cõparatio — Vtq; ſoient ſumptis in curſu viribus ire
Pectore in arma feri, prætentáque tela leones:
Adoptatio — Sic vbi ſe ventis commiſerat vnda coortis,
Ibat in arma ratis, multóque erat altior illis.
Collatio. — Iamq; labant cunei, ſpoliataq; tegmine cera,
Rima patet, præbetq; viam lethalibus vndis.
Hypallage — Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres,
Hyperbole — Inq; fretum credas totum deſcendere cœlum,
Inq; plagas cœli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis, & cum cœleſtibus vndis,
Aequoreæ miſcentur aquæ, caret ignibus æther,
Cæcaq; nox premitur tenebris, hiemiſq; ſuis.
*minãtia — Diſcutiunt tamen has, præbentq; * micantia lu
Fulmina, fulmineis ardeſcunt ignibus vnda,
A ſimili illuſtrat orationem. — Dat quoque iam ſaltus intra caua texta carin
Fluctus, & vt miles numero præſtantior omn
Cùm ſæpè aſſiliyt defenſæ mœnibus vrbis,
Applicatio — Spe potitur tandem, laudiſq; accenſus amore
Vide Politianum in miſcellaneis de decumano fluctu. — Inter mille viros, murum tamen occupat vnus
Sic vbi pulſ ærunt celſi latera ardua fluctus,
Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus vndæ,
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam,
Quàm velut in capta deſcendat mœnia nauis.

Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris intus erat, trepidant haud segnius omnes
Quàm solet vrbs, alijs murum fodientibus extra,
Atq; alijs murum trepidare tenentibus intus. Cõparatio
Deijcit ars, animiq; cadunt, totidemq; videntur
Quot veniunt fluctus, ruere, atq; irrumpere mortes. Distribu-
Nam tenet hic lacrymas, stupet hic, vocat ille beatos, tio.
Funera quos maneant, hic votis numen adorat,
Brachiaq; ad cœlum, quod non videt, irrita tollens
*Poscit opem, subeunt illi, * materq; * paterq;,* * Fraterq;.
Huic cum pignoribus domus, et quod cuiq; relictũ est * Parensq;.
Halcyone Ceyca mouet. Ceycis in ore Pathos.
Nulla nisi Halcyone est, & cùm desideret vnam,
Gaudet abesse tamen, patriæ quoque vellet ad oras Pathos.
Respicere, inq; domum supremos vertere vultus: Acclama-
Rerum vbi scit, nescit, tanta vertigine pontus, tio.
Feruet, & inducta piceis è nubibus vmbra.
Omne latet cœlum, duplicataq; noctis imago est.
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor,
*Frangitur & regimen, spoliisq; animosa * superbit* * superstes
Puppis, velut victrix, sinuataque despicit vndas. Naufragij
Fit leuius, quàm si quis Athon, Pindumq; reuulsos Ceycis de-
Vbe sua totos in apertum verteret æquor, scriptio.
Præcipitata cadit, pariterq; & pondere, & ictu Cõparatio
Fregit in ima ratem, cũ qua pars magna virorum
Virgite pressa graui, neq; in aëra reddita, fato
Functa suo est, alij partes, & membra carinæ
Truncæ tenent, tenet ipse manu, qua sceptra solebat,
Fragmina nauigij Ceyx, socerumq;, patremq; Pathos.
Inuocat (heu) frustrà, sed plurima nantis in ore

Halcyone

Exclamatio. *Halcyone coniux, illam meminitq́, refertq́,*
Illius ante oculos: vt agant sua corpora fluctus,
Pathos. *Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis.*
Dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus,
Nominat Halcyonen, ipsisq́ immurmurat vndis.
Ecce super medios fluctus, niger arcus aquarum,
Frangitur, & rupta mersum caput obruit vnda.
A patris dolore. *Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses*
Illa nocte fuit: quoniamq́ excedere cœlo
Peristasis Ab vxoris sollicitudine. *Non licuit, densis texit sua nubibus ora,*
Æolus interea, tantorum ignara malorum,
Dinumerat noctes, & iam quas induat ille,
Festinat vestes: iam quas vbi venerit ipse,
Ipsa gerat, reditúsque sibi promittit inaneis.
Halcyones vota pro Ceyce. *Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat.*
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat,
Hypallage A voto. *Proq́ viro, qui nullus erat, veniebat ad aras:*
Vtq́ foret sospes coniux suus, vtque rediret
A misericordia lunonis captatio beneuolētiæ à laude personæ. *Optabat, nullámque sibi præferret, at illi,*
Hoc de tot votis poterat contingere solum.
At dea non vltrà pro functo morte rogari
Sustinet, vtq́ manus funestas, arceat aris,
Iri mea, dixit, fidissima nuntia vocis,
Vise soporiferam somni velociter aulam,
Propositio continens mādatum Iris. *Extinctiq́ iube Ceycis imagine mittat,*
Somnia ad Halcyonem veros narrantia casus,
Dixerat, induitur velamina mille colorum
Iris: & arcato cœlum curuamine signans,
Descriptio somni eiusq; regię *Tecta petit iussi sub nube latentia regis:*
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu

M

Mons cauus, ignauit domus, & penetralia somni,
Quò nũquam radijs oriens, mediusúe, cadensúe,
Hesiodus in Theog. ὑπνὸς καὶ θάνατος δεινοὶ θεοί,
οὐδ' ποτ' αὐτους ἠέλιος φαεθωὴ ἐπιδέρκεται
ἀκτίνεσσιν.
Phœbus adire potest, nebula caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce silentia rumpit.
Sollicitiue canes, canibusúe sagacior anser,
Ob defensum Capitolium Liuius lib. 5. Sollicitum ad nocturnos strepitus animal anseres.
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanaúe sonum reddunt conuitia linguæ.
Muta quies habitat, saxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeraq; herbæ, quare de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
Ianua, ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est, custos in limine nullus.
At medio thorus est hebeno sublimis in antro *Ilis.*
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse deus membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot messis aristas, Collatio.
Silua gerit frondes, eiectat littus arenas.
Quò simul intrauit, manibusq; obstantia virgo
Somnia dimouit, vestis fulgore reluxit hipotyposis.

Mirè exprimit somnolentorũ habitus.

Sacra domus, tardáque deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumq3, iterúmque relabens,
Summaq3 percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se, cubitoque leuatus,

Captat benevolẽtiã.

Quid veniat (cognouit enim) scitatur, at illa,

Petitio figurata.

Somne quies rerum, placidissime somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministeriis mulces, reparásque labori,

Cata ezygesin.

Somnia, quæ veras æquant imitamine formas

Aetiologia Amplificat à persona.

Herculeam Trachina iube sub imagine regis,
Halcyonen adeant, simulachraq3 naufraga fingant
Imperat hoc Iuno, postquàm mandata peregit,
Iris abit. Neq3 enim vlterius tolerare soporis
Vim poterat, labique vt somnum sensit in artus,
Effugit, & remeat per quos modò venerat artus.

Morpheus. formator, hoc est formarũ imitator.

At pater è populo natorum mille suorum
Excitat artificem, simulatorémque figura
Morphea, non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus, vultumq3, sonúmque loquendi.
Adiycit & vestes, & consuetissima quaq3
Verba, sed hic solos homines imitatur, at alter

Morpheus in multas formas.

Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.

Eicelos.

Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus

Similis simulator.

Nominat, est etiam diuersa tertius artis

Phobetor.

Phantasos, ille in humũ, saxũq3, vndámq3, trabémq3
Quaque vacant anima, fallaciter omnia transit.

Phantasos. imaginationes incutiens.

Regibus hi, ducibúsque suos ostendere vultus
Nocte solent, populos alij, plebémque pererrant.
Præterit hos senior, cunctis q3 è fratribus, vnum
Morphea, qui peragat Thaumãtidos edita, somnum
Elegit, & rursus molli languore solutus,

Depoſuit caput, ſtratóque recondidit alto.
Ille volat, nullos ſtrepitus facientibus alis,
Per tenebras, intráque moræ breue tempus, in vrbem
Peruenit Æmoniam, poſitiſque è corpore pennis,
In faciem Ceycis, abit, ſumptaq; figura
Luridus, exanimi ſimilis, ſine veſtibus vllis,
Coniugis ante thorum miſeræ ſtetit, vda videtur
Barba viri, madidiſque grauis fluere vnda capillis,
Tum lecto incumbens, fletu ſuper ora profuſo,
Hæc ait, agnoſcis Ceyca miſerrima coniux?
An mea mutata eſt facies nece? reſpice, noſces,
Inueniéſque tuo pro coniuge coniugis vmbram.
Nil opis Halcyone nobis tua vota tulerunt,
Occidimus, falſo tibi me promittere noli.
Nubilus Aegæo deprendit in aquore nauem
Auſter, & ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oráq; noſtra tuum fruſtrà clamantia nomen
Implêrunt fluctus, non hæc tibi nuntiat autor
Ambiguus, non iſta vagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge age, da lacrymas, lugubriáque indue, nec me
Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Addidit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
Credere eſſe ſui, fletus quoque fundere veros
Viſus erat, geſtumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Halcyone, lacrymas mouet, atque lacertos
Per ſomnum, corpusq; petens, amplectitur auras.
Exclamátque mane, quò te rapis? ibimus vnà.
Voce ſua, ſpecieq; viri turbata, ſoporem
Excutit, & primo ſi ſit, circumſpicit illîc,

Ab habitu ſubmerſorum.
Propoſitio per interrogationem. Subiectio. Halcyone Occupatiuncula.
*Nubibus approbatio à ſignis. A perſona nuntiantis
Epitrope. Ad inferias perſoluendas.
A perturbatione. Halciones. Mimeſis.

Pathos. *Qui modò visus erat (nam moti voce ministri*
Intulerant lumen) postquam non inuenit vsquam,
Percutit ora manu, laniátque à pectore vestes,
A signis immensi doloris *dia peristasin*. *Pectoráque ipsa ferit, nec crines soluere curans*
Scindit, & altrici, quæ luctus caussa? roganti,
Nulla est, Halcyone, nulla est, ait, óccidit vnà
Nulla est. *Cum Ceyce suo, sólantia tollite verba.*
Querela *Naufragus interijt, vidi, agnouique, manúsque,*
*tenenti. *Ac discedentem, cupiens, retinere, *petenti,*
Halcyone pathetica. *Vmbra fuit, sed & vmbra tamen manifesta, viri,*
Correctio. *Vera mei, non ille quidem (si quaris) habebat*
Assuetos vultus, nec, quo prius, ore nitebat.
Approbatio à signis Pathos. *Pallentem, nudúmque, & adhuc humente capillo*
Infelix vidi, stetit hoc miserabilis ipso
A sua pœna. *Ecce loco, & quærit vestigia siqua supersint.*
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam.
Apostrophe Ad absentem maritum. *Et ne me fugiens ventos sequerêre, rogabam.*
At certè vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxisses, fuit, ah, fuit vtile tecum
Ire mihi. Neque enim de vita tempore quidquam
Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.
Nunc absens perij, iactor quoque fluctibus absens,
A voto per collationẽ. *Et sine me te Pontus habet, crudelior ipso*
Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
Longius, & tanto pugnem superesse dolori.
Epilogus. *Sed neque pugnando, nec te miserande relinquam,*
Et tibi nunc saltem veniam comes, iná sepulcro
Si non vrna, tamen iungent nos littora, si non
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.
A tempore *Plura dolor prohibet, verbóque interuenit omni*

Plangor, & attonito gemitus à corde trahuntur.
Mane erat, egreditur tectis & littus, & illum
Mœsta locum repetit, de quo spectarat euntem,
Dumq; moratur ibi, dúmque hinc retinacula soluit,
Hos mihi discedens, dedit oscula, littore, dixit. Mimesis.
Dumq; notata *locis reminiscitur acta, fretúmque, *oculis.
Prospicit, in liquida spatio distante tuetur. Ezouteniſmos.
Nescio quid quasi corpus aqua, primoq; quid illud
Esset, erat dubium, postquam paulum appulit vnda,
Et quamuis aberat, corpus tamen esse liquebat.
Quis foret ignorans, quia naufrágus, omine moxa est,
Et tanquam ignoto lacrymas daret, heu miser, inquit
Quisquis es, & si qua est coniux tibi, fluctibus actum
Tu propius corpus, quod quo magis illa tuetur.
Hoc minus & minus est mẽtis, iamiamq; *propinque *propinquat.
Admotum terræ, iam quod cognoscere posset,
Vxor, erat coniux, ille est, exclamat, & vnà
Ora, comas, vestem lacerat, tendénsque trementes Exclamatio.
Ad Ceyca manus, sic, ô, charissime coniux,
Sic ad me miserande redis? ait, adiacet vndis
Sublata manu moles, quæ primas æquoris vndas A loci descriptione. Halcyone & Ceyx in aues cognomines
Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum,
Insilit hûc, mirúmq; fuit potuisse, volabat,
Percutiénsque leuem modò natis aëra pennis,
Fringebat summas ales miserabilis vndas.
Dúmque volat, mœsto similem, plenumq; querelæ
Ora dedêre sonum tenuit crepitantia rostro.
Vt verò tetigit mutum, & sine sanguine corpus,
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequidquam duro dedit oscula rostro.

Senſerit hoc Ceyx, an vultum motibus vnda
Tollere ſit viſus, populus dubitabat, at ille
Senſerat, & tandem ſuperis miſerantibus, ambo
Imitatio. *Alite mutantur, fatis obnoxius iiſdem*
Tunc quoq; manſit amor, nec coniugiale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus, coëunt, fiuntq; parentes.

Halcœdoniorum deſcriptio. Sunt autem dies ſeptem numero, quibus mare tranquillum eſt. Vide Chiliades Eraſmi. Halcœdonia ſunt circa forum.

Perq; dies placidos hiberno tempore, ſeptem
Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.
Tum via tuta maris, ventos cuſtodit, & arcet
Æolus egreſſu, præſtatq; nepotibus æquor.
Occaſio ſequentis fabulæ. *Hos aliquis ſenior circum freta lata volantes*
Spectat, & ad finem ſeruatos laudat amores
Proximus, aut idem, ſi fors tulit, hic quoque dixit
Quem mare carpentem, ſubſtrictaq; crura gerentem
Aſpicis oſtendens ſpatioſum in gutture mergum,
A genere. *Regia progenies, & ſi deſcendere ad ipſum*
Ordine perpetuo quaris, ſunt huius origo
Ilus, & Aſſaracus, raptuſq; Ioui Ganymedes,
Laomedónque ſenex, Priamusq; nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus, frater fuit Hectoris iſte.
A morte Immatura Pathos. *Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta,*
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet,
Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis,
Æſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
A parentibus. *Fertur Alyxothoë, gracili conata bicorni.*
A ſtudio. *Oderat hic urbes, nitidáque remotus ab aula,*
Secretos montes, & inambitioſa colebat
Rura, nec Iliacos cœtus, niſi rarus adibat,

Non agreſte tamen, nec inexpugnabile amori
Pectus habens, ſyluas captatam ſæpè per omneis
Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa,
Nectos humeris ſiccantem ſole capillos.
Viſa fugit Nymphe, veluti perterrita fuluum
Cerua lupum, longéque lacu deprenſa relicto,
Bicipitrem fluuialis Anas, quam Troius heros
Inſequitur, celerémque metu, celer vrget amore.
Ecce latens herba coluber, fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, virusq; in corpore liquit.
Cum vita ſuppreſſa fuga eſt, amplectitur amens
Examinem, clamátque, piget, *piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui, neque erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miſeram nos te duo, vulnus ab angue,
Ame cauſſa data eſt, ego ſum ſceleratior illo,
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit, & è ſcopulo, quem rauca fuderat vnda,
Decidit in pontum, Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit, nantémque per æquora pennis
Texit, & optata non eſt data copia mortis,
Indignatur amans, ſe inuitum viuere cogi,
Obſtarique animæ miſera de ſede volenti
Exire, vtq; nouans humeris aſſumpſerat alas
Inuolat, atque iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus, furit Æſacus inq; profundum
Pronus abit, lethiq; viam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem, longa internodia crurum,
Longa manet ceruix, caput eſt à corpore longè,
Æquor amat, nomenque manet, quia mergitur illo.

Ab ingenio.

A ſimili amplificat.

A caſu.

Anadiplo-ſis ad vehementiorē pertinens.

*me te.

Collatio.

Exemplū infelicis amoris.

Aeſacus in mergum.

Que ſunt naturæ ad fabulam trahit.

A nomine

FINIS LIB. XI.

P. OVIDII NA

SONIS METAMORPHO-SEON LIBER XII.

A dolore parentum Aeasi, estq; Paraſceue.

Escius aſſumptis Priamus pater Aeſacō al
Viuere, lugebat, cumulo quoq; nomē habēt
Inferias dederat cū fratrib⁹ Hector inan
Deſuit officio Paridis præſentia triſti,
Poſt modò, qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam, coniurataq; ſequuntur
Mille rates, gentiſque ſimul commune Pelaſga,
Nec dilata foret vindicta, niſi aquora ſaui
Inuia feciſſent venti, Bœotáque tellus.
Aulida piſcoſa puppes tenuiſſet ituras,
Hic patrio de more Ioui cùm ſacra paraſſent,
Vt vetus accenſis incanduit ignibus ara,
Serpere Coeruleum Danai vidêre draconem
In platanum, cœptis quæ ſtabat proxima ſacris,
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore ſumma,
Quas ſimul, & matrem circum ſua damna volāt
Corripuit ſerpens, auidáque recondidit aluo.
Obſtupuêre omnes, ac veri prouidus augur
Theſtorides, vincemus, ait, gaudete Pelaſgi.
Troia cadet, ſed erit noſtri mora longa laboris,
Atq; nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet Aonijs Nereus violentus in vndis,
Bellaq; non transfert, & ſunt qui parcere Troiæ

Periphraſis Paridis, & Græcorum expeditio cōtra Troianos.

A perſona

A caſu.

A caſtris

Ab omine & augurio

Calchas.

Mimeſis.

Interpretatioque ominis.

A cauſis.

Nep

Neptunum credant, qui mœnia fecerat vrbis.
At non Thestorides. Neq; enim nescitúe, tacetúe,
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Dea. Postquam pietatem publica caussa,
Réfque patrem vicit, castúmque datura cruorem,
Sentibus ante aram stetit Iphigenia ministris,
Visa Dea est, nubémque oculis obiecit, & inter
Officium, turbámque sacri, vocésque precantum,
Suppósita fertur mutâsse Mycenida cerua,
Ergô vbi, qua decuit, lenita est cæde Diana,
Et pariter Phœbes, pariter maris ira recessit,
Accipiunt ventos a tergo mille carina,
Multáq; perpessa, Phrygia potiuntur arena.
Vrbe locus medio est, inter terrasq;, fretumq;,
Celestesq; plagas, triplicis confinia mundi,
Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur, penetratq; cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet, summaq; * domum sibi legit in arce,
Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte, dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, vocesq; refert, iteratq; quod audit.
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte.
Nec tamen est clamor, sed paruæ murmura vocis,
Qualia de pelagi (si quis procul audiat) vndis
Esse solent: qualemue sonum cùm Iuppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntq;,
Mixtaq; cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusaq; verba volutant.

Ab auguris diuerso responso.
* Rexque Iphigenia. Nocma.
Antitheſis regis, est publicæ vtilitatis cõsulere: at pater pro filijs solicitus est.
Epilogus.
Descriptio regię famę ingenij plena.
* locum
A materia.
A similib⁹
A comitibus.

Ab officio comitum. *E quibus hi vacuas implent sermonibus aures.*
Hi narrata ferunt alio, mensuraq; ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adijcit autor.
Illic credulitas, illic temerarius error,
Epitheton ab effectu. *Vanaq; latitia est, consternatique timores,*
Seditioq; recens, dubioq; autore susurri.
Ipsa quid in cœlo rerum, pelagoq; geratur,
Et tellure videt, totumq; inquirit in orbem.
Ad rem redit. *Fecerat hæc notum, Graias cum milite forti*
Aduentare rates, neq; inspectatus in armis
Hostis adest, prohibentq; aditus, littusque tuentur
Apostrophe Proteſilaus *Troës, & Hectorea primus fataliter hasta*
Protesilaë cadis, commissáque prælia magno
Stant Danais, fortésq; animæ, nec cognitus Hector
Nec Phryges exiguo, quid Achaica dextera possit,
Sanguine, senserunt, & iam Sigea rubebant
Littora, iam letho proles Neptunia Cycnus
Parasceue ad aliam fabulam. Cycni & Achillis certamen. *Mille viros dederat. Iam curru stabat Achilles,*
Totaq; Peliaca sternebat cuspidis ictu
Agmina, pq; acies aut Cycnũ aut Hectora quærit.
Congreditur Cycno, decimum dilatus in annum,
Hector erat, tum colla iugo canentia pressos,
Exhortatus equos, currum direxit in hostem,
Sarcasmos *Concutiénsq; suis vibrantia tela lacertis,*
Quisquis es, ô, iuuenis, dixit, solamen habeto
* Armonio. *Mortis, ab * Aemonio quòd sis iugulatus Achille.*
Hactenus Aeacides, uocem grauis hasta secuta est.
Sed quanquàm certa nullus fuit error in hasta,
Nil tamen emissi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti pectus tantummodo contudit ictu,

Salutat

Salutatio cui subest tacita ironia, frustrà iactas tuos pa-
tes deos, cùm ego dijs genitus sim. Deinde propositio
interrogationem.

ate dea (nam te fama prænouimus) inquit
e, quid à nobis vulnus miraris abesse?
Mirabatur enim) non hæc, quam cernis, equinis
lua iuuat cassis, nec onus caua parma sinistræ
uxilio mihi sunt, decor est quæsitus ab istis.
ars quoque ob hoc capere arma solet, remouebitur
minis officium, tamen indistrictus abibo. (omne
aliquid non esse satum Nereide: sed qui
ereáque, & natas, & totum temperat æquor.
it, & hæsurum clypei curuamine telum
isit in Æaciden, quod & æs, & proxima rupit
rga nouerca boum, decimo tamen orbe moratũ est.
pit hoc heros, rursúsque trementia forti,
a manu torsit, rursus sine vulnere corpus,
rúmque fuit, nec tertia cuspis apertum,
s præbentem valuit distringere Cycnum.
ud secus exarsit, quàm circo taurus aperto,
sua terribili petit iritamina cornu.
niceas vestes, elusaq́ vulnera sentit.
m tamen exciderit ferrum, considerat, hastæ,
rebat ligno: manus est mea debilis, ergô,
ísque (ait) ante habuit vires, effudit in vno.
m certè valuit, vel cum Lyrnesia primùm
nia deieci, vel cum Tenedónque, suóque
Eetionias impleui sanguine Thebas,
cùm purpureus populari cæde Caycus
it, opusq́ meæ bis sensit Telephus hastæ.

Occupatio

Aetiologia
Ab exemplo collatio à maiore.

Comparatione indicat quãta fuerit ira Achillis.

Indignatio iratis cõueniens Cõfirmat exemplis.

* Solus Echionias. Dicticos.

Hic

Hic quoq; tot cæsis quorum per littus aceruos,
Et feci, & video, valuit mea dextera, valetq;.
Dixit, & ante actis veluti malè crederet, hastam
Pathos. *Misit in aduersum Lycia de plebe Meneten,*
Indignatio à voto. *Loricamq; simul, subiectaq; pectora rupit.*
Quo plangente, grauem moribundo pectore terram
Extrahit illud idem calido de vulnere telum,
Atq; ait, Hęc manº est, hęc qua modò vicimus hasta
Vtar in hoc idem, sit in hoc, precor, exitus idem.
Sic fatur, Cycnumq; petit, nec fraxinus errat,
Collatio. *Inque humero sonuit non euitata sinistro,*
Inde velut muro, solidáque à cuute repulsa est.
Qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cycnus
Viderat, & frustrà fuerat gauisus Achilles.
Aetiologia Abyra Achillis. *Vulnus erat nullum, sanguis fuit ille Meneta.*
Tum verò præceps, curru fremebundus ab alto
Desilit, & nitido securum comminus hostem
Ense petens, parmam gladio, galeámque cauari
Cernit, & in duro ladi quoque corpore ferrum.
Haud tulit vlteriùs, gladióque aduersa reducto
Versus spondiaci. *Ter, quater, ora viri, capulo caua tempora pulsat:*
Cedentémque sequens instat, turbátque, ruitque,
Attonitóq; negat requiem: pauor occupat illum,
Ante oculósq; natant tenebræ, retróq; ferenti
Aphæresis. *Auersos passus, medio lapis obstitit aruo,*
Apostrophe *Quem super impulsum resupino corpore Cycnum*
Vt multa vertit, terraq; affixit Achilles,
hypotyposis *Tum clypeo, genibusq; premens præcordia duris,*
Vincla trahit galeæ, quæ presso subdita mento
Elidunt fauces, & respiramen, iterq;

Eripiun

Eripiunt animæ, vinctum spoliare parabat.
Arma relicta videt, corpus deus æquoris albam
Contulit in volucrem, cuius modò nomen habebat.
Hic labor, hæc requiem multorum pugna dierum
Attulit, & positis pars viraq́ substitit armis.
Dumq́ vigil Phrygios seruat custodia muros,
Et vigil Argolicas seruat custodia fossas:
Festa dies aderat, qua Cycni victor Achilles
Pallada mactatæ placabat sanguine vaccæ,
Cuius vt imposuit, profecta calentibus aris,
Et dijs acceptus, penetrauit in æthera nidor.
Sacra tulêre suam, pars est data cætera mensis,
Discubuêre thoris proceres, & corpora tosta
Carne replent, vinoq́ leuant curasq́, sitimq́.
Non illos cytharæ, non illos carmina vocum,
Longaq́ multifori delectat tibia buxi:
Ad noctem sermone trahunt, virtusq́ loquendi
Materia est, pugnas referunt, hostisq́, suasq́,
Quæ vices adita, atque exhausta pericula sæpè
Commemorare iuuat. Quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnũ potiùs loquerẽtur Achillem?
Proxima præcipuè domito victoria Cycno,
In sermone fuit, visum * mirabile cunctis:
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
Cunctumqúe à vulnere erat, ferrumqúe * terebat.
Hoc ipse Æacides, hoc mirabantur Achiui.

Cycnus occumbẽs in auẽ cognominẽ. Parascene ad fabulã sequentẽ. A tẽpore.

Prisci rarò elixis vescebantur.

A caussa.

* miserabile.

* tenebat.

Excutit Nestor admirationem, exemplo admiratu dignore.

Cum sic Nestor ait. Vestro fuit vnicus æuo
Contemptor ferri, nullóque forabilis ictu

Cycnus

Iteratio epexegeseos caussa.

Cycnus. at ipse olim patientem vulnera mille,
Corpore non læso Perrhæbum Cænea vidi:

Cæneus inuulnerabilis.

Cænea Perrhæbum, qui factis inclytus, Othryn
Incoluit, quoque id mirum magis esset, in illo
Fœmina natus erat, monstri nouitate mouentur.

Petitio.

Quisquis adest, narrétq; rogant, quos inter Achi
Dic age (nam cunctis eadem est audire voluntas)

Salutatio honesta & beneuolẽtiæ plena.

O facunde senex, æui prudentia nostri,
Quis fuerit Cæneus? cur in contraria versus?
Qua tibi militia? cuius certamine pugnæ
Cognitus? à quo sit victus? si victus ab vllo est.

A sua persona.

Tum Senior. Quamuis obstet mihi tarda vetus
Multáq; me fugiant, primis spectata sub annis:

Τὸ πρέπον, in efficta senis iactãtia. Laborat enim vitio ea ætas.

A rei magnitudine per collationem.

Plura tamen memini, Nec quæ magis hæreat: vlla
Pectore res nostro est, inter belliqúe, domusqúe
Acta tot, ac si quem potuit spatiosa senectus
Spectatorem operum multorum reddere. vixi

Aetas Nestoris.

Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Nestore senior.

Clara decore fuit, proles Elateia, Cænis
Thessalidum virgo pulcherrima, pérq; propinqua

Narratio.

Pérque tuas vrbes (tibi enim popularis Achille)

A genere.

Multorum frustrà votis optata procorum.

A forma.

Tentâsset, Peleus thalamos quoque forsitan illos,

Reiectio.

Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promissa tuæ, nec Cænis in vllos
Dempsit thalamos, secretaqúe littora carpens,
Aequorei vim passa dei est (ita fama ferebat)
Vtqúe nouæ Veneris Neptunus gaudia cepit:

nt tua vota licet, dixit, secura repulsæ,
lige quid voueas, eadem quoque fama ferebat.
Magnum, Cænis, ait, facit hæc iniuria votum,
ale pati iam posse nihil, da fœmina, ne sim,
nnia præstiteris, grauiore nouissima dixit
rba sono, poterátque viri vox illa videri,
ut erat. Nam iam voto deus æquoris alti
nnuerat, dederatq́ super, ne saucius vllis
lneribus fieri, ferróue occumbere posset.
unere lætus abit, studijsqúe virilibus, æuum
igit Atracides, Peneiaqúe arua pererrat.
xerat Hippodamen, audaci Ixione natus,
bigenásque feros positis ex ordine mensis,
oribus tecto discumbere iusserat antro.
nij proceres aderant, aderamus & ipsi,
áque confusa resonabat regia turba.
canunt Hymenæon, & ignibus atria fumant,
aqûe adest virgo, matrumq́, nurumq́ cæterua,
gnis facie: Felicem diximus illa,
uge Pirithoum, quod pænè fefellimus omen.
tibi sæuorum sæuissime Centaurorum
yte, quam vino pectus, tàm virgine visa
et, & ebrietas geminata libidine regnat:
tinus euersæ turbant conuiuia mensæ,
taturqúe comis per vim noua nupta prehensis.
ytus Hippodamen, alij, quam quisque probabat,
poterat, rapiunt, captæqúe erat vrbis imago.
neo clamore sonat domus, ocyus omnes
imus, & primus quæ te vecordia, Theseus,
te pulsat? ait, qui me viuente lacessas

Mimesis.
Secura repulsæ, id est certa ne repulsam patiatur.
A voto
Vox viri grauior & densior.
A Neptuni gratitudine.
Ab alia fabula, quæ per occasionem recitatur.
Nuptiarũ descriptio.
Apostrophe
Nocma.
*A*mor & vinum nihil moderabile suadent.
Pathos.
Centauri nuptias Pirithoi interturbãt.
Collatio.
Increpatio

Pirithoum,

Alludit ad ꝓuerbiũ. σώματα μέν δύο, ψήχη δὲ μία.

Pirithoum, violasqúe duos ignarus in vno?
Néue ea magnanimus frustrà memorauerit heros
Submouet instantes, raptamqúe furentibus aufert.
Ille nihil contrà. Neque enim defendere verbis,
Talia facta potest; sed vindicis ora proteruis
Insequitur manibus, generosaqúe pectora pulsat.
Fortè fuit iuxta signis extantibus asper,

Collatio.

Antiquus crater: quem vastum vastior ipse
Sustulit Aegides, aduersaqúe misit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq́, merumq́
Vulnere, & ore vomens, madida resupinus arena

Mimesis. Per conduplicationẽ inflandi caussa.

Calcitrat. Ardescunt germani cæde bimembres,
Certatimq́ omnes vno ore, arma, arma loquuntur.
Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Missa volant, fragilésque cadi, curuiq́ lebetes,

Furor arma ministrat.

Res epulis quondam, nunc bello, & cædibus apta.
Primus Ophionides Amicus, penetralia donis
Haud timuit spoliare suis, & primus ab æde

A simili.

Lampadibus densum rapuit funale coruscis,
Elatumq́ altè, veluti qui candida tauri,
Rumpere sacrifica molitur colla securi,
Illisit fronti Lapithæ Celadontis, & ossa
Non cognoscendo confixa reliquit in ore,

hypotyposis qua vim vulneris exponit.

Exiluêre oculi, desiectisq́ ossibus oris
Acta retrò naris, medioque est fixa palato.
Hunc pede conuulso mensæ Pelleus acernæ,
Strauit humi Pelates, deiecto in pectora mento,
Cúmque atro mixtos spumantes sanguine dentes
Vulnere tartareas geminato misit ad vmbras.

Mimesis.

Proximus vt steterat, spectans altaria vultu

Fu

Fumida terribili, cur non (ait) vtimur istis?
Dumq́ suis Gryneus immanem sustulit aram,
Fmibus, & medium Lapitharum iecit in agmen,
Oppressitq́ duos, Brotean, & Orion, Orio — A parentibus.
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpè reluctantis constabat cornua lunæ.
Non impune feres, teli modò copia detur,
Dixerat Exadnus, teliq́ habet instar, in alta
Quæ fuerant pinu, votiui cornua cerui.
Figitur hic duplice Gryneus in lumina ramo, — Græcimus
Eruiturq́ oculos, quorum pars cornibus heret.
Pars fluit in barbam, concretáque sanguine pendet.
Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris
Primitium torrem, dextráque à parte Charaxi
Tempora perfregit, fuluo protecta capillo.
Correpti rapida, veluti seges arida, flamma
Arserunt crines, & vulnere sanguis inustus, — Collatio.
Terribilem stridore sonum dedit, vt dare ferrum — A simili.
Igne rubens plærumq́ solet, quod forcipe curua — Cõparatio.
Cum faber eduxit lacubus demittit, at illud
Stridet, & in tepida submersum sibilat vnda.
Lucius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit, inq́ humeros limen tellure reuulsum — Collatio.
Tollit onus plaustri, quod ne præmittat in hostem,
Ipsa facit grauitas, socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen.
Audia nec retinet Rhætus, sic comprecor, inquit,
Cætera sit fortis castrorum turba tuorum. — Cometa visa.
Semicremoque nouat repetitum stipite vulnus, — A voto.
Terque, quaterque grauis iuncturas verticis ictu

Rupit, & in liquido sedêrunt ossa cerebro.
Victor ad Euagrũ, Corytũq3, Dryantáque transit.
Exprobratio. E quibus vt prima tectus lanugine malas,
Procubuit Corytus, puero quæ gloria fuso
Parta tibi est Euagrus, ait, nec dicere Rhœtus
Plura sinit, rutilásque ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, pérque os in pectora flammas.
Te quoque saue Drya, circum caput igne rotato
Insequitur, sed non in te quoque constitit idem
Exitus, assiduæ successu cædis ouantem,
A persona. Qua iuncta est humero ceruix, sude figis obusta.
Ingemuit, duróque sudem vix osse reuellit
Rhœtus, & ipse suo madefactus sanguine fugit.
Fugit & Arnæus, Lycidásque, & saucius armo
*Chaumas Dexteriore Medon, & cum Pisenore *Thaumas,
Quique pedum nuper certamine vicerat omneis
Mermerõtis celeritas Mermeros, accepto tum vulnere tardius ibat.
Auaticinio Nessodato Et Pholus, et Melaneus, et Abas prædator aprorũ,
Quique suis frustra bellum dissuaserat augur
Astylos, ille etiam metuenti vulnera Nesso,
Ne fuge, ad Herculeos (inquit) seruaberis arcus.
At nõ Eurynomos, Lucidasq3, et Areus, & Imbreus
Apostrophe ad loco. Effugêre necem, quos omnes dextra Dryantis
Pertulit aduersos, aduersum tu quoque, quamuis
Terga fugæ dederas, vulnus Cænee tulisti.
Nam graue respiciens inter duo lumina ferrum,
Quà naris fronti committitur, accipis, ima,
In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat,
Hypotyposis Sopitus vens, & inexperrectus Aphypnas,
Languentique manu carchesia mixta tenebat,

Fusu

Fusas in Ossea villosis pellibus Vrsæ.
Quem procul vt vidit, frustrà nulla arma *mouentẽ
Inserit amento digitos, miscendáque, dixit,
Cum Styge vina bibes Phorbas, nec plura locutus,
Iniuuenem torsit iaculum, ferrataque collo
Fraxinus, vt casu iacuit resupinus, adacta est.
Mors caruit sensu, plenóque è gutture fluxit,
Inque thoros, inque ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petræum conantem euellere terra
Glandiferam quercũ, quam dum complexibus ambit
Et quatit, hûc, illûc, labefactaq; *corpora pulsat,
Lancea Pirithoi costis immissa Petræi,
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant,
Pirithoi virtute Chromin, sed vterque minorem
Victori titulum, quàm Dictys, Helópsque dedêrunt
Fixus Helops iaculo est, quod peruia tempora fecit,
Et missum à dextra lævam penetrauit ad aurem.
Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis,
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum
Decidit in præceps, & pondere corpori ornum
Ingentem fregit, suaq; induit ilia fracta.
Vltor adest Phareus, saxumque è monte reuulsum
Mittere conatur, mittentem stipite querno
Occupat Ægides, cubitique ingentia fregit
Ossa, nec vlterius dare corpus inutile *letho
Aut vacat, aut curat, tergóque Bianoris alti
Insilit, haud solito quenquam portare nisi ipsum.
Oppositque genu, costis, prensatq; sinistra
Cæsariem retinens, vultum, minitantiáque ora

* sequentem.
Amentũ Lorum iaculi.
A gestis Pirithoi.
A sua persona facit fidem.
* robora.
Collatio.
Helpos.
Dictys.
Emphasis.
Vastitudinis corporis.
A Thesei gestis.
* bello.

Robore nodoſo, præduraq́ tempora fregit,
*Robore Nedymnum, iaculatoremq́ *Lyceſpen*
Sternit, & immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon, & ſummis extantem Riphea ſyluis,
Tereaq́ Aemonijs, qui prenſos montibus vrſos
Ferre domum viuos, indignantesq́ ſolebat,
Haud tulit vtentem pugnæ ſucceſſibus vltrà
Theſea Demoleon, ſolidoq́ reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit, præfactam miſit in hoſtem.
Sed procul à telo Theſeus veniente receſſit
Pallados admonitu, credi ſic ipſe volebat.
Non tamen arbos iners cecidit, nam Crantoris alti
Abcidit iugulo, pectusq́ humerumq́ ſiniſtrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille,
Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor
Aeacidæ dederat, pacis pignusq́, fidémque.
Hunc procul vt fœdo diſiectum vulnere Peleus
Viderat, inferias iuuenum gratiſſime Crantor
Accipe, ait, validóque in Demeleonta lacerto
Fraxineam miſit, mentis quoque viribus haſtam.
Quæ laterum cratem perrupit, & oſſibus hærens
Intremuit, trahit ille manu ſine cuſpide lignum.
Id quoque vix ſequitur, cuſpis pulmone retenta eſt,
Ipſe dolor vires animo dabat, æger in hoſtem
*Erigitur, pedubusq́ virum *proculcat equinis.*
Excipit ille ictus galea, clypeoq́ ſonantes,
Defenſatq́ humeros, prætentaq́ ſuſtinet arma,
*Perq́ armos vno duo pectora *perforat ictu.*
Ante tamen letho dederat Phlegræon, & Hylen,

*lyceum.

A perſona Terei.

Apoſtrophe Ad Achillem.

A perſona Crantoris. A geſtis Pelei.

* cõculcat. hypotypoſis

* perfodit

Emimus

Eminus Hiphinoum, collato Marte, Daninq3.
Additur his Dorilas, qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, sæuiq3 vicem præstantia teli,
Cornua dura boum, multo rubefacta cruore.
Huic ego (nam vires animus dabat) *aspice, dixi, *accipe.
Quantum concedat nostro tua cornua ferro. A suis gestis.
Et iaculum torsi, quod cùm vitare nequiret,
Opposuit dextram passura vulnera fronti.
Affixa est cum fronte manus, fit clamor, at illum
Herentem Peleus, & acerbo vulnere victum
(Stabat enim propior) mediam ferit ense sub aluum.
Prosiliyt, terraq3 ferox sua viscera traxit,
Tractaq3 calcauit, calcatáque rupit, & illis
Crura quoque impediyt, & inani concidit aluo.

Apostrophe, qua ingreditur Cyllari, adolescentis formosissimi Centaurorum, descriptionem.

Nec te pugnantem tua Cyllare forma redemit,
Si modò natura formam concedimus illi.
Barba erat incipiens, barba color aureus, aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos,
Gratus in ore vigor, ceruix, humeriq3, manusq3.
Pectoráque artificum laudatis proxima *signis, *cycnis
Ex qua parte vir est, neq3 equi mendosa sub illo
Deteriorque viro facies, da colla, caputq3,
Castore dignus erit, sic tergum sessile, sic sunt Collatio.
Pectora celsa thoris, totus pice nigrior atra,
Candida cauda tamen, color est quoq3 cruribus albus
Multa illum petiêre sua de gente, sed vna
Abstulit Hylonome, qua nulla decentior inter Ab amata præstantia.
Semiferas altis habitauit fœmina syluis.

*amans. *Hæc & blanditijs, & * amando, & amare faten*
Cyllaron vna tenet, cultus quoque quantus in illi
Esse potest membris, vt sit coma pectine lenis,
Vt modò rore maris, modò se violaue, rosaue
Implicet, interdum canentia lilia gestet,
Bisq; die lapsis Pegasea vertice sylua
Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat,
Nec nisi quæ deceant, electarumq; ferarum.
Aut humero, aut lateri prætendat vellera læuo.
Par amor est illis, errant in montibus vnà.
Antra simul subeunt, & tum Lapitheia tecta
Intrârant pariter, pariter fera bella gerebant.
Autor in incerto est, iaculum de parte sinistra
Apostrophe *Venit, & inferius, qua collo pectora subsunt,*
Cordis vulnus vel qua *Cyllare te fixit, paruo cor vulnere læsum*
lecunq; lethale. *Corpore cum toto, post tela educta, refrixit.*
Protinus Hylonome morientes excipit artus,
Impositáque manu vulnus fouet, oráque ad ora
Exemplũ coniugalis *Admouet, atque anima fugienti obsistere tentat.*
*dixit. amoris. *Vt videt extinctum *dictis, qua clamor ad auras*
Arcuit ire meas, telo quod inhæserat illi
Hypallage *Incubuit, moriénsque suum complexa maritum est*
Cõplectẽs enim maritũ mortua est. Nã Cyllarus cũ vxore occubuit. *Ante oculos stat, & ille meos, qui sæua leonum*
Vinxerat inter se connexis vellera nodis
Pheocomes, hominémque simul protectus, equumq;
Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonoleniden summo de vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latissima, perq; os,
A similibus. *Pérque cauas nares, oculósque, auréque, cerebru*
Molle fluit, veluti concretum vimine querno,

ac ſolet, vtúe liquor rari ſub pondere cribi
anat, & exprimitur, per denſa foramina ſuccus.
ſt ego dum parat hic armis nudare iacentem,
cit tuus hoc genitor) gladium ſpoliantis in ima
a demiſi: Chthonius quoque, Teloboáſque
nſe iacent noſtro, ramum prior ille biſurcum — A teſtimonio.
ſſerat, *hic iaculum, iaculo mihi vulnera fecit. — *hinc.
ma vides, apperet adhuc vetus inde cicatrix. — A ſignis.
unc ego debueram capienda ad Pergama mitti,
unc poteram magni ſi non ſuperare, morari
ectoris arma meis, illo ſed tempore nullus, — Pathos: Præteritio.
ut puer Hector erat, nunc me mea deficit ætas.
uid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti?
mpyca quid referam? qui quadrupedantis Oëcli
xit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu.
ecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
auit Erigdupum (memini) & venabula condi
gune Neſſæi manibus conecta Cymeli.
ec tu credideris tantùm ceciniſſe futura
mpyciden Mopſum, Mopſo iaculante, biformis — Mopſus.
cubuit, fruſtráque loqui tentauit Odites — A geſtis.
d mentum lingua, mentóque ad guttura fixo. — Mopſi.
uing3 neci Caneus dederat, Stiphelumq3, Bromũq3,
Antimachũq3, Helimũq3, ſecuriferumq3 *Pyracmẽ — *Asthiachunsque.
ulnera non memini, numerum, nomẽnque notaui. — *Pyracmõ
uolat *Æmathij ſpolijs armatus Aleſi, — *Emathijs.
uem dederat letho membris, & corpore Latreus — A Cæneigeſtis, & tandem ad rem redit.
aximus, huic ætas inter iuuenémque, ſenémque,
iuuenilis erat, variabant tempora cani.
clypeo, gladióque, Macedoniáque Sariſſa — A bætate.

Conſpicuus, faciemq; obuerſus in agmen vtrumq;,
Armaq; concuſſit, certumq; equitauit in orbem.
*Verbaq; tot fudit vacuas * animoſus in auras,*
Et te Cæni feram? Nam tu mihi fœmina ſemper,
Tu mihi Cænis eris, nec te natalis origo
**Commouit, mentémque ſubit, quo præmia facto,*
Quaq; viri falſam ſpeciem mercede pararis.
Quid ſis nata, vide, vel quid ſis paſſa, columq;
I, cape cum calathis, & ſtamina pollice torque.
Bella relinque viris, iactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta,
**Qui vir equo commiſſus erat, furit ille dolore,*
*Nudaq; Philei iuuenis ferit * oſſa ſariſſa.*
Non ſecus hæc reſilit, quàm tecti à culmine grando
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Comminus aggreditur, lateriq; recondere duro
Luctatur gladium, gladio loca peruia non ſunt,
Haud tamen effugies, medio iugulaberis enſe,
Quãdoquidẽ mucro eſt hebes, inquit, & in lat⁹ enſis
Obliquat, longaq; amplectitur ilia dextra,
Plaga facit gemitus, vt corpore marmoris icti,
Fractaq; deſilijt percuſſo lamina collo.
Vt ſatis illæſos miranti præbuit artus,
Nunc age, ait Cæneus, noſtro tua corpora ferro
Tentemus, capulóque tenus dimiſit in armos
Enſem fatiferum, cæcamq; in viſcera mouit,
Verſauitq; manum, vulnusq; in vulnere fecit,
Ecce ruunt vaſto trepidi clamore bimembres.
Telaq; in hunc omnes vnum mittuntq;, feruntq;.
Tela retuſa cadunt, manet imperfoſſus ab omni

*annoſus Hoſtilis exprobatio ironiæ & inuidæ plena
* Commo nuit.
Sircaſmos.
*Quà *ora.
A ſimilib⁹.
Amplificatio.
*Tẽpora.
Cæneus.
A ſimili.*

Inq́ cruentatus Cæneus Elateius ictu, — *Tmesis.*
Fecerat attonitos noua res, heu dedecus ingens, — Exclamatio ab indigno.
Monychus exclamat, populus superamur ab vno,
Vixq́ viro, quanquã ille vir est. Nos segnibus actis, — Correctio.

Arguit ab innutili. Est autem exprobratio segniciei mixta increpatione.

Quod fuit ille, sum⁹. Quid mẽbra immania prosunt?
Quid geminæ vires? & quid fortissima rerum,
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre dea, nec nos Ixione natos
Esse reor, qui tantus erat, Iunonis vt altæ
Spem caperet, nos semimari superamur ab hoste. — *A* parentis pręstantia.
Saxa, trabesq́ super, totosq́ inuoluite montes. — Cõsilium.
Viuacémque animam missis elidite syluis.
Sylua premat fauces, & erit pro vulnere pondus,
Dixit, & insanis deiectam viribus austri
Fortè trabem nactus validum coniecit in hostem,
Exemplumq́ fuit, paruoq́ in tempore nudus, — *metalepsis*
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion vmbras.
Obrutus immani cumulo sub pondere Cæneus,
*Æstuat arboreo *congestáque robora duris* — *coniectaq́;
Fert humeris. Sed enim postquam super ora, caputq́ — *hypotoposis*
Creuit onus, nec habet, quas ducat spiritus auras,
Deficit interdum, modò se super aëra, frustrà
Tollere conatur, iactasq́ euoluere syluas. — Amplificat comparatione.
Interdumq́ mouet, veluti quam cernimus (ecce)
Ardua si terræ quatiatur motibus. Ida — Quãcernimus (ecce)
Exitus in dubio est, alij sub inania corpus
Tartara detrusum syluarum mole ferebant. — *Dicticos.*
Abnuit Ampycides, mediόque ex aggere fuluis, — Accipiẽdũ.

Cæneus in auem.
* fuerat conspecta volucris.
Adorat Cæneum Mopsus.

Vidit auem pennis liquidas exire sub auras,
*Quæ mihi tũc primùm, *tũc est cõspecta supremi*
Hanc vbi lustantem leni, sua castra volatu
Mopsus, & ingenti circum clamore sonantem
Aspexit, pariterq́ animo est, oculisq́ue secutus:
O salue (dixit) Lapithaæ gloria gentis,
Maxime vir quondam, sed auis nunc, vnica Cæn
Credita res autore suo est, dolor addidit iram,
Oppressumq́ ægrè tulimus, tot ab hostibus vnum.

Epilogus huius fabulæ.

Nec prius abstitimus ferro exercere dolorem,
Quàm data pars letho, partem fuga, noxq́ remou
Hæc inter Lapithas, & semihomines Centauros
Prælia Tlepolemus. Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidæ, tacito non pertulit ore.

Reiectio, *ipse *restringere, & resciscere.
Tòprepon.
Senes in irã proni.
Arguit ab inutili.
A persona Hęrculis.
A voto.
Ab exẽplo Ab Herculis gestis.

Atque ait: Herculeæ, mirum est, obliuia laudis
Acta tibi senior: certè mihi sæpè referre
*Nubigenas domitos, à se pater * esse solebat.*
Tristis ad hæc Pylius: Quid me meminisse malor
*Cogis? & obductos annis * rescindere luctus?*
Inqúe tuum genitorem odium, offensasq́ fateri?
Ille quidem maiora fide quoq́ gessit, & orbem
Impleuit meritis. Quod mallem posse negare:
Sed neq́ Deiphobum, nec Pulydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus. Quis enim laudauerit hoste
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
Strauit, & immeritas vrbes Elinq́, Pylumq́
Diruit, inq́ meos ferrum, flammasq́ penates,

Epilogus per Apodioxin. Sed quoniam de rebus admi-
tione dignis verba instituerat, subiungit & aliud exe-
plum, quod sua admiratione cum superioribus conueni
Impulit (vtq́ alios taceam) quos ille peremit,

is ſex Neleidæ fuimus conſpecta iuuentus,
is ſex Herculeis cecidêrunt, me minus vno,
irihus, atq; alios vinci potuiſſe ferendum eſt.
Mira Periclymeni mors eſt, cui poſſe figuras Periclymenus in
umere quas vellet, rurſuſq; reponere ſumptas varias figuras.
leptunus dederat, Neléi ſanguinis autor.
ic vbi nequidquam eſt, formas variatus in omneis,
ertitur in faciem volucris, quæ fulmina curuis Periphraſis.
erre ſolet pedibus, diuûm gratiſſima regi.
*iribus vſus auis pennis, roſtroq; * redunco,* Aquilæ.
lamatisq; viri laniauerat vnguibus ora. * reducto
*endit in * hanc nimium certos Tirynthius arcus,* *hunc
itque inter nubes ſublimia membra ferentem,
ndentemq; ferit, lateri quà iungitur ala.
ec grane vulnus erat, ſed rupti vulnere nerui Pathos.
eficiunt, motumq; negant, viresq; volandi.
ecidit in terram, non concipientibus auras
*firmis pennis, & * quale leuis hæſerat ala* *quâ
rporis affixi, preſſa eſt grauitate ſagitta,
traq; latus ſummum, iugulo eſt exacta ſiniſtro.
um videor debere tuis præconia rebus *rector
*erculis, ô, Rhodia * ductor pulcherrima claſſis!* Apoſtrophe
e tamen vlteriùs, quàm fortia facta ſilendo, Apodioxis
liſcar fratres, ſolida eſt mihi gratia tecum, rurſum.
ec poſt quam dulci Neleius edidit ore,

Repetitio mune.) ἦθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἡρατῆρα πάλιν ὅτε μέλλοιεν καθεύδειν. Sic ſcribit Apollonij Sodij enarrator.

ſermone ſenis repetitio munere Bacchi,
rrexêre thoris, nox eſt data cætera ſomno.

At

At deus æquoreas qui cuſpide temperat vndas,
In volucrem corpus nati Cycneida verſum,
Mente dolet patria, ſæuumque peroſus Achillem,
Exercet memores, pluſquam ciuiliter iras.
Iamque fere tracto, duo per quinquennia bello,
Salutatio amice. *Talibus intonſum compellat Smynthea dictis.*
O mihi de fratris longe chariſſime natis,
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia Troiæ!

Percunctatio ad beneuolentiam conciliandam. Simſtudet in inuidiam trahere Græcos.

*Affacas *Ecquid vbi * has iamiam caſuras aſpicis arces*
Ingemis? aut ecquid tot deſendentia muros,
Millia cæſu doles? ecquid (ne perſequar omneis)
Hectoris vmbra ſubit circum ſua Pergama tracta?
Cùm tamen ille ferox, bellóque cruentior ipſo
Collatio. *Viuit adhuc, operis noſtri populator, Achilles.*
Commi-natio. *Det mihi ſe, faxo, triplici quid cuſpide poſſim*
Sentiat, & quoniam concurrere comminus hoſti
Petitio. *Non datur, occulta nec opinum perde ſagitta.*
Annuit, atque animo pariter, patruiq; ſuoq;
Delius indulgens, nebula velatus, in agmen
Peruenit Iliacum, mediáque in cæde virorum,
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achiuos
Increpatio ab inutili. *Tela Parin, faſſus deum: Quid ſpicula perdis*
Sanguine plebis? ait, ſi qua eſt cura tuorum,
*læſosq; *Vertere in Aeaciden, *caſosq; vlciſcere fratres.*
Dixit, & oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden, arcus obuertit in illum,
Pathos. *Certáque lethifera direxit ſpicula dextra.*
Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet

H

Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor Achille,
Victus es à timido Graiæ raptore maritæ.
At si fœmineo fuerat, tibi Marte cadendum,
Thermodoontæa malles cecidisse bipenni.
Iam timor ille Phrygum, decus, & tutela Pelasgi
Nominis, Æacides, caput insuperabile bello,
Arserat: amârat deus idem, idemq́ cremârat.
Iam cinis est, & de tam magno restat Achille,
Nescio quid, paruam quod non benè cõpleat vrnam,
At viuit totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi mensura viro respondet, & hæc est
Par tibi Pelide, nec inania Tartara sentit,
Ipse etiam, vt cuius fuerit, cognoscere posses,
Bella mouet clypeus, déque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax,
Non minor Atrides, non bello maior, & auo,
Noscere, non alij, soli Telamone creato,
Laërtæq́ fuit tantæ fiducia laudis.
Ipse Tantalides onus, inuidiamq́ remouit,
Argolicosq́ duces medijs considere castris
Iussit, & arbitrium litis traiecit in omneis.

Apostrophe & deploratio mortis Achillis.

Parasceue ad sequentem librũ & fabulã.

Gloria nec apud inferos moritur.

Paranomasia.

Græci arbitri.

FINIS LIB. XII.

OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER XIII.

Consedêre duces, & vulgi stante corona,
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax.

παρασκευὴ

παρασκευὴ, & signa sunt, qualis sit futura Aiacis oratio, nempè inconsulta, iræ, & indignationis plenissima. Pulchrè autem hic à Poëta τὸ πρέπον obseruatum est. Nam cùm alioqui Aiax bellicosissimus prædicetur, nusquam ei eloquentiæ aliqua virtus tribuitur, quare illius oratio sit simplex, nec etiam artificiosa, sed ferè tota Ethica, hoc est, moralis, exprimens scilicet ingenium dicentis. In procœmio statim exclamat iratorum consuetudine, nec rectè omnia sua gesta prædicat, quibus se digniorem Vlysse demonstrare gestit, sed superbè admodum vbique se iactat, quod à Rhetoribus tamen prohibitum, minimè fieri debet. Statum habet coniecturalem duplicem. Quæritur enim vter horum sit præstantior, deinde vtri sint tradenda Achillis arma.

Vtq; erat impatiens iræ, Sigeia toruo,
Pathos. *Littora prospexit, classemque in littore vultu,*
Exclamatio. *Intendensq; manus, agimus, proh Iuppiter! inquit*
Pathos. *Ante rates caussam, & mecum confertur Vlysses?*
A loco. *At non Hectoreis dubitauit cedere flammis,*
A sua persona per collationẽ *Quas ego sustinui, quas hac à classe fugaui.*
Tutius est igitur, fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu? sed nec mihi dicere prompta
Apodioxis *Nec facere est isti, quantumq; ego Marte ferox,*
Inq; acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Nec me moranda tamen vobis mea facta Pelasgis
Pathos. *Esse reor (vidistis enim) sua narret Vlysses,*
Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
Præmia magna peti fateor, sed demit honorem
Æmulus Aiaci, non est tenuisse superbum,
*Scilicet *Sit licet hoc ingens, quidquid sperauit Vlysses,*
Ipse tulit pretium, iam nunc certaminis huius,
Qui cùm victus erit, mecum certasse feretur.

A

Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus.
Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cœpit,
Littoraq; intrauit Pegasæa Colcha carina.
Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit, vbi Aeolides saxum graue Sisyphon vrget.
Aeacon * agnoscit summus, prolemq; fatetur
Iuppiter esse suam. sic à Ioue tertius Aiax:
Nec tamen hæc series in caussam prosit Achiui,
Si mihi cum magno non est communis Achille.
Frater erat, fraterna peto. Quid sanguine cretus
Sisyphio, furtisq;, & fraude simillimus illi,
Inseris Aeacidis alienæ nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloq; sub indice veni,
Arma neganda mihi! potiorq; videbitur illis,
Ironicῶς ista, & egregiè perstrinxit timiditatem Vlyssis,
Quo illum in contemptum adducat.
Ultima qui cœpit, detractauitq; furore
Militiam ficto, donec solertior isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit
Saupliades animi, vitataq; traxit ad arma.
Optima nunc sumat, qui sumere noluit vlla,
Nos inhonorati, & donis Patruelibus orbi,
Tulimus, quia nos ad prima pericula simus.
Neq; vtinam, aut verus furor ille, aut creditus esset!
Nec comes * hûc Phrygias vnquam venisset ad arces,
Hortator scelerum, non te Pœantia proles
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
Qui nunc (vt memorant) syluestribus abditus antris
Ea moues gemitu, Laërtiadæq; precaris,

Iactat se à genere & parentibus

Periphrasis

*agnouit

AEacus iudex inferorum.

Arguit à legitimo.

Collatio.

A voto.

*hic

In odium conatur trahere aduersarium

Quæ

A persona Philoctetę inuidiam mouet per commiseratione à letho Palamedis.

Quæ meruit, quæ (si dy sunt) non vana precaris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma
(Heu pars vna ducum) quo successore sagitta
Herculis vtuntur, fractis morboq3, fameq3:
Velaturq3, aliturque auibus, volucresque petendo,
Debita Troianis exercet spicula fatis.
Ille tamen viuit, quia non comitatur Vlyssem.

Correctio.

Vellet & infelix Palamedes esse relictus,

Prosopopeia per fictionem.

Viueret, aut certè lethum sine crimine haberet.
Quem malè conuicti nimium memor iste furoris,
Prodere rem Danaûm finxit, fictumq3 probauit
Crimen, & ostendit quod iam præfoderat aurum.

Cõplexio.

Ergô, aut exilio vires subduxit Achiuis,
Aut nece. Sic pugnat, sic est metuendus Vlysses.

Ab alio scelere per apodioxin.

Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat,
Haud tamen efficiet, desertum vt Nestora crimen
Esse rear nullum, qui cum imploraret Vlyssem,

Pathos.

Vulnere tardus equi, fessusque senilibus annis.

ab ætate.

Proditus à socio est. Non hæc mihi crimina fingi

Approbatio à testibus.

Scit benè Tydides, qui nomine sæpè vocatum
Corripuit, trepidoque fugam exprobrauit amico.

Gnome.

Hęc de sociorũ mor te apud Homerũ. Iliad, α. magis patebunt.

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
En eget auxilio, qui non tulit, vtq3 reliquit,
Sic linquendus erat, legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios, adsum, videoque trementem,
Pallentemq3 metu, & trepidantem morte futura.
Opposui molem clypei, texiq3 iacentem,

Apostrophe à suis beneficijs.

Seruatiq3 animam (minimũ est hoc laudis) inertis
Si perstas certare, locum redeamus ad illum,
Redde hostes, vulnusq3 tuum, solitumq3 timorem

Post clypeumque late, & mecum contende sub illo. Apostrophe contẽptus plena.
At postquam eripui, cui standi vulnera vires
Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adest, secumque deos in prælia ducit,
Quaque ruit, non tu tantùm terreris Vlysse, Iactat rursus sua gesta.
Sed fortes etiam, tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineæ successu cædis ouantem
Eminus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem cum quo concurreret, vnus

Iliados λ. Homerus tradit, quo pacto Græci omnes precabantur, vt sors, vel Agamemnonis, vel Aiacis extaret, in Hectorem aggrediundo.

Sustinui sortemq; meam voluistis Achiui,
Et vestræ valuere preces, si quæritis huius
Fortunam pugnæ, non sum superatus ab illo. Arroganter prædicat iterũ se Aiax idq; collatione.
Ecce ferunt Troës, ferrumq;, ignésque, Iouémque
In danaas classes, vbi tunc facundus Vlysses?
Nempe ego mille meo pratexi pectore puppes,
Spem vestri reditus, date pro tot nauibus arma.
Quod si vera licet mihi dicere, quæritur istis,
Quàm mihi maior honos, coniũctaq; gloria nostra est Collationis altera pars.
Atque Aiax armis, non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemq; Dolona, Eleuat gesta Vlyssis.
Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captũ.
Luce nihil gestum est Diomede remoto
Si semel ista datis meritis tàm viribus arma,
Dividite, & pars sit maior Diomedis in illis.
Quo tamen hæc Ithaco? qui clàm, qui semper inermis
Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem. Ab inutili arguit.
Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro,

Insidias prodet, manifestabitq; latentem.
Sed neque Dulichius sub Achillis cassside vertex
Pondera tanta feret, nec non onerosa, grauisq;
Apostrophe inuidiosa. *Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.*
Arguit iterum ab inutili. *Nec clypeus vasti cælatus imagine mundi*
Conueniet timidæ, nataq; ad furta sinistræ.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Emphasis. *Quod tibi si populi donauerit error Achiui,*
Trahimus enim, quæ præ grauitate gestare nequimus *Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste.*
Et fuga, qua sola cunctos timidissime vincis,
Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
Adde, quod iste tuum tàm rarò prælia passus,
Integer est clypeus, nostro qui tela ferendo
Mille patet plagis, nouus est successor habendus.

Apodioxis, qua non omninò artificiosè, sed tamen iratorum more concludit.

Deniq; quid verbis opus est? spectemur agendo,
Arma viri fortes medios mittantur in hostes,
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone satus, vulgiq; secutum
Vltima murmur erat, donec Laertius heros
Astitit, atque oculos paulùm tellure moratos,
Sustulit ad proceres, expectatóque resoluit

Expectatóque resoluit. Ad attentionem faciendam, vel hoc præcipuè pertinet, cùm dicturi paululum expectant, cũ grauitate quadam, & vultus seueritate.

Ora sono, neque abest facundis gratia dictis.

Oratio Vlyssis antipale, generis iudicialis, vt præcedens. Statum habet eundem cũ superiore, hoc magis artificiosa, quia & maximos mouet affectus, & sua sine vlla arrogantia prædicat, confutat planè, & apertè, vt deinceps ostendemus.

Principio

Principio à voto ſuo, quòd ait ſibi commune cũ omnibus Græcis fuiſſe, beneuolentiam captat.

Si mea cum veſtris valuiſſent vota Pelaſgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres,
Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille, *Pathos.*
Quem quoniam non æqua mihi, vobiſq; negarunt *Propoſitio*
Fata (manuq; ſimul veluti lacrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedet Achilli, *A perſona aduerſarij captat beneuolentiam.*
Quàm per quem magnus Danais ſucceſſit Achilles?
Huic modò ne proſit, quod vt eſt hebes, eſſe videtur?
Néue mihi noceat, quod vobis ſemper Achiui.

Aiax antè ſua oratione perſuaſerat Vliſsi non habendam eſſe fidem, quod facundia facilè falleret auditores. Id hiſce verbis diluit Vlyſſes, docetq; iniquum fore, ſi facundia, qua toties Græcis profuerat, ſibi nunc officiat. Quare auditores, qui ante inſtituerant non habendã eſſe fidem, oratione dociles facit, & aptos ſiue promptos, ad audiendam, ac cognoſcendam cauſſam.

Proſuit ingenium, meáque hæc facundia, ſi qua eſt, *Exoutenis mos.*
Qua nunc pro domino, pro vobis ſæpè locuta eſt,
Inuidia careat, bona nec ſua quiſque recuſet. *Noema.*
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi, *Nobilitatẽ non à meritis æſtimandam.*
Vix ea noſtra voco, ſed enim quia rettulit Aiax *A ſuo genere.*
Eſſe Iouis pronepos, noſtri quoque ſanguinis autor
Iuppiter eſt, totidémque gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi,
Iuppiter huic, neq; in his quiſquã damnatus, & exul.
Eſt quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in vtroq; parente.
Sed neque materno, quòd ſum generoſior ortu,
Nec mihi quòd pater eſt paterni ſanguinis inſons,
Propoſita arma peto, meritis expendite cauſſam.

Attentionis locus. *Dummodò quod fratres Telamon, Peleusq; fuerunt,*
Aiacis meritum non sit, nec sanguinis ordo,
A legitimo excepitcõtra argumentum Aiacis. *Sed virtutis honor spolys quæratur in istis.*
Aut si proximitas, primusque requiritur hæres,
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? Phthiã hæc, Scyrónue ferantur.
Ab exẽplo *arma. *Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli,*
*Non petit ille tamen. Num si petat auferat * illa?*
Cõplexio exordij simul, & Paraſceue. ad narrationem. *Ergô operum quoniam nudum certamen habetur,*
Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis
In promptu mihi sit, rerum tamen ordine ducar.
Præscia venturi genitrix Nereia lethi,
Dissimulat cultu natum, & deceperat omneis.
Narratio. *In quibus Aiacem sumptæ fallacia vestis,*
Arma ego fœmineis animum motura virilem
Mercibus inserui, neque adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus, cùm parmam, hastámque tenenti,
Nate dea, dixi, tibi se peritura reseruant
Pergama, quid dubitas ingentem euertere Troiam?
Iniecique manum, fortémque ad fortia misi.

A cauſſa, à quibus affectus ſeperari non poteſt arguit totamq; gloriam Achillis in ſe transfert Vlyſſes.

Ergô opera illius mea sunt, ego Telephon hasta
Pugnantem domui, victum, orantémque refeci.
Quòd thebæ cecidêre meum est, me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chryseníq;, et Cyllan Apollinis vrbes,
Et Syron cepisse, mea concussa putate
Præteritio. *Procubuisse solo Lyrnessia mœnia dextra.*
Hectorisin teritus. *Vtque alios taceam, qui sæuum perdere posset*
Hectora, nempe dedi, per me iacet inclytus Hector,

Illis

Illis hæc armis, quibus est inuentus Achilles,
Arma peto, viuo dederam, post fata reposco.
Vt dolor vnius Donaos peruenit ad omneis,
Aulidaq; Euboicam complêrunt mille carinæ:
Expectata diu nulla, aut contraria classi
*Flamina * erant, duræq; iubent Agamemnona sortes*
Immeritam sauæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor, diuisq; iratscitur ipsis,
Atq; in rege tamen pater est, ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem feteor, fassoque ignoscat Atrides,
Difficilem tenui sub iniquo iudice caussam.
Hunc tamen vtilitas populi, fraterque, datique
Summa mouet sceptri, laudem vt cũ sanguine pensĕt,
*Mittor ad matrem, quæ non * hortanda, sed astu*
Decipienda fuit, quo si Telamonius isset,
Orba suis essent etiam nunc lintea ventis,
Mittor & Iliacas audax orator ad arces,
Visaque & intrata est altæ mihi curia Troiæ,
Plenáque adhuc erat illa viris, interritus egi,
Quam mihi mandarat communis Græcia, caussam,
Accusóque Parim, prædámque, Helenamq; reposco,
Et moueo Priamum, Priamóque Antenora iunctũ.
At Paris, & fratres, & qui rapuêre sub illo,
Vix tenuêre manus (scis hæc Menelaë) nefandas.
Primáque lux nostri tecum fuit illa pericli
Longa referre mora est, quæ consilioque, manuque,
Vtiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas vrbis se mœnibus hostes
Continuêre diu, nec aperti copia Martis

Cõplexio huius narrationis.
Narratio reliquorũ gestorum.
* sunt.
Iphigenia immolata.
Captat benuolentiam à regis persona * oranda.
Ab ingenio se mirum in modum commendat.
Per collationem recẽsendo aduersarij nomen incontẽptũ maximũ adducit.
Legatio Vlysis ad Priamum.
Apostrophe Præteritio.

Vlla fuit, decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea, qui, nil nisi prælia, nosti?

Per congeriem rursus prædicat sua gesta, & præcipuè à consilijs se commendat, quibus vtilis fuit Græcis.

Quis tuus vsus erat? Nam si mea facta requiris,
Hostibus insidior, fossas munimine cingo,
Consolor socios, vt longi tedia belli
Mente ferant placida, doceo quo simus alendi,
Armandiq; modo, mittor quo postulat vsus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni
Rex iubet incepti curam dimittere belli,
Ille potest autore suam defendere vocem.
Non sinat hoc Aiax, delendáq; Pergama poscat,
Quodq; potest, pugnet, cur non remoratur ituros?
Cur non arma capit? det quod vaga turba sequatur.
Non erat hoc nimium, nunquã nisi magna loquenti.
Quid, quod & ipse fugit? vidi, puduitq; videre,
Cùm tu terga dares, inhonestáque vela parares.
Nec mora, quid facitis? quæ vos dementia, dixi,
Concitat, ô, socij, captam dimittere Troiam?
Quidue domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?
Talibus, atque alijs, in qua dolor ipse disertum
Fecerat, aduersos profuga de classe reduxi.
Conuocat Atrides socios terrore pauentes,
Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam
Audet, & ausus erat reges incessere dictis
Thersites, etiam per me haud impune proteruus.
Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostes,
Amissamq; mea virtutem voce reposco.
Tempore ab hoc quodcunq; potest feciſſe videri

Ab alio cõfilio nẽpe vt perſeuerent.

Vrget interrogatione.

Proſopopœia Vlyſſis.

A Therſito maledico caſtigato.

For-

Fortiter iſte, meum eſt, qui dantem terga retraxi
Deniq; de Danais, quis te laudátue, petitúe,
At ſua Tytides mecum communicat acta, Collatio.
Me probat, & ſocio ſemper confidit Vlyſſe. Eſtq; laus à ſocio.
Eſt aliquid de tot Graiorum millibus, vnum
A Diomede legi, nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſque, hoſtiſque periclo, A ſuis victorijs.
Auſum eadem, quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo, non antè tamen, quàm cuncta coëgi
Prodere, & edidici quid perfida Troia pararet.
Omnia cognôram, nec quid ſpecularer, habebam,
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti,
Haud contentus eo, petij tentoria Rheſi, Rheſus ab Vlyſſe interfectus.
Inq; ſuis ipſum caſtris, comitéſque peremi,
Atq; ita captiuo victor, votisq; potitus Illatio.
Ingredior curru latos imitante triumphos,
Cuius equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis.
Arma negate mihi, fueritq; benignior Aiax. Eironia.
Quid Licij referam Sarpedonis agmina ferro Sarpedon.
Deuaſtata meo? cum multo ſanguine fudi
Ceranon, Iphitidénque, Alaſtoráque, Chromiumq;,
Alcandumq;, Haliumq;, Noëmonaq;, Pritanimq;,
Exitióque dedi cum Pheridamante Thoona,
Et Charopen, fatisq; immitibus Eunomon actum.
Quiq; minus celebres noſtra ſub mœnibus vrbis A vulneribus.
Procubuêre manu, ſunt & mihi vulnera ciues,
Ipſo pulcra loco, nec vanis credite verbis.
Aſpicite, en (veſtémque manu diduxit) & hæc ſunt.
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.
At mihi impendit per tot Telamonius annos, Difficos.

Sanguinis in ſocios, & habet ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, ſi ſe, pro claſſe Pelaſga,
Arma tuliſſe refert contra Troáſque, Iouemque?
Confiteorq́, tulit, neque enim benefacta maligne
Detractare meum eſt, modò ne communia ſolus
Occupet, atq, aliquem nobis quoq, reddat honorem,
Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas adarſuris cum defenſore carinis,
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus Regisq́, duciſque, meiq́,
Nonus in officio, & pralatus munere ſortis.
Sed tamen euentus veſtræ fortiſſime pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerum? quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius, quo Graiûm murus Achilles,
Procubuit, nec me lacryma, luctusq́, timórque
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrem
His humeris, his inquã humeris ego corpus Achillis,

Captat iterum beneuolentiã à ſua perſona Eleuat elegãter geſta Aiacis. *Eironia.* *Achilles.* *Pathos.* *Metaphora.* Iteratio affectus pleniſsima.

Et ſimul.) Confutatio eſt argumenti Aiacis, qui dixerat inutilia Vliſsi arma, qui geſtare ea non poſſet.

Et ſimul arma tuli, quæ nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires,
Eſt animus certè veſtros ſenſurus honores.
Scilicet idcircò pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit, vt cæleſtia dona
Artis opus tantæ, rudis, & ſine pectore miles

Artificioſè igitur à contrario aduerſarium, ſuis ipſum telis interimit.

Indueret? neque enim clypei cælamina nouit,
Oceanum, & terras, cumq́, alto ſydera cælo,

Plcia-

Iliadasq3, Hyadasq3, immunẽq3 aquoris Arcton, Cõfutatio.
Diuersasq3 vrbes, nitidumq3 Orionis ensem
Postulat, vt capiat quæ non intelligat arma.
Quid? quod me duri fugientem munera belli,
Arguit, incœpto seruum accessisse labori? Collatio.
Nec se magnanimo maledicere sentit Achillis? Attingit
Si simulâsse vocas crimen, simulauimus ambo. statũ purgationis:
Mora pro culpa est, ego sum maturior illo. purgat autem se, exemplo
Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem, Achillis.
Primaq3 sunt illis data tempora, cætera vobis.
Haud timeo, si iam nequeam defendere crimen,
Cum tanto commune viro, deprensus Vlyssis
Inuenio, tamen ille, at non Aiacis Vlysses.
Nec in me stolidæ conuitia *fundere linguæ, *reddere
Admiremur eum, vobis quoque digna pudore, Alia confutatio.
Obiecit. An falsò Palamedem crimine, turpe est
Accusasse mihi? vobis damnasse decorum? Entomma
Quidne q3 Naupliades facinus defendere tantum,
Tamq3 potens valuit, nec vos audistis in illo
Crimina, vidistis, precioq3 obiecta patebant.
Nec Peantiaden quod habet Vulcania Lemnos, Cõfutatio.
Esse reus meruit: *factum defendite vestrum, *crimen
(Consensistis enim) nec me suasisse negabo,
Vt se subtraheret belliq3, viaq3 labori,
Tentaretq3 feros requie *lenire dolores. *finire
Paruit, & viuit, non hæc sententia tantùm est
Fide, sed & felix cùm sit, facit esse fidelem.
Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt,
Ne mandate mihi, melius Telamonius ibit,
Eloquioq2 virum morbis, iraque furentem, Ironia.

Molliet, aut aliqua perduset callidus arte.
Antè retrò Simoisque fluet, & sine frondibus Ida
Stabit, & auxilium promittet Achaia Troiæ:
Quàm cessante meo pro vestris pectore rebus,
Aiacis stolidi Danais solertia prosit.
Sis licet infestus socijs, regique, mihique,
Dure Philoctete, licet exercere, meumque
Denoueas sine fine caput, cupiásque dolenti
Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem.
Vtque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri.
Te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar,
Támque tuis potiar (faueat fortuna) sagittis,
Quàm sum Dardanio, quem cepi, vate potitus,
Quàm responsa deûm, Troianáque fata retexi.
Quàm rapui Phrygiæ signum penetrale Minerv.
*Hostibus è medijs, & se mihi * comparat Aiax.*
Nempe capi Troiam prohibebant fata, sine illo,
Fortis, vbi est Aiax? vbi sunt ingentia magni
Verba viri? cur hic metuit? cur audet Vlysses
Ire per excubias? & se committere nocti?
*Pérque feros enses, non tantum mœnia * Troiæ,*
Verum etiam summas arces intrare, suáque
Eripere ade deam, raptámque efferre per hostes:
Quæ nisi feciſſem, frustrà Telamone creatus,
Gestâsset læua taurorum tergora septem,
Illa nocte mihi Troia victoria parta est.
Pergama tunc vici, cùm vinci posse coëgi.
Desine Tydiden, vultuq;, & murmure nobis
Ostentare meum, pars est sua laudis in illo.
Nec tu, cùm scia, clypeum pro classe tenebas,

A contrarijs, seu impossibilib⁹ arguit. Apostrophe

Ab exemplis, à simili, & maiore.

* conferat

Acclamatio indignãtis vrget interrogationibus aduersarium.

periphrasis

*Troum, Correctio.

Exultat in re bene gesta Vlysses.

Cõfutatio.

Collatio.

u eras, tibi turba comes, mihi contigit vnus.
i nisi pugnacem sciret sapiente minorem,
e, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
quoq; hæc peteret, peteret moderatior Aiax,
ripylusq; ferox, claroq; Andremone natus,
x minus Idomeneus, patriaque creatus eadem
triones, peteret maioris frater Atridæ,
ippe manu fortes: nec sunt tibi Marte secundi,
silys cessere meis, tibi dextera bello
lis, ingenium est, quod eget moderamine nostro.
vires sine mente geris, mihi cura futuri est.
pugnare potes, pugnandi tempora mecum
*git Atrides, tu tantùm corpore * prodes,*
u animo, quantoq; ratem qui temperat, anteit
igis officium, quanto est dux milite maior,
ntum ego te supero, nec non in corpore nostro
ora sunt potiora manu, vigor omnia in illis.

Venustæ collationes.

A similí * pollex.

Peroratio, quæ summam continet orationis. Primum
m petit, idque ob merita, quæ præcipua sparsim per ora-
em dicta, hic recolligit. Postremò, artificiosa obtestatio-
claudit orationem.

vos, ô, proceres vigili date præmia vestro!
que tot annorum curis, quas anxius egi,
nunc titulum meritis pensandum reddite nostris!
labor in fine est, obstantia fata remoui,
taque posse capi faciendo Pergama cepi.
spes nunc socias, casuraque mœnia Troum,
rque deos oro, quos hosti nuper ademi,
, si quid supereſt, quod sit sapienter agendum,
quid adhuc audax, ex præcipitique petendum est,

Si

Si Troiæ fatis aliquid restare putatis:
Este mei memores, aut si mihi non datis arma,
Huic date, & ostendit signum fatale Minerua.
Mota manus procerum est, & quid facundia poss
Re patuit, fortisq́ viri tulit arma disertus.
Hectora qui solus, qui ferrum, ignemq́, Iouemq́
Sustinuit toties, vnam non sustinet iram,
Inuictumq́ virum vicit dolor, arripit ensem,
Et meus hic certè est: An & hunc sibi poscit Vlys
Hoc, ait, vtendum est in me mihi, quiq́ cruore,
Sæpè Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit
Ne quisquam Aiacem possit superare, nisi Aiax.
Dixit, & in pectus, tum demum vulnera passum,
Qua patuit ferro, lethalem condidit ensem.
Nec valuêre manus infixum educere telum.
Expulit ipse cruor, rubefactaq́ sanguine tellus,
Purpureum viridi genuit de cespite florem:
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroq́, viroq́
Inscripta est folijs, hæc nominis, illa querelæ.
Victor ad Hypsipyles patriam, clariq́ Thoantis,
Et veterum terras infames cæde virorum,
Transierat: tandem portu, votoq́ potitus
Vela dat, vt referat Tirynthia tela sagittas.
Quæ postquã ad Graios domino comitante reuex
Impositaq́ fero est tandem manus vltima bello,
Troia simul, Priamusq́ cadunt, Priameia coniux,
Perdidit infelix hominis, post omnia formam.
Externasqúe nouo latratu terruit auras.
Longus in angustum qua clauditur Hellespontus,

* Tum Ab indignatione Aiacis.

Aiax in gladium sponte incumbit.

Parasceue Ad nouã fabulam.

Aiax in Hyacinthũ mutatus.

periphrasis Lemni.

Hecuba in canem.

Ili

ion ardebat, neque adhuc consederat ignis,
Exiguumque senis Priami Iouis ara cruorem
ombiberat, tractisque comis antitista Phœbi,
Non profecturas tendebat ad æthera palmas,
Dardanidas matres patriorum signa deorum
Dum licet amplexas, succensaque templa tenentes
uidiosa trahunt victores præmia Graij.
Mittitur Astyanax illis de turribus, vnde
gnantem pro se, proauitáque regna tuentem,
pè videre patrem monstratum à matre solebat.
mque viam suadet Boreas, flatuque secundo
*rbasa mota sonant, iubet vti nauita * ventis.*
roia, vale, rapimur, clamant, dant oscula terræ
roades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.
ltima conscendit classem (miserabile visu)
medijs Hecube, natorum inuenta sepulcris.
ensantem tumulos, atque ossibus oscula dantem,
lichiæ traxêre manus, tamen vnius hausit,
q sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.
ectoris in tumulo canum de vertice crinem
rias inopes, crimen, lacrymasq; reliquit.
vbi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus,
tonijs habitata viris, Polymestoris illic,
gia diues erat, cui te commisit alendum.

Exemplum auaritiæ, violatum fœdus amicitiæ, ob aua-
n fidei commissum.

nsilium sapiens, sceleris nisi præmia magnas
diecisset O P E S, animi irritamen auari
cecidit fortuna Phrygum, caput impius ensem
Thracum, iuguloq; sui demisit alumni.

Phynicos. hoc quod in senibus parum sit cruoris. Pathos. A loco.

*velis

Exemplũ officiosæ, matris. Narratio A loco amplificat.

Polymnestor Thrax Polydorũ puerum occidit.

Et

Vlterius fabulæ narratio.
Et tanquam tolli cum corpore crimina possent,
Exanimem è scopulo subiectas misit in vndas.
Littore Threicio classem religarat Atrides,
*mitior
Dum mare pacatum, dum ventus * amicior esset.
Vmbræ Achillis inferias petunt.
His subitò, quantus, cùm viueret, esse solebat,
Exit humo latè rupta, similisque minanti
Temporis illius vultum referebat, Achilles
Quo ferus iniusto petijt Agamennona ferro,
Exprobratoria immemoris beneficij.
Immemoresq; mei discessitis (inquit) Achiui?
Obruptáque est mecum virtutis gratia nostræ?
Ne facite, vtque meum non sit sine honore sepulcr
Placet Achilleos mactata Polyxena manes,
Petitio.
Dixit, & immiti socijs parentibus vmbræ,
Rapta sinu matris, quam iam prope sola fouebat,
Pathos.
Fortis & infelix, & plus quàm fœmina virgo
A circumstantijs.
Ducitur ad tumulum, duroque fit hostia busto.
Polyxena immolanda ducitur
Qua memor ipsa sui, postquam crudelibus aris,
Admota est, sensitque sibi fera sacra parari,
Vtque Neoptolemum stãtem, ferrumque tenentẽ
*Inque
* Vtque suo vidit fugientem lumina vultu,
Oratio Polyxenæ pathetica.
Vtere iamdudum generoso sanguine, dixit.
Nulla mora est, * aut tu iugulo, vel pectore telum
*at
Conde meo, iugulumque simul, pectúsque retexit.
A causa cupiditatis
Scilicet, haud vlli seruire Polyxena vellem,
Haud per tale sacrum numen placabitis vllum.
Mors tantùm vellem matrem mea fallere posset.
Mortis.
Mater obest, minuitque necis mihi gaudia, quam
A voto.
Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
Vos modò, ne Stygios adeam non libera manes,
Petitio.
Este procul, si iusta peto, tactuque viriles.

Virgi

Virgineo remouete manus. acceptior illi,
Quisquis is est, quem cade mea placare paratis,
Liber erit sanguis. Si quos tamen vltima nostri,
Verba mouent oris, Priami vos filia regis,
Nunc captiua rogat, genitrici corpus inemptum
Reddite, néue auro redimat ius triste sepulcri,
Sed lacrimis, tunc cùm poterat redimebat, & auro.
Dixerat, & populus lacrymas, quas illa tenebat,
Non tenet ipse etiam flens, inuitusqúe sacerdos,
Prabita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa super terram defecto poplite labens,
Pertulit in trepidos ad fata nouissima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas;
Cum cadere, castiqúe decus seruare pudoris.
Troades excipiunt, deploratósque recensent
Priamidas, & quid dederit domus vna cruoris?
Téque gemunt virgo, téque, ô, modò regia coniux,
Regia dicta parens, Asiæ florentis imago.
Nunc etiam prædæ mala sors, quam victor Vlysses
Esse suam nollet: nisi quod tamen Hectora partu
Ediderat, dominum matri vix repperit Hector,
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat, natisqúe, viróque,
Huic quoq; dat lacrymas, lacrymas in vulnera fũdit
Osculáque ora tegit, consuetáque pectora plangit:
Laniciémque, suam concreto in sanguine vertens,
Cura quidem, sed & hæc laniato pectore, dixit.
Nata tuæ (quid enim superest?) dolor vltime matris
Nata iaces, videóque meum, tua vulnera * pectus.
Nec perdiderim quenquam sine cade * meorum,

Pathos. A persona & conditione.

Hæc omnia sumpta ab Euripidis, Tragœdia Hecuba.

Apostrophe Pathetica.

Aetiologia Pathos.

Oscula diminutiuè ab os.

Querela Hecubæ & planctus commiserabilis.

*vulnus.

*virorum,

Tu

Tu quoque vulnus habes, at te, quia fœmina, rebar
*A ferro * tutam, cecidisti & fœmina ferro:*
Totq; tuos idem fratres, te perdidit idem,
Exitium Troiæ, nostriq; orbator Achilles.
At postquam cecidit Paridis, Phœbiq; sagittis,
Tunc certè dixi, non est metuendus Achilles:
** Nunc quoque mi metuendus erat, cinis ipse sepu*
Ingenus hoc sæuit, tumulo quoque sensimus hostem
Æacide fœcunda fui, iacet Ilion ingens,
Euentuq; graui finita est publica clades:
Sed finita tamen, soli mihi Pergama restant,
Incursuq; meus dolor est, modo maxima rerum,
Tot generis, natisq; potens, nuribusq;, viroq;.
Nunc trahor exul, inops, tumulis euulsa meorum,
Penelope munus, quæ me data pensa trahentem
Matribus ostendens Ithacis, hæc Hectoris illa est,
Clara parens, hæc est, dicet, Priameia coniux.
Postq; tot amissos tu nunc, quæ sola leuabas,
Maternos luctus, hostilia busta piasti.
Inferias hosti peperi, quò ferrea resto?
*Quidue moror? quò me seruas * damnosa senectus*
Quò dij crudeles? misi, vti noua funera cernam,
Viuacem differtis anum? quis posse putaret,
Felicem Priamum, post diruta Pergama dici?
Felix morte sua est, nec te mea nata, peremptam
Aspicit, & vitam pariter, regnumq; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia virgo,
Condeturq; tuum monumentis corpus auitis.
Non est hæc fortuna domus, tibi munera matris

*natam Pathos. ab eo quod præter spē.

*Tunc Ab indigno.

Correctio A sua persona.

Prosopopœia. Apostrophe ad filium.

Interrogatiō doloris plena.

*annosa Apostrophe

A persona Priami per collationem.

Occupatio sed ironica confutatio

Haustus are.) Ignobilia funera apud Rom. non in rog
ponebant

...ebantur, sed iniecta terra sepeliebantur.

Contingent fletus, peregrinaq́ hauſtus arenæ.
Omnia perdidimus, ſupereſt cur viuere tempus
In breue ſuſtineam, proles gratiſſima matri
Nunc ſolus, quondam minimus de ſtirpe virili,
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.
Quid moror intereà crudelia vulnera lymphis
*Abluere? *& ſparſos immiti ſanguine vultus?* Mimeſis.
Dixit, & ad littus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas, date Troades vrnas, Corp⁹ Polydori
Dixerat infelix, liquidas hauriret vt vndas. A dolore Hecubæ.
Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus,
Factaq́ Threicijs ingentia vulnera telis.
Troades exclamant, obmutuit illa dolore,
Et pariter vocem, lacrymasq́ iutrorſus obortas Cõparatio.
Deuorat ipſe dolor, duroq́ ſimillima ſaxo
Torpet, & aduerſa figit modò lumina terra, Ab affectibus ſtupẽtium.
Interdum toruos extollit ad æthera vultus.
Nunc poſiti ſpectat vultum, nunc vulnera nati,
Vulnera præcipuè, ſeq́ armat, & inſtruit ira,
Qua ſimul exarſit, tanquam regina maneret,
Vlciſci ſtatuit, pœnaq́ in imagine tota eſt.

A ſimili amplificat, vt oſtendat iram immenſam ma-
...m pro natorum vindicta.

Vtq́ furit catulo lactente orbata leæna,
...naq́ nacta pedum ſequitur, quẽ non videt hoſtem.
...Hecube, poſtquam cum luctu miſcuit iram, Paranomaſia.
...n oblita animorum, annorum oblita ſuorum,
...adit ad artificem dira Polymneſtora cædis, Conſiliũ Hecubæ.
...loquiumq́ petit. Nam ſe monſtrare relictum

Velle latens illi, quod nato redderet aurum.
Credidit Odrysius, prædæq; assuetus amore,
In secreta venit, tum blando callidus ore,
Perfidiæ exemplū. *Tolle moras, Hecube, dixit, da munera nato.*
A iuramēto. *Omne fore illius, quod das, quod & antè dedisti,*
Per superos iuro, spectat truculenta loquentem,
Falsaq; iurantem, tumidaq; exæstuat ira,
Hipallage *Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrum*
Occupatiuncula. *Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,*
Expilatq; genis oculos, facit ira valentem,*
*nocentē *Immergitq; manus, fœdatáque sanguine sonti*
Hecuba oculos eruit Polymnestori, in cinerem, *Non lumen (neq; enim supereſt) loca luminis hauri*
Clade sui Thracum gens iritata tyranni
Troada telorum, lapidumq; incessere iactu
Cœpit, ad hæc missum rauco cum murmure saxum
Approbata signie & pronūtiatis *Morsibus insequitur, rictuq; ad verba parato*
Latrauit conata loqui, locus extat, & ex re
Nomen habet, veterumq; diu memor illa malorum
Tum quoq; Sithonios ululauit mœsta per agros.
Cynos sema *Illius, Troasq; suos, hostémque Pelasgos,*
Complexio huius fabulæ. *Illius fortuna deos quoq; mouerat omneis,*
Sic omneis, vt & ipsa Iouis coniuxq;, sororq;,
Occasio alterius fabulæ. *Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.*
Non vacat Aurora, quanquā ijsdem fauerat ar-
Cladibus, & casu Troiaq;, Hecubaq; moueri.
Cura deam propior, luctusq; domesticus angit,
Memnonis amissi, Phrygijs quem luthea campis,
Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
4 persona *Vidit, & ille color, quo matutina rubescunt,*
Tempora palluerat, latuitq; in nubibus æther.

Et non impositos supremis ignibus artus
Sustinuit spectare parens, sed crine soluto,
Sicut erat magni genibus procumbere non est
Dedignata Iouis, lacrymisq́ has addere voces,
Omnibus inferior, quas sustinet aureus æther, Petitio.
(Nam mihi sunt totũ rarissima templa per orbem) Auroræ.
Diua tamen veni, non vt delubra, diesq́
Des mihi sacrificos, calituras q́ ignibus aras: Insinuario
Si tamen aspicias, quantùm tibi fœmina præstem,
Tum cùm luce noua noctis confinia seruo, A sua persona.
Præmia danda putes, sed non ea cura, neque hic est
Nunc status Auroræ, meritos vt poscat honores.
Memnonis orba mei venio, qui fortia frustrà Apodioxis
Pro patruo tulit arma suo, primisq́ sub annis A caussa.
Occidit à forti (sic dij voluistis) Achille. Pathos
Da precor huic aliquem, solatia mortis, honorem Intentio.
Summe deûm rector, maternáque vulnera leni.
Iuppiter annuerat, cùm Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus, nigriq́ volumina fumi
Infecêre diem, veluti cùm flumina natas
Exhalant nebulas, nec sol admittitur infrà. hypotyposis
Atra fauilla volat, glomeratáque corpus in vnum Memnon in auem sibicognominem.
Densatur, faciemq́ capit, sumitq́ colorem.
Atq́ animum ex igni, leuitas sua præbuit alas,
Et primò similis volucri, mox vera volucris
Insonuit pennis, pariter sonuêre sorores
Innumeræ, quibus est eadem natalis origo.
Terque rogum lustrant, & consonus exit in auras
Ter plangor, quarto seducunt castra volatu.
Tunc duo diuersa populi de parte feroces

Bella gerunt, roſtriſque, & aduncis vnguibus in
Exercent, aláſque, aduerſaq; peſtora laſſant,
Inferieque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora, ſeque viro forti meminere creatas.
Præpetibus ſubitis nomen facit autor, ab illo
Memnonides. *Memnonides dicta, cùm ſol duodena peregit*
Signa, parentali moritura morte rebellant.
Aliudit ad naturam. *Ergô alijs latrâſſe Dymantida flebile viſum eſt,*
Auroræ. *Luctibus eſt Aurora ſuis intenta, piáſque*
Nunc quoq; dat lacrymas, & toto rorat in orbe,
Excurſus in aliam fabulam. *Non tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe*
*Spem quoq; fata ſinunt * ſacra, & ſacra altera p*
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros,
* facer. *De* tantis opibus prædam pius eligit illam,*
* tantiſque *Aſcaniumque ſuum, profugáque per æquora daſ*
Ab erroribus Æneæ & pietas in parentem. *Fertur ab Antandro, ſceleratáque littora Thr*
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit, & vtilibus ventis, aſtúque ſecundo
Periphraſis. *Intrat Apollineam ſocijs comitantibus vrbem.*
Olim enim & reges ſacerdotes erãt. *Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite Phœbo*
Rite colebatur, templóque, domóque recepit,
Vrbémque oſtendit, delubráque nota, duáſque
* creatas. *Latona quodam ſtirpes parientè * retentas,*
Thure dato flammis, vinóque in thura profuſo,
Cæſarúmque boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt, poſitiſque tapetibus altis
Percũctatio Anchiſæ. *Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.*
Tunc pius Anchiſes, ô Phœbi lecte ſacerdos
Fallor? an & natum, cùm primùm hæc mœnia vi
Biſque duas natas, quantum reminiſcor, habebat

ab habitu sacerdotis. Narrat suam familiæ conditionem, mutationem Anius.

Huic Anius, niueis circundata tempora vittis
Mucutiens, & tristis, ait. Non falleris heros
Maxime, vidisti natorum quinq; parentem,
Quem nũc (tanta homines rerũ inconstantia versat)
Nunè vides orbum. Quod enim mihi filius absens
Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, pro parte locúmque, et regna tenentẽ.
Delius augurium dedit huic, dedit altera Liber
Dominea stirpi voto maiora, fidéque
Munera. Nam tactu naturam cuncta mearum
Segetem, laticémque meri, baccámque Minerua
Transformabantur, diuésque erat vsus in illis.
Nec vbi cognouit Troiæ populator Atrides, Pathos.
Non ex aliqua vestram sensisse procellam Agamemnon.
Nos quoque parte putes) armorum viribus vsus
Abstrahit inuitas gremio genitoris, alántque
Superat Argolicam cælesti munere gentem.
Fugiunt quò quaq; potest. Eubæa duabus,
Totidem natis Andros fraterna petita est,
Miles adest, & ni dedantur, bella minatur.
Dicta metu pietas, consortia corpora pœnæ Noema.
Dedidit, & timido posses ignoscere fratri. * reddidit.
Non hic Æneas, non, qui defenderet Andron,
Rector erat, per quos decimum durastis in annum.
Tamque parabantur captiuis vincla lacertis.
Ad tollentes etiámnum libera cælo
Bacchia, Bacche pater fer opem, dixêre: tulitqúe Prosopopœia.
Muneris autor opem (si miro perdere more,

Ferre votatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possum,
Summa mali nota est; pennas sumpsêre, tuacq;
Coniugis in volucres, *niueas abiêre columbas.

*mulcas. Anij filiæ in columbas.

Talibus, atque alijs postquam conuiuia dictis
Implêrunt, mensæ summum petiêre remota,
Cumq; die surgunt, adeuntq; oracula Phœbi.
Qui petere antiquam matrem, cognataq; iussis
Littora, prosequitur rex, & dat munus ituris,
Anchisæ sceptrum, chlamydem, pharetramq; [illegible]
Craterem Æneæ, quem quondam mistrat illi

*Aemonijs. Laus ab autore. A picturæ & forma.

Hospes ab* Aonijs Thersis Ismenius vrbis.
Miserat huc illi Therses, fabricauerat Alcon
Mylcius, & longo celauerat argumento,
Vrbs erat, & septem posses ostendere portas,
Hæ pro nomine erant, & quæ foret illa docebam,
Ante vrbem exequiæ, tumuliq́ue, ignesque, rogiq́ue
Effusæq́ue comæ, & apertæ pectora matres
Significant luctum, Nymphæ quoque flere videntur.

hipotyposis. *rodunt.

Siccatósque queri fontes, sine frondibus arbor
Nuda riget, *lambunt arenia saxa capilla.
Ecce facit medijs natas ab Orione Thebis,

*ferro. Exempla fortitudinis mulicbris.

Hanc non fœmineum iugulo dare pectus aperto,
Illam dimisso per fortia pectora *telo
Pro populo cecidisse suo, pulchriśq; per vrbem
Funeribus ferri, celebriq́ue in parte cremari.

Fu fauillis duo iuuenes. Toys stephanus.

Tum de virgineis gemmos exire fauillis,
(Ne genus intereat) iuuenes, quos fama Coronæ
Nominat, & cineri materno ducere pompam.
Hactenus antiquo signis fulgentibus ære,

mmus inaurato crater erat asper Achanto,
Ec leuiora datis Troiani dona remittunt,
antq; sacerdoti custodem thuris acerram,
am pateram, clarámque auro, gemmisq; coronam,
de recordati Teucros à sanguine Teucri
ucere principium, Cretam tenuêre, lociqúe
rre diu nequiêre * luem, centúmque relictis
rbibus, Ausonios optat contingere portus.
uit hiems, iactátque viros, Strophadumq; receptos
rtibus infidis exterruit ales Aëllo,
tiam Dulichios portus, Ithacámque, Sanumq;,
eritiasq; domos, regnum fallacis * Vlyssei
retereunt, vecti certatam lite deorum
mbrachiam, versiq; vident sub imagine saxum
dicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est,
ocalémque sua terram Dodonida quercu,
anoniósque sinus, vbi nati rege Melosso
pia subiectis fugêre incendia pennis.
oxima Phæacum felicibus obsita pomis
ura petunt, Epiros ab his, regnatáque vati
throtos Phrygio, simulatáque Troia tenetur.
de futurorum certi, quæ cunctu fideli
iamides Helenus monitu prædixerat, intrant
caniam, tribus hæc excurrit in æquora linguis.
quibus imbriferos versa est Pachinos ad Austros,
ollibus expositum Zephyris Lilybæon, ad arctos,
Equoris expertes, spectat, Boreámque, Peloros.
anc subeunt Teucri remis, æstuque secundo,
b noctem ponitur Zanclea classis arena.
lla latus dextrum, lauum irrequieta Charybdis

Coronas vertit.

A gratitudide Troianorum.

Ab erroribus Troianorum.

* Vlyssis.

Amplificat à loco, vt mentionē fabulæ interserat.

Ab altera fabula.

Amplificat.

Topographia.

describitur aptè Sicilia

Scylla in monstrū.

Amplificat alia descriptione.

Infestat, vorat hæc raptas, reuomitq; carinas,
Illa feris atram canibus succingitur aluum,
Virginis ora gerens, &, si non omnia vates
Ficta reliquêrunt, aliquo quoque tempore virgo.

A studio Scyllæ.

Hanc multi petiêre proci, quibus illa repulsis,
Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis

Estque parasceue ad aliam fabulam.

Ibat, & elusos inuenum narrabat amores.

Exponit Galathea conditionem suam, facta vtriusq; amoris collatione.

*Spectãdos repetens.

*Cui, dum * pectendos præbet Galathea capillos,*
*Talibus alloquitur, * referens suspiria dictis,*
Te tamen, ô, virgo, genus haud immite virorum
Expetit, vtq; facis, potes his impune negare.

Pathos.

At mihi, cui pater est Nereus, quam cærula Doris
Enixa est, quæ sum turba quoq; tuta sororum,
Non nisi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere, & lacrymæ vocem impediêre loquenti.
Quas vbi marmoreo detersit pollice virgo,
Et solata deam est, refer, ô charissima, dixit,

Aetiologia

Nêue tui caussam tege, sum tibi fida, doloris.
Nereis his contrà resecuta Crateide natam est.

Narratio.

Acis erat Fauno, Nymphaq; Simethide cretus,

A genere.

Magna quidem patrisque sui, matrisque voluptas.

Collatio.

Nostra tamen maior. Nam me sibi iunxerat vnus

A forma & ætate.

Pulcher, & octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.

Procatalesis.

Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec si quæsieris, odium Cyclopis, amor ne
Acidis in nobis fuerit præstantior, edam.
Par vtrumq; fuit, proh, quanta potentia regni,

Ab exemplo probat potentiam Veneris, nempe Polyphemi hominis vastissimi.

Est Venus alma tui, nempe ille immitis, & ipsis Exclamatio.
Horrendus syluis, & visus ab hospite nullo
Impune, & magni cum diis contemptor Olympi,
Quid sit amor, sentit, nostrisq; cupidine captus
Vritur, oblitus pecorum, antrorumq; suorum.
Iamq; tibi forma, iamque est tibi cura placendi, A moribꝰ. Polyphemus periphrasis
Iam rigidos pectis rastris Polypheme capillos.
Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam, A studijs amatium.
Et spectare feros in aqua, & componere vultus.
Cadis amor, feritásque, sitisque immensa cruoris
Cessant, & tuta veniunt, abeuntq; carinæ.
Telemus interea Siclum delatus in æquor, A vaticinio Thelemi amplificat.
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit, lumenq; quod vnum
Fronte geris media, rapiet tibi (dixit) Vlysses.
Risit. & ô, vatum stolidissime, falleris, inquit. Iocus Polyphemi, quo deridet vatem.
Altera iam raptit. Sic frustra vera monentem
Spernit, & aut gradiens ingenti littora passu
Degrauat, aut fessus sub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo A loci descriptione
Collis, vtrumq; latus circumfluit æquoris vnda.
Huc ferus ascendit Cyclops, mediusq; resedit,
Lanigeræ pecudes nullo ducente secutæ.
Cui postquam pinus, baculi quæ præbuit vsum, Emphasis.
Ante pedes posita est, antennis apta ferendis,
Sumptaq; arundinibus, compacta est fistula centum,
Sensêrunt toti pastoria sibila montes,
Sensêrunt vndæ. Latitans ego rupe, meiq;

Acidis in gremio residens, procul auribus ausi
Talia dicta meis, auditaq́ verba notaui.

Polyphemi carmen, quo conatus est suos amores lenire, & Galatheam ad se vocare. In exordio autem sunt meæ collationes, inter quas sæpè quædam prędurae & subrusticæ, vt ingenium, & natura pastoris vnoculi exprimatur. Deinde ad querelas descendit.

Candidior folio niuei Galathea ligustri,
Floridior prato, longa procerior alno.
Splendidior vitro, tenero lasciuior hœdo:
Læuior assiduo detritis æquore conchis,
Solibus hibernis, æstiua gratior vmbra.
Nobilior pomis, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior vua.
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et, si non fugias, riguo formosior horto.
Sæuior indomitis eadem Galathea iuuencis,
Durior annosa quercu, fallacior vndis,
Lentior & salicis virgis, & vitibus albis,
His immobilior scopulis, violentior amne,
Laudato pauone superbior, acrior igni,
Asperior tribulis, fœta truculentior vrsa,
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro,
Et quod præcipuè (si possem) demere vellem,
Non tantùm ceruo, claris latratibus acto,
Verum etiam ventis, volucriq́ fugacior aura.
At bene si nôris, pigeat fugisse, morasq́
Ipsa tuas damnes, & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis, viuo pendentia saxo,
Antra, quibus nec sol medio sentitur in æstu,

Propositio inuitationis.

Ad opib' Polyphemi, & principio à Regia sua.

Na

Nec sentitur hiems, sunt poma grauantia ramos, *Copia fructuum.*
Sunt auro similes longis in vitibus vuæ,
Sunt & purpureæ, tibi & has seruamus, & illas. Collatio.
Ipsa tuis manibus syluestri nata sub vmbra fortasis.
Mollia fraga leges, ipsa autumnalia corna, *Vrabula.*
Prunaq́ non solum nigro liuentia succo, Theocritica intelligit.
Verum etiam generosa, nouas q́ imitantia ceras.
Nec tibi castaneæ me coniuge, nec tibi dicrunt
**Arbutei fœtus, omnis tibi seruiet arbos.* * *Arborei*
Hoc pecus omne meũ est, multæ quoq́ vallibus errãt, *A pecorũ multitudine.*
Multas syluæ tegit, multæ fabulantur in antris.
Nec si fortè roges, possem tibi dicere quot sint.
Pauperis est numerare pecus, de laudibus harum
Nil mihi credideris, præsens potes ipsa videre, *Ab vbertate & fertilitate pecorum.*
*Vix * sustineant distentum cruribus vber.* *circumcant
Sunt fœtura minor, tepibis in ouilibus agni:
Sunt quoque pars, ætas alijs, in ouilibus hœdi.

A munusculis, & præmijs, ijsque ratis, & Polyphemo dignis.

Lac mihi semper adest niueum, pars inde bibendæ
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi delicijs faciles, vulgataq́ tantùm
Munera cõtingent, damæ leporesq́, capræq́,
Parq́ columbarum, demptúsue cacumine nidus.
Inueni geminos, qui tecum ludere possint, *Prosopopœia.*
Inter se similes, vix vt dignoscere possis,
Villosæ catulos in summis montibus vrsæ.
Inueni, & dixi, domino seruabimus istos. Inuitatio.
Iam modò cæruleo nitidum caput exere ponto,
Iam Galathea veni, nec munera despice nostra.

Certè

*liquidaq; A forma se cõmendat

Certè ego me noui, *liquidæq; in imagine vidi
Nuper aqua, placuitq; mihi mea forma videnti.

A proceritate per collationẽ

Aspice sim quantus, non est hoc corpore maior
Iuppiter in cœlo (nam vos narrare soletis,
Nescio quem, regnare Iouem) coma plurima toru
Prominet in vultus, humerosq; vt lucus obumbrat.

Occupatio

Nec mea quòd duris horrent densissima setis,

Cõfutatio à simili,

Corpora, turpe puta, turpis sine frondibus arbor,
Turpis equus nisi colla tuba flauentia velent.

defendit suum barbitium.

Pluma tegit volucres, ouibus sua lana decori est.
Barba viros, hirtæq; decent in corpore setæ.

Defensio à simili.

Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
Ingentis clypei, quid? non hæc omnia magno
Sol videt è cœlo? Solis tamen vnicus orbis.

A parentibus sæpè repetit propositiones.

Adde, quod in vestro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do socerum, tantùm miserere, precesq;
Supplicis exaudi, tibi enim succumbimus vni.

* veneror, Collatio.

Quiq; Iouem, & cœlum sperno, et penetrabile fulmi
Nerei te * vereor, tua fulmine sæuior ira est.

Ab iniusto.

Atque ego contemptus essem patientior huius,

A voto.

Si fugeres omneis, sed cur, Cyclope repulso,
Acin amas? præferq; meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatq; sibi, placeatq; licebit,

Comminatio.

Quod nollem Galathea, tibi, modo copia detur,

Pathos.

Sentiet esse, mihi tanto pro corpore vires.

Collatio.

Viscera viua traham, diuulsaq; membra per agros
Perque duas spargam, si se tibi misceat, vndas.

Indignanter præcedit orationem.

Vror enim, lassusq; exæstuat acrior ignis,
Cumq; suis videor translatum viribus Ætnam
Pectore ferre meo, nec tu Galathea moueris.

Talia

Talia nequidquam quæstus (nam cuncta videbam) Amplificat à simili.
Surgit, & vt taurus, vacca furibundus adempta,
Stare nequit, syluáq;, & notis saltibus errat:
Cùm ferus ignaros nequidquam tale timentes Mimesis.
Me videt, atque Acin, videoq;, exclamat, & ista
Vltima sit, faciam, Veneris concordia vestræ.
Tantaq; vox, quantum Cyclops iratus habere Emphasis.
Debuit, illa fuit, clamore perhorruit Ætna.
Ast ego vicino panefacta sub æquore mergor, Mimesis.
Tergaq; fugæ dederat conuersa Simethius heros, Quiritatio Acidos.
Et fer opem Galathea (precor) mihi, ferte parentes,
Dixerat, & vestris perituram admittite regnis.
Insequitur Cyclops, partemq; è monte reuulsam
Mittit, & extremus, quamuis peruenit ad illum
Angulus è saxo, totum tamen obruit Acin:
At nos (quod fieri solum per fata licebat)
Fecimus, vt vires assumeret Acis auitas.
*Puniceus de * mole cruor manabat, & intrà* *more
Temporis exiguum, rubor euanescere cœpit,
Fuscq; color primo turbati fluminis imbre, Acis in fluuium.
Purgatúrque mora, tum moles tecta dehiscit,
Vnaq; per rimas, proceraq; surgit arundo,
Oscq; cauum saxis sonat exultantibus vndis,
Miraq; res, subitò media tenus extitit aluo *Inflexis
*Incinctus iuuenis * flexis noua cornua cannis.* *flexus
Quis, nisi quod maior, quod toto cœrulus ore est, Collatio.
Acis erat, sic & quoq; erat, tamen Acis in amnem Tranſitio & paraſceue ad nouam fabulam.
Versus, & antiquum tenuêrunt flumina nomen.
Desierat Galathea loqui, cœtúque soluto
Discedunt, placidisque natant Nereides vndis,

Scylla

Scyllæ sedes. *Scylla redit (neque enim medio se credere ponto*
Audet) & aut bibula sine vestibus errat arena.
Aut vbi lassata est, seducto nacta recessu
Gurgitis, inclusa sua membra refrigerat vnda.
Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti,
Nuper in Euboica versis Anthedone membris:
A persona *Glaucus adest, visaq; cupidine virginis ardet,*
**His Typographia. *Et quæcunq; putat fugientem posse morari,*
Verba refert, fugit illa tamen, veloxq; timore
Peruenit in summum positi prope littora montis.
**eõiectus *Ante fretum est ingens apicem * collectus in vnum*
Longa sub arboribus connexus ad æquora vertex.
Constitit hîc, & tuta loco monstrúmne, deúsne
Ille sit, ignorans, admiraturq́ue colorem,
Occupatio *Cæsariémque, humeros, sabiectaq; terga, tegentem,*
A potẽtia. *Vltimaq; excipiat quod tortillis inguina piscis.*
Sensit, & innitens, quæ stabat proxima, moli
Non ego prodigium, nec sum fera bellua virgo,
Sed deus, inquit aquæ, nec maius in æquore Proteus
Ius habet, & Triton, Athamantiadesq; Palemon.

A sua conditione, certam reddit, & narrat quo pacto homine in deum sit mutatus

Antè tamen mortalis eram, sed scilicet altis
Deditus æquoribus, tantùm exercebar in illis.
Nam modò ducebam ducentia retia pisces,
Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Typographia. *Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis,*
Apostrophe *Quas neque cornigeræ morsu læsere iuuencæ,*
Nec placidæ carpsistis oues, hirtæue capellæ,

N

Non apis inde tulit * collectos sedula flores,
Non data sunt capiti genialia serta, nec vnquam
Falciferæ secuêre manus, ego primus in illo
Cespite consedi, dum lina * madentia sicco.
Vtq; recenserem captiuos ordine pisces,
Insuper exposui, quos aut in retia casus,
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res similis fictæ, sed quid * mihi fingere prodest?
Gramine contacto cœpit mea præda moueri,
Et motare latus, terráque, vt in æquore niti.
Dumq; moror, mirorq; simul, fugit omnis in vndas
Turba suas, dominumq; nouum, littusq; relinquunt:
Obstupui, dubitoq; diu, caussamq; requiro,
Num deus hæc aliquis, num succus fecerit herbæ.
Quæ tamen has, inquam, vires habet herba? manuq;
Fabula decerpsi, decerptaq;, dente momordi.
Vix benè combiberant ignotos guttura succos:
Cùm subitò trepidare intus præcordia sensi,
Alteriusq; rapi naturæ pectus amore.
Nec potui restare diu, repetendaq; nunquam
Terra, vale, dixi, corpusq; sub æquore mersi.
Dij maris, exceptum socio dignantur honore;
Vtq; mihi, quæcunq; feram, mortalia demant:
Oceanum, Thetynq; rogant, ego lustror ab illis,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
Nec mora, diuersis lapsi de partibus amnes,
Totaq; vertuntur supra caput æquora nostrum.
Quæ postquam * redeunt, alium me corpore toto,
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.

* Collecto semine.
Periphrasis.
* manãtia
A casu.
* modo
Paranomasia.
A miraculo.
Dubitatio
Mimesis.
Apotheosis
Glauci.
Glaucus in deum maris.
* reddunt,

Hactenus

Cõplexio narrationis Glauci.

Hactenus acta, tibi possum memoranda referre,
Hactenus & memini, nec mens mea cetera sensit.
Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam,
Cæsariemque meam, quam longa per æquora verr
Ingentésque humeros, & cærula brachia vidi:

Parasceue ad sequentem fabulam.

Cruráque pinnigero curuata nouissima pisce.
Quid tamen hæc spécies? quid dijs placuisse marinis
Quid iuuat esse deum? si tu non tangeris istis?
Talia dicentem, dicturum plura reliquit,
Scylla deum. Furit ille, iratusque repulsa,
Prodigiosa petit, Titanidos atria Circes.

FINIS LIB. XIII.

P. OVIDII NA

SONIS METAMOR-

PHOSEON LIB. XIIII.

Ab itinere Glauci. Peristasis. A loco.

Iamque Gyganteis iniectam fau
Ætnam,
Aruáq; Cyclopum, quid rastra
vsus aratri?
Nescio, nequidquam iunctis debe
Liquerat Euboicus, tumidarum cultor aquarum
Liquerat & Zanclen, aduersáq; mœnia Rhegi,

periphrasis Glauci.

Nauifragumq; fretum, gemino quod littore pre
Ausonia, Siculaq; tenet confinia terra.
Inde manu magna Tyrrhena per æquora vect
Herbiferos adiit colles, atque atria Glauci,

...sata Circes, variarum plena ferarum.
Quam simul aspexit, dicta, acceptaq́ salute,
Diua dei misere precor. Nam sola leuare
Tu potes hunc, dixit, (videar modò dignus) amorem.
Quanta sit herbarum Titani potentia nulli,
Quàm mihi cognitius, qui sum mutatus ab illis,
Noue mei, nec nota tibi sit caussa furoris,
Lutore in Italico Messonia mœnia contra
Scylla mihi visa est, pudor est promissa, precésque,
Blanditiásque meas, contemptaqúe verba referre.
At tu, siue aliquod regnum est in carmine, carmen
Ore moue sacro, siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.
Nec medeare mihi, sanésque hæc vulnera mando,
Sinéque nil opus est, partem ferat illa caloris,
At Circe (neque enim flammis habet aptius vlla
Talibus ingenium, seu caussa est huius in ipsa,

Petitio à facili.

Arguit à suo exemplo.

Narratio, siue petitionis expositio.

Intentio.

Circes beneficia.

Venus ob indicium Apollinis, quo prodita est, & depre-
...sa in adulterio cum Marte, totam Phœbi progeniem
...ibus modis odio prosequebatur.

...venus indicio facit hoc offensa paterno)
...a verba refert: melius sequerêre volentem,
...antémque eadem, pariliq́ cupidine captam.
...us eras vltro, poteras certéque rogari,
...si spem dederis (mihi crede) rogaberis vltrò,
*...dubites, adsitq́ *tuæ fiducia formæ.*
...go cùm dea sim, nitidi cùm filia. Solis,
...mine cùm tantúm tantùm quoq́ gramine possim,
...tua sim voueto, spernentem sperne, sequenti
...de vices, vnóque duas vlciscere facto.

*meæ.

Talia tentanti, prius inquit, in æquore frondes,
Ab impossibili. *Glaucus, & in summis nascentur montibus alga,*
Sospite quàm Scylla nostri mutentur amores.
Indignata dea est, & lædere quatenus ipsum
Dij lędi nõ possunt. *Non poterat, nec vellet amans, irascitur illi,*
Quæ sibi prælata est, Venerisque offensa repulsa,
Protinus horrendis infamia pabula succis
A veneficijs Circes. *Conterit, & tritis Hecateia carmina miscet,*
Cærulaq́ induitur velamina, pérque ferarum
Agmen adulantum media procedit ab aula,
Oppositumq́ petens contra Xancleia saxa
Rhegion ingreditur, feruentésque æstibus vndas,
In quibus vt solida ponit vestigia terra,
A loco amplificat. *Summáque decurrit pedibus super æquora siccis,*
Prouus erat gurges, curuos sinuatus in arcus,
A tempore *Grata quies Scyllæ, quò se referebat ab æstu*
Et maris, & cæli, medio cùm plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras.
Hunc dea præuitiat, portentificisque venenis
Hypallage *Inquinat, hic* *fusos latices radice nocenti*
*pressos *Spargit, & obscurum verborum ambage nouorum*
Ter nouies carmen Magico demurmurat ore.
Scyllæ inguina in canem. *Scylla venit, mediaq́ tenus descenderat aluo,*
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris
Aspicit, ac primò non credens corporis illas
Esse sui partes, refugitque, abigitq́, temétque
Pathos. *Ora proterua canum, sed quos fugit, attrahit vnà*
Et corpus quærens, femorum, crurumq́ pedumq́
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis,
Statq́ canum rabies, subiectáque terga ferarum

Ing

Inguinibus truncis, uteroque extante coërcet.
Fleuit amans Glaucus, nimiúmque hostiliter vsæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit, cumq́ est data copia primùm,
In Circes odium, socijs spoliauit Vlyssem.
Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas,
Ni prius in scopulum, qui nunc quoq; saxeus extat
Transformata foret, scopulum quoq; nauita vitat.
Hunc vbi Troianæ remis, auidámque Charibdim,
Euicêre rates, cùm iam prope littus adessent
Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras,
Excipit Aeneam illic animóque, domóque,
Non benè dissidium Phrygij latura mariti,
Sidonis, inq́ pyra, sacri sub imagine facta,
Incubuit ferro, deceptáque decipit omneis.
Rursus arenosæ fugiens noua mœnia terræ,
Ad sedes Erycis, fidúmque relatus Acesten,
Sacrificat, tumulúmque sui genitoris honorat,
Quásque rates Iris Iunonia panè cremârat,
*Soluit, & Hippotadæ regnum, terrásque*cadenti*
Sulfure fumantes, Acheloidúmque relinquit
Syrenum scopulos, orbatáque præside pinus
Inarimen, Prochytémque legit, steriliqúe locatas
Colle Pythecusas, habitantum nomine dictas.
Quippe deûm genitor fraudem, & periuria quondã
Cæcropidum exosus, gentísque admissa dolosa,
In deforme viros animal mutauit, vt ijdem
Dissimiles homini possent, similésque videri.
Membráque contraxit, narésque à fronte remissas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora,

Occasio sequẽtis narrationis qua poëta recẽset breuiter error es Aeneæ.

Dido.

Sicelia.

Aeolides
*calenti
Syrenes.

Intermiscet cõmodè aliam fabulam de Cæcropidum mutatione in Simias.

Totaq; velatos flauenti corpora villo
A similiarũ forma. *Misit in has senes, nec non prius abstulit vsum*
Verborum, & natæ dira in periuria linguæ.
Posse queri tantum rauco stridore reliquit.
Aeneæ nauigatio. *Has vbi præterijt, & Parthenopeia dextra*
Miseni tumulus. *Mœnia deseruit, leua de parte canori*
Æolida tumulum, & loca fœta palustribus vndis,
Littora Cumarum, vinacisq; antra Sibyllæ
Sibylla. *Intrat, & vt maneis adeat per Auerna paterna*
Orat. At illa diu vultum tellure moratum
A difficili. *Erexit, tandémque deo furibunda recepto,*
Magna petis, dixit, vir factis maxime, cuius
Dextera per ferrum est, pietas spectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum, potiêre petitis,
Ab auxilio suo. *Elysiasq; domos, & regna nouissima mundi,*
Me duce, cognosces, simulacráque chara parentis.
Cõfirmat à sententia *Inuia virtuti nulla est via, dixit, & auro*
Fulgentem ramum sylua Iunonis Auerna
Monstrauit, iussitq; suo diuellere trunco.
Inferi. *Paruit Æneas, & formidabilis Orci*
Vidit opes, atauósque suos, vmbramq; senilem
Paraſceue. ad aliam fabulam. *Magnanimi Anchysæ, didicit quoq; iura locorum*
Quæq; nouis essent adeunda pericula bellis.
*Inde ferens *lassos auerso tramite passus,*
Cum duce Cumæa fallit sermone laborem.
Dumq; iter horrendum per opaca crepuscula carpit
A gratiarũ actione. *Seu dea tu præsens, seu dijs gratissima, dixit,*
Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor
Muneris esse tui, quæ me loca mortis adire,
Pro quibus aërias meritis euectus ad auras,

Tem-

Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honores.
Respicit hunc vates, & suspirantibus haustis,
Nec dea sum dixit, nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput, *ne nescius erres.
Lux æterna mihi, carituráque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, elige, ait, virgo Cumæa, quid optes,
Optatis potiere tuis, ego pulueris hausti
Ostendens cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit vt peterem, iuuenes quoque protinus annos,
Hos tamen ille mihi dabat, æternamq́ iuuentam,
Si Venerem paterer. Contempto munere Phœbi
Innuba parmaneo, sed iam felicior ætas
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra senectus,
Quæ patienda diu est. Nam iam mihi sæcula septem
Alta vides, superest numeros vt pulueris æquem,
Ter centum messes, ter centum musta videre
Tempus erit, cum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet, consumptáque membra senecta,
Ad minimum redigentur onus, nec amata videbor,
Nec placuisse deo. Phœbus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.
Usque adeo mutata ferar, nulliq́ videnda,
Voce tamen noscar, vocem mihi fata relinquent.
Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Cœlibus Euboicam Stygijs emersit in vrbem
Cœnius Æneas, sacrisq́ ex more litatis,
Cœtera adit, nondum nutricis habentia nomen.

Narrat conditionem suam.
*neu Aeneæ Sibylla Cumana.
Prosopopœia Phœbi.
Sibyllæ Cumanæ ætas prorogata à Phœbo.
Annosa Sibylla.
Hæc tanquam futurorum conscia.
Cumæ.
Caieta nutrix Aneæ.

Hic quoq; subſtiterat poſt tadia longa laborum
Ab alia fabula. *Neritius Macareus, comes experientis Vlyſſei,*
Deſertum quondam medijs in rupibus Aetnæ
Achæmenides. *Noſcit Achęmeniden, improuiſoq́ue repertum*

Percuntatio Macarei. Eſtq; παρασκευὴ, ad multam fabularum expoſitionem. Reſencet enim vterq; ſuos ca

Viuere miratus, quis te caſus ue, dii ue ſue
Seruat Achamenide? cur, inquit, barbara Gra
Prora vehit? petitur veſtra qua terra carina?
Talia quarenti, iam non hirſutus amictu,
Iam ſuis, & ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur Achamenides. Iterum Polyphemon, & illa
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus,
Hac mihi ni potior domus eſt, Ithaciq; carina,
Si minus Aeneam veneror genitore, nec unquam
Pathetice narrat ſuos caſus Achemenides. *Eſſe ſatis potero (praſtem licet omnia) gratus.*
Quod loquor, & ſpiro, calumq́; & lumina ſolis
Aſpicio (poſſumne ingratus, & immemor eſſe?)
Ille dedit, quod non anima hac Cyclopis in ora
Venit, & vt lumen iam nunc vitale relinquam.
Vt tumulo, aut certè non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi, niſi ſi timor abſtulit omn
Senſum, animumq́; fuit? cùm vos petere alta reli
Aequora conſpexi, volui inclamare, ſed hoſti
Prodere me timui, veſter quoque clamor, Vlyſſis
Cõparatio. *Panè rati nocuit, vidi, cum monte reuulſum*
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.
Vidi iterum veluti tormenti viribus actu
Vaſtu Gygantea iaculantem ſaxa lacerta.

ne deprimeret fluctúsue, lapísue carinam
rimui, iam me non est oblitus in illa.
verò fuga vos ab acerba morte reduxit,
ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam,
rtentatq; manu syluas, & luminis orbus,
pibus incursat, fœdatáque brachia tabo
mare protendens, gentem execratur Achiuam.
tq; ait. O si quis referat mihi casus V lyssem,
aliquem ex sociis, in quem mea sæuiat ira,
scera cuius edam, cuius viuentia dextra
membra mea laniem, cuius mihi sanguis inundet
ture, & elisi trepident sub dentibus artus
Quàm nullũ, aut leue sit damnũ mihi lucis adẽptæ?
ec, & plura ferox. Me luribus occupat horror
ctantem vultus, et iámmum cæde madentes,
deléque manus, & inanem luminis orbem,
membráq;, & humano cõcretam sanguine barbam.
rs erat ante oculos, minimũ tamen ipsa doloris,
iam prensurum, iam nunc mea viscera rebar
sua mersurum, mentique harebat imago
mporis illius, quo vidi bina meorum
, quater, affligi sociorum corpora terra,
super ipsa iacens hirsuti more leonis,
scera q;, & carnes, cumq; albis ossa medullis,
nianiméque artus auidam condebat in aluum.
e tremor inuasit, stabam sine sanguine mœstus,
landentémque videns, ejectantémque truentas
dapes, & frusta mero glomerata vomentem.
lia fingebam misero mihi fata parari,
q; dies multos latitans, omnémque tremiscens

Mimesis. ad amplificandam feritatem Polyphemi.

Hypallage

Pathos. Polyphemus homines deuorat.

hypotypoſis

Ad ſtrepitum, mortémque timens, cupidúſq́ mori
Glande famem pellens, & mixta frondibus herba,
Pathos. *Solus, inops, expes, letho, pœnaq́ relictus,*
Haud. **Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem,*
Orauiq́ fugam geſtu, ad littusq́ cucurri,
Et moui, Graiumq́ ratis Troiana recepit.
Tu quoque pande tuos comitum gratiſſime caſus,
Et ducis, & turba, quæ tecum eſt credita ponto.

Errores Vlyſsis. Epilogus narrationis Achæmenidæ, in quo petit vicissim Macareus suos casus exponat.

Æolus vētos tribuit in vtribus. *Æolon ille refert Thuſco regnare profundo,*
Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos,
Quos bouis incluſos tergo (memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem, ſtatuq́ ſecundo
Lucibus îſſe nouem, & terram aſpexiſſe petitam
Proxima poſt nonam, cum ſeſe Aurora moueret,
captos. *Inuidia ſocios, prædaq́ cupidine *victos*
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina ventis.
Cum quibus îſſe retrò, per quas modò venerat vndas,
Æoliq́ ratem portus repetiſſe tyranni.
Antiphates Læſtrygonum rex. *Inde Lami veterem Læſtrygonis (inquit) in vrbem*
Venimus. Antiphates terra regnabat in illa,
Miſſus ad hunc ego ſum numero comitante duorum.
Vixq́ fuga quæſita ſalus, comitiq́, mihiq́.
Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo, fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates, coëunt, & ſaxa, trabéſque
Conjiciunt, mergúntque viros, mergúntque carinas.
Pathos. *Vna tamen, qua nos, ipſumq́ vehebat Vlyſſem,*
Effugit, amiſſa ſociorum parte, dolentes,

Ad

Multaq́ conquesti terris allabimur illis,
Quas procul hinc cernis, procul hinc (mihi crede)
Insula visa mihi, tuq́, ô, iustissime Troum,
Nate dea (neque enim finito Marte vocandus
Hostis est Ænea) moneo, fuge littore Circes.
Nos quos Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores, immansuetiq́ Cyclopis,
Ire negabamus, vel tecta ignota subire:
Sorte sumus lecti, sors me, fidumq́ Polyten,
Eurylochumq́ simul, nimijq́ * Elpenora vini,
Iisq́ nouem socios Circæa ad mœnia misit.
Quæ simul attigimus, stetimusq́ in limine tecti,
Mille lupi, mixtiqúe lupis, vrsiqúe, leæqúe,
Occursu fecêre metum, sed nulla timenda,
Nulláque erat nostro factura in corpore vulnus.
Quinetiam blandas mouêre per aëra caudas,
Nostráque adulantes comitant vestigia, donec
Excipiunt famulæ, pérque atria marmore tecta,
Ad dominam ducunt: pulchro sedet illa recessu
Sublimi solio, pallámque induta nitentem,
Insuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides, Nymphæqúe simul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,
Gramina disponunt, sparsosq́ sine ordine flores
Secernunt calathis, * variisq́ coloribus herbas.
Ipsa quod hæ faciunt, opus exigit, ipsa, quis vsus,
Quóue sit in solio, quæ sit concordia mixtis
Nouit, & aduertens pensas examinat herbas.
Hæc vbi nos vidit, dicta, acceptáque salute,
Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.

Apostrophe Occupatio Monitio à suo exemplo.

* Alphenora. Recenset quæ io Circes Regia viderit.

* Nosque adludentes Archaismos nunc enim comitantur.

* Solenni A comitibus Circes aula & pedissequæ.

* variasq́

Ab hospitalitate Circes.

Nec mora, misceri tosti iubet hordea grani,
Mellaq3, viniq2 meri, & cum lacte coagula passo,
Quiq3 sub hac lateant furtim dulcedine succos
Adijcit, accipimus sacra data pocula dextra.
Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
Et tetigit virga summos dea dira capillos:
Et pudet, & referam, setis horrescere cœpi,

Vlysis socij in porcos cum Macareo.

Nec iam posse queri, pro verbis edere rancum
Murmur, & in terram toto procumbere vultu,
Osq3 meum sensi, pando occalleſcere rostro,
Colla tumere toris, & qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa vestigia feci,
Cumq3 eadem passis (tantum medicamina possunt)
Claudor in antra. Suis solum carnisse figura

Eurylochꝰ non mutatur à Circe.

Vidimus. Eurylachum, solus data pocula fugit:
Qua nisi vitasset, pecoris pars una maneret
Nunc quoque setigeri, nec tanta cladis ab illa
Certior, ad Circen vltor veniſſet Vlyſſes.

Pathos.

Paciſer huic dederat florem Cillenius album,
Moly vocant superi, nigra radice tenetur.

Vlysses reuocat suos in pristinã formam.

Tutus eo, monitisq3 simul cælestibus, intrat
Ille domum Circes, & ad insidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit, & stricto panidam deterruit enſe.
Inde fides, dextraq3 data, thalamoque receptus
Coniugij datem sociorum corpora poscit.
Spargimur ignotæ succis melioribus herba,
Percutimurque caput conuerſa verbere virga,
Verbáque dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure leuati

Erigitur

Erigitur, setaq; cadunt, bifidósque relinquit
Rima pedes, redeunt humeri, & * subiecta lacertis
Brachia sunt, flentem flentes complectimur vnum,
Haremusqúe ducis collo, nec verba loquuti
Vlla priora sumus, quàm nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora, multáque praesens
Tempore tàm longo vidi, multa auribus hausi.
Hoc quoq; cum multis, quod clàm mihi rettulit vna
Quatuor è famulis, ad talia sacra paratis.
Cum duce namq; meo, Circe dum sola moratur,
Illa mihi niueo factum de marmore signum,
Ostendens iuuenile, gerens in vertice Picum,
Aede sacra positum, multisq; insigne coronis.
Quis foret, & quare sacra coleretur in aede,
Cur hanc ferret auem? quaerenti, & scire volenti,
Accipe, ait, Macareae, dominaqúe potentia quae sit,
Hinc quoque disce meae, tu dictis adijce mentem.
Picus in Ausonijs, proles Saturnia, terris
Rex fuit, vtilium bello studiosus equorum.
Forma viro, quam cernis erat, licet ipse * decorem
Aspicias, fictáque probes ab imagine veram.
Par animus formae, nec adhuc spectâsse tot annos
Quinquennem poteras Graia quater aedere pugna.
Ille suas Dryadas, Latijs in montibus ortas,
Verterat in vultus, illum fontana petebant
Numina Naiades, quas Albula, quasqúe Numici,
Quas Anienis aquae, cursuqúe breuissimus Almo,
Varúe tulit praeceps, & opacae Farfarus vndae
Quaqúe colunt Scythicae stagnum * memorale Dianae
Intimósque lacus, spretis tamen omnibus, vnam

* subiũcta Pathos.

Attentionẽ captat, estq; Parasceue ad aliam fabulam.

Picus Latij rex.

Propositio

Narratio

A studio.

* colorem

A forma.

Collatio.

Ab amoribus.

* nemorale

Ille

Ille colit Nympham, quam quondam in colle Pala
Dicitur ancipiti peperisse Venilia Iano.
Hæc vbi nubilibus primùm maturuit annis,
Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est,
Collatio. *Rara quidem facie, sed rarior arte canendi,*
Canens. *Vnde Canens dicta est, syluas, & saxa mouere,*
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, volucrésque vagas retinere solebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
A casu. *Exierat tecto Laurentes Picus in agros:*
Indigenas fixurus apros, tergumqúe premebat
Acris equi, leuáque hastilia bina gerebat.
Phœniceam fuluo chlamydem comprensus ab auro,
Venerat in syluas, & filia. Solis easdem:
Vtqúe nouas legeret fœcundis collibus herbas,
Ab amore *Nomine dicta suo Circæa reliquerat arua.*
Circes erga Picum. *Quæ simul ac iuuenem virgultis abdita vidit,*
Obstupuit, cecidere manu, quas legerat herbas,
Flammáque per totas visa est errare medulas.
Vt primùm valido mentam collegit ab æstu,
Quid cuperet, fassura fuit, ne posset adire,
Mimesis. *Cursus equi fecit, circumfusúsque satelles.*
Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modò me noui, si non euanuit omnis,
Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.
Dixit, & effigiem nullo cum corpore, falsi
A veneficio *Finxit apri, prætérque oculos transcurrere regis.*
Circes. *Iussit, & in densum trabibus nemus ire videri,*
Plurima qua sylua est, & equo loca peruia non sunt
Haud mora, continuò prędæ petit inscius vmbram

Pic

Picus, equiqúe celer spumantia terga relinquit,
Spémque sequens vanam, sylua pedes erat in alta.
Concipit illa preces, & verba precantia dixit,
Ignotósque deos, ignoto carmine adorat,
Quo solet & niueæ vultum confundere Lunę,
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
Tunc quoque cantato dansatur carmine cœlum,
Et nebulas exhalat humus, cęcisqúe vagantur
Limitibus comites, & abest custodia * Regi.
Nacta locum, tempúsque per, ô, tua lumina (dixit)
Quæ mea crêarũt, perq; hanc pulcherrime formam.
Quę facit, vt supplex tibi sim dea, consule nostris
Ignibus, & socerum, qui pręuidet omnia, Solem
Aspice, nec durus Titanida despice Circen.
Dixerat, ille ferox, ipsamqúe, precésque repellit.
Et quęcúnque es, ait, non sum tuus, altera captum
Me tenet, & teneat per longum comprecor æuum.
Nec Venere externa socialia fœdera lędam,
Dum mihi Ianigenam seruabunt fata Canentem.
Sed retentatis precibus Titania frustra,
Non impune feres, neque, ait, reddere Canenti.
Quisq; quid faciat, quid amans, quid fœmina, disces
Vbus, ait, sed amans, & lęsa, & fœmina Circe est.
Cum bis ad occasum, bis se conuertit ad ortum,
Per iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit,
Refugit, sed se solito velocius ipse
Vrere miratus, pennas in corpore vidit,
Quæ nouam subitò Latijs accedere syluis,
Indignatus auem, duro fera robora rostro
Ferit, & iratus, longis dat vulnera ramis.

A vi veneficij.
Petitio per obtestationem.
Pathos.
* Regis.
Ab vtili arguit.
* Accipe.
Mimesis.
Ratio.
A voto.
Exẽplum constantis amoris.
Mimesis.
Indignatio.
A veneficijs Circes.
Picꝰ à Circe mutatur in auẽ sui noĩs.
Collatio.
Alludit ad naturãauis

Purpureum

Purpureum chlamydis penna traxêre colorem.
Fibula quod fuerat, vestémque momorderat, aurum,
Pluma fit, & fulvo cervix præcingitur auro,
Nec quidquam antiquum Pico, nisi nomina, restat.
Occasio alterius fabulæ.
Interea comites, clamato sæpè per agros,
Nequidquam Pico, nullâque in parte reperto,
Inueniunt Circen, nam iam temuauerat auras.
Passaq; erat nebulas ventis, ac sole resolui,
Criminibusq; premunt veris, regémque reposcunt,
Vimq; ferunt, seuisq; parant incessere telis.
Rursus ad venefica confugit.
Illa nocens spargit virus, succosq; veneni,
Et noctem, noctuq; deos, Erebonq;, Chaonq;
Conuocat, & longis Hecaten vlulatibus orat.
*exiluêre loco (dictu mirabile) *sylua,*
Satellites Pici in animalia.
Ingemuitque solum, vicinâque) palluit arbor,
*Sparsaque sanguineis *rubuêrunt pabula guttis,*
*maduêrunt
Et lapides visi mugitus edere raucos,
Et latrare canes, & humus serpentibus atris
Squallere, & tenues anima volitare videntur.
*cliêtum
*Attonitum monstris vulgus pauet, illa *pauentem*
Ora venenata tetigit minantia virga,
Cuius ab attactu variarum monstra ferarum
In iuuenes veniunt, nulli sua manſit imago.
*Sparserat *Presserat occiduus Tartheſia littora Phœbus,*
Topographia.
Et frustrà coniux oculis, animóque Canentis,
Expectatus erat, famuli, populusq; per omneis
Aliafabula.
Discurrunt syluas, atque obuia lumina portant.
Nec satis est, Nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem, facit hæc tamen omnia, seque
Proripit, ac latos errat vesana per agros.

Sex illam noctes, totidem redeuntia solis,
Lumina vidêrunt, inopem somniq́, cibiq́,
Per iuga, per valles, qua sors ducebat, euntem.
Vltimus aspexit fessam luctuq́s, viaq́e,
Tybris, & in gelida ponentem corpora ripa:
Illic cùm lacrymis ipsos modulata dolores,
Verba sono tenui mœrens fundebat, vt olim
Carmina iam moriens canit exequialia Cycnus.
Luctibus extremum tenueis liquefacta medullas
Tubuit, inq́e leueis paulatim euanuit auras.
Fama tamen signata loco est, quem rite Canentem
Nomine de Nympha veteres dixêre coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Visaq́ sunt, resides, & desuetudine tardi
Rursus inire fretum, rursus dare vela iubemur,
Ancipitésque vias, & iter Titania vastum
Dixerat, & sæui restare pericula ponti.
Pertimui, fateor, nactusq́ hoc littus, adhæsi.
Finierat Macareus, vrnáque Æneia nutrix
Condita, marmoreo tumulo, breue carmen habebat.
Hic me Caietam nota pietatis alumnus
Reptam Argolico, quo debuit igne, cremauit.
Soluitur herboso relegatus ab aggere funis,
Et procul insidias, infamataq́, relinquunt,
Cælia dea, lucósque petunt, vbi nubilus vmbra,
Et mare * cum silua prorumpit Tybris arena,
Finitimaq́, domo petitur, natáque Latini,
Non sine Marte, tamen bellum cum gente feroci
Incipitur, pactáque furit pro coniuge Turnus.
Discurrit Latio Tyrrhenia tota, diúque

Pathos. A tempore & loco.

Canens in auram.

Epilogus totius huius vitæ expositionis.

Transitus.

Epitaphium & sepulcrum Caietæ.

Topographia. A caussa.

* commissa & conuulta.

Ardua

A magnitudine belli.

Ardua ſollicitis victoria quæritur armis,
Auget vtérque ſuas externo robore vires,
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Caſtra: neque Æneas Euandri ad mœnia fruſtrà.

Diomedes Periſtaſis.

At Venulus fruſtrà profugi Diomedis ad vrbem
Venerat. Ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliáque arua tenebat.

periphraſis Diomedis.

Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit,

Recuſatio.

Auxilium petijt, vires Aetolius heros

Ab impoſſibili.

Excuſat, nec ſe aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos, aut quos è gente ſuorum

Turnus Rutulorũ Rex cõtra.

Armet habere vllos, néue hæc commenta putetis,
Admonitu quanquam luctus renouentur amari,

Propoſitione narrantur errores Diomedis, vt interim aliam fabulam recenſeat.

Perpetiar memorare tamẽ, poſtquã alta cremata ſ
Ilios, & Danaas pauêrunt Pergama flammas:
Neritiúſque heros à virgine, virgine rapta,

*dificcit

*Quam meruit pœnam ſolus * digeſſit in omnes.*
Spargimur, & ventis inimica per æquora rapti,
Fulmina, noctem, imbrem, iram, cœliqúe, mariſqúe

Diomedis errores.

Perpetimur Danai, cumulumqúe Capharea cladis
Néue morer referens triſtes ex ordine caſus,
Græcia tum potui Priamo flenda videri.
Me tamen armifera ſeruatum cura Minerua,
Fluctibus eripuit, patrijs, ſed rurſus ab agris
Pellor, & antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus, tantóſque per alta labores,
Æquora ſuſtinui, tantos terreſtribus armis,

Collatio.

Vt mihi felices ſint, illi ſæpè vocati:

Qui

Quos communis hiems, importunusq́ Capharem
Mersit aquis, vellémque horum pars vna fuisse.
Vltima iam passi comites, bellóque, fretóque,
Deficiunt, finémque rogant erroris, at Agmon
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asper,
*Quid superest, quod iam patientia * nostra recusit*
Ferre viri? dixit, quid habet Cytheraa quod vltra
Velle puta faciat? Nam dum peiora timentur,
Est locus in voto, sors autem vbi pessima rerum est,
Sub pedibus timor est, secura summaque malorum.
Audiat ipsa, licet, & quod facit, oderit omneis
Sub Diomede viros, odium tamen illius omnes
Spernimus, & magno stat magna potentia nobis.
Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon
*Instimulat verbis, *veteremq́ resuscitat iram.*
Dicta placent paucis. Numeri maioris amici
Agmona corripimus, cui respondere volenti,
Vox pariter, vocísque via est tenuata, comaq́,
In plumas abeunt, plumis quoque colla teguntur,
Pectoraq́, & tergum, maiores brachia pennas
*Accipiunt, cubitiq́ leueis * sinuantur in alas,*
Magna pedis digitos pars occupat, oraq́ cornu
Indurata rigent, finémque in accumine ponunt.
*Hunc Lycus, hũc * Idas, & cũ Rethenore Nycteus,*
Hunc miratur Abas, & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem, numerusq́ ex agmine maior
Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.

Exemplũ temeritatis Indignatio contẽptus & ferociæ plena.

*vestra Concessio.

*Stimulisque.

Socij Diomedis in aues Diomedeas.

*tenuãtur vel curuantur.

*Iolis.

προκατάληψις percontationis. De hisce autem [illegible]ibus consule Plinium liber. 30. cap. 44.

Si volucrum quæ sit dubiarum forma requiris,

Vt non cycnorum, sic albis proxima cycnis.
Vix equidem has sedes, & Iapygis arida Daunī
Arua gener teneo, minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides, Venulus Calydonia regna,
Præparatio ad aliam fabulam. *Peucetiosq; sinus, Messapiáque arua reliquit,*
In quibus antra videt, quæ multa nubila sylua,
Et leuibus guttis manantia, semicaper Pan
A loco Pan. *Nunc tenet, at quodam tenuêrūt tẽpore Nymphæ*
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit, & primo subita formidine mouit.
Mox vbi mens rediit, & contempsêre sequentem,
Ad numerum motis pedibus duxêre choreas.
Exemplū castigatæ impudētis rusticitatis *Improbat has pastor, saltuq; imitatus agrestis,*
Addidit obscœnis conuitia rustica dictis,
Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbor.
Reditus Troianorū *Arbor enim est, succoq; licet cognoscere mores.*
Quippe notam linguæ, baccis oleaster amaris
Exhibet, asperitas verborum cessit in illas.
Turnus in Aeneam. *Hinc vbi legati redière, negata ferentes*
Arma Ætola sibi, Rutuli sine viribus illis
Bella infausta gerunt, multumq; ab vtráque cruor
Occasio alterius fabulæ. *Parte datur, fert ecce auidas in pinea Turnus*
Tecta faces, ignésque timent, quibus vnda peperci
Iámque picem, & ceras, alimentaq; cætera flammæ
Mulciber vrebat, pérque altum ad carbasa malus
Ibat, & incurua fumabant transtra carinæ:
Cùm memor has pinus, Idæo vertice cæsas,
Sancta deûm genitrix tinnitibus æthera pulsi
Æris, & inflati compleuit murmure buxi.
Hipallage. *Perq; leues domitis inuecta leonibus auras,*

Irri-

Irrita sacrilega iactas incendia dextra
Turne, ait. Eripiam, nec, me patiente, cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorum. Ratio.
Intonuit dicente dea, tonitrumque secuti,
Cum saliente graues cecidêrunt grandine nimbi,
Aëraq́, & tumidum subitis concursibus æquor
Astræi fratres, venti sunt, Astræi gygantis, & Auroræ filij.
Astræi turbant, & eunt in prælia, fratres.
E quibus alma parens vnius viribus vsa,
*Stupea prærumpit Phrygiæ retinacula *classis,* *Puppis.
Fertq́, rates pronas, mediòque sub æquore mergit.
Robore mollito, lignóque in corpora verso,
In capitum facies, puppes mutantur aduncæ.
In digitos abeunt, & crura natantia remi,
Quodq́, sinus fuerat, latus est, medijsq́, carina
*Subdita nauigijs, spinæ * mutantur in vsum.* * mutãtur Naues Aeneæ in Nymphas.
Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cærulus, vt fuerat, color est, quásque antè timebant,
Illas virgineis exercent lusibus vndas.
*Naiades æquoreæ, *durisq́, in montibus ortæ,* *summis
Molle fretum celebrant, nec eas sua tangit origo. Antithetõ elegans.
*Non tamen oblitæ, quàm multa pericula *sæuo* Pathos.
Pertulerint pelago, iactatis sæpè carinis, *sæpe
Supposuêre manus, nisi si qua vehebat Achiuos. Ab alia fabula.
Cladis adhuc Phrygiæ memores, odêre Pelasgos,
Naritiæq́, ratis vidêrunt fragmina lætis Nauis trãsformatur.
*Vultibus, & lætis vidêre rigescere * puppem*
Vultibus Halcioni, saxumq́, increscere ligno. *puppe.
Spes erat in Nymphas animata classe marinas,
Posse metu monstri Rutulum desistere bello.

Vt non cycnorum, sic albis proxima cycnis.
Vix equidem has sedes, & Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo, minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides, Venulus Calydonia regna,
Præparatio ad aliam fabulam. *Peucetiosq; sinus, Messapiáque arua reliquit,*
In quibus antra videt, quæ multa nubila sylua,
Et leuibus guttis manantia, semicaper Pan
A loco Pan. *Nunc tenet, at quodam tenuêrũt tẽpore Nymphæ*
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit, & primò subita formidine mouit.
Mox vbi mens rediit, & contempsêre sequentem,
Ad numerum motis pedibus duxêre choreas.
Exemplũ castigatæ impudẽtis rusticitatis *Improbat has pastor, saltnq; imitatus agresti,*
Addidit obscœnis conuitia rustica dictis,
Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbor.
Redita Troianorũ *Arbor enim est, succoq; licet cognoscere mores.*
Quippe notam linguæ, baccis oleaster amaris
Exhibet, asperitas verborum cessit in illas.
Turnus in Aenean. *Hinc vbi legati rediêre, negata ferentes*
Arma Ætola sibi, Rutuli sine viribus illis
Bella infausta gerunt, multumq; ab vtráque cruore
Occasio alterius fabulæ. *Parte datur, fert ecce auidas in pinea Turnus*
Tecta faces, ignésque timent, quibus vnda pepercit.
Iámque picem, & ceras, alimentaq; cætera flammæ
Mulciber vrebat, pérque altum ad carbasa motus
Ibat, & incurua fumabant transtra carina:
Cùm memor has pinus, Idæo vertice cæsas,
Sancta deûm genitrix tinnitibus æthera pulsi
Æris, & inflati compleuit murmure buxi.
Hipallage: *Perq; leues domitis inuecta leonibus auras,*

ita ſacrilega iactas incendia dextra
rne, ait. Eripiam, nec, me patiente, cremabit
is edax nemorum partes, & membra meorum. Ratio.
monuit dicente dea, tonitrumque ſecuti,
m ſaliente graues cecidêrunt grandine nimbi,
iraq́, & tumidum ſubitis concurſibus æquor
Aſtræi fratres, venti ſunt, Aſtræi gygantis, & Auroræ filij.
Aſtrei turbant, & eunt in prælia, fratres.
quibus alma parens vnius viribus vſa,
*ſpea prærumpit Phrygiæ retinacula * claſſis,* *Puppis.
rtq́, rates pronas, medióque ſub æquore mergit.
bore mollito, lignóque in corpora verſo,
capitum facies, puppes mutantur aduncæ.
digitos abeunt, & crura natantia remi,
modq́ ſinus fuerat, latus eſt, mediiſq́, carina
*bdita nauigijs, ſpina * mutantur in vſum.* * mutãtur Naues Aeneæ in Nymphas.
na coma molles, antennæ brachia fiunt.
rulus, vt fuerat, color eſt, quáſque antè timebant,
u virgineis exercent luſibus vndas.
*aiades æquoreæ, *duriſq́, in montibus orta,* *ſummis
olle fretum celebrant, nec eas ſua tangit origo. Antithetõ elegans.
*un tamen oblita, quàm multa pericula * ſæuo* Pathos.
ntulerint pelago, iactatis ſæpè carinis, *ſæpe
poſuêre manus, miſi ſi qua vehebat Achiuos. Ab alia fabula.
dis adhuc Phrygiæ memores, odêre Pelaſgos,
uritiaq́ ratis vidêrunt fragmina latis Nauis trãſformatur.
*ltibus, & latis vidêre rigeſcere * puppem* "puppe.
ltibus Halcioni, ſaxumq́ increſcere ligno.
s erat in Nymphas animata claſſe marinas,
e metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.

Perstat, habetq́ deos pars vtraq́, quodq́ deorum
Instar habent animos, nec iam dotalia regna,
Nec sceptrum soceri, nec te Lauinia virgo,
Sed vicisse petunt, deponendiq́ pudore
Bella gerunt, tandemq́ Venus victricia nati
Turnus ab Aenea superatur. *Arma videt, Turnúsque cadit, cadit Ardea, Tur*
Sospite, dicta potens, quam postquam barbarus en
Abstulit, & trepida patuêrunt tecta fauilla,
Ardea in auem. *Congerie è media tum primùm cognita præpes*
Subuolat, & cineres plausis euerberat alis
Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Apotheosin Aeneæ poëta describit. *Quæ deceant vrbem, nomen quoque mansit in*
Vrbis, & ipsa suis deplangitnr Ardea pennis.
Iamq́ deos omnes, ipsamq́ Æneia virtus
Iunonem veteres finire coëgerat iras,
* coërcuit. *Cùm bene fundatis opibus crescentis Iuli,*
Tempestiuus erat cælo Cythereius heros,
Ambieratq́ Venus superos, collóque parentis
Petitio Veneris pro filio. *Circumfusa sui, nunquam mihi, dixerat, vllo*
Tempore dure pater, nunc sis mitissimus opto,
Æneaqúe meo, qui te de sanguine nostro
A iusto. *Fecit auum, quamuis paruum, des optime, numen,*
Dummodò des aliquid, satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel îsse per annos.
Assensere dei, nec coniunx regia vultus
Immotos tenuit, placatoq́ annuit ore.
Tum pater, est is, ait, cælesti numine dignus,
A gratiarũ actione. *Quæq́ petis, pro quóq́ petis, cape nata, quod opta*
Fatus erat, gaudet, gratésque agit illa parenti,
Perq́ leueis auras iunctis iuncta columbis,

Litt

ittus adit Laurens, vbi tectus arundine serpit
n freta flumineis vicina Numicius vndis. A loco
Hunc iubet AEneæ, quæcunq́ obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu.
Corniger exequitur Veneris mandata, suisqúe,
Quidquid in AEnea fuerat mortale, repurgat,
Et respersit aquis, pars optima restitit illi,
Lustratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit, & ambrosia cum dulci nectare mixta
Contigit os, fecitque deum, quem turba Quirini
Nuncupat indigetem, templóque, arisq́ recepit. Aeneã post apotheosin deum indigentem vocant.
Inde sub Ascanij ditione binominis Alba,
Resq́ Latina fuit, successit Syluius illi,
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro, clarus subit Alba Latino,* Alba binominis.
Epitus ex illo, post hunc Capetusq́, Capysqúe. *ecce Tyberis.
Sed Capys antè fuit, regnum Tyberinus ab illis
Cepit, & in Thusci demersus fluminis vndis Periphrasis.
Nomina fecit aquæ, de quo Remulusqúe, feroxq́ Albulæ.
Acrota sunt geniti, Remulus maturior annis,
Fulmineo perijt, imitator fulminis, ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino, qui quo regnârat, eodem
Monte iacet positus, tribuitq́ vocabula monti. Auentinus mons.
Iamq́ Palatina summam Proca gentis habebat. Ab alia fabula.
Rege sub hoc Pomana fuit, qua nulla Latinas
Inter hamadriadas coluit solertius hortos, Pomonr.
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus, A studio puellæ.
Vnde tenet nomen, non syluas illa, nec amnes,
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes. Arguit à nomine.

Nec iaculo grauis est, sed aduncа dextra falce,
Qua modò luxuriem premit, & spatiantia passim
Brachia compescit, fisso modo cortice lignum
Inserit, & succos alieno praestat alumno.
Nec sentire sitim patitur, bibulaq; recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
Hic amor, hoc studiũ, Veneris quoq; nulla cupido est.
Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit
Intus, & accessus prohibet, refugitq; viriles.
Ab animã tium numero. *Quid non & Satyri, saltatibus apta iuuentus,*
Fecêre? & pinu praecincti cornua Panes?
Silenúsque suis semper iuuenilior annis,
Quiq; deus fures, vel falce, vel inguine terret,
Periphrasis Priapi. *Vt potirentur ea? Sed enim superabat amando*
Hos quoque Vertumnus, neque erat felicior illis.
Vertũnus. *O quoties habitu duri messoris aristas*
Collatio. *Corbe tulit, veriq; fuit messoris imago.*
Admiscet obiter Vertũni mutationem in anum. *Tempora sapè gerens, fœno religata recenti,*
Desectum poterat gramen versare videri.
Sapè manu stimulos rigida portabat, vt illum
Iurasses fessos modò distunxisse iuuencos.
Falce data frondator erat, vitisq; putator,
Induerat scalas, lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.
Deniqúe, per multas aditum sibi sapè figuras
hypotyposis *Repperit, vt caperet spectata gaudia forma.*
Collatio. *Ille etiam picta redimitus tempora mitra,*
Innitens baculo positis, per tempora canis,
Assimulauit anum: cultósque intrauit in hortos,
*peritior *Pomáque mirata est, tantóque potentior, inquit,*

Om-

mnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis, Salutatio
ne virginei flos intemerate pudoris. officiosa &
ucáque laudata dedit oscula, qualia nunquam benevolen-
ra dedisset anus, glebáque incurua resedit, tiæ plena
piciens pandos autumni pondere ramos.
mus erat, contrà speciosa nitentibus vuis,
uam socia postquam pariter cum vite probauit, A similibus præludit ad laudandas & persuadēdas nuptias
i si staret, ait, cœlebs sine palmite truncus,
il prater fronder, quare peteretur, haberet.
ec quoque quæ iuncta vitis requiescit in vlmo,
non iuncta foret, terræ acclinata iaceret.
utamen exemplo, non tangeris arboris huius, Applicatio
incubitusq; fugis, nec te coniungere curas. Collatio.
itq; vtinam velles, Helene, non pluribus esses
llicitata procis, nec quæ Lapithæa mouit Periphrasis
ralia, nec coniux timidi, atque audacis Vlyssei. Hippodamiæ.
unc quoq; cùm fugias, auersérisq; petentes,
ille viri cupiunt, & semideique, deique,
quacunq; tenent Albanos numina montes.
d tu, si sapies, si te benè iungere, anumq;
anc audire voles, quæ te plus omnibus illis, Monitio.
us quàm credis, amo, vulgares reijce tædas,
rtumnumq; thori socium tibi delige, pro quo
e quoq; pignus habe. Neq; enim sibi notior ille est, Arguit ab vtili.
uàm mihi, nec toto passim vagus errat in orbe.
ec loca magna colit, nec vti pars magna procorum
uam modò vidit, amat, tu primus, & vltimus illi
rdor eris, soliq; suos tibi deuouet annos.
dde quod est iuuenis, quod naturale decoris Ab ætate.
unus habet, formasq; aptè fingetur in omneis, A forma.

Et quod erit iussum (iubeas licet omnia) fiet.

Ab opibus *Quid quod amatis idē? quod quæ tibi poma colūtur*
Primus habet? lætáque tenet tua munera dextra?
Sed neque iam fœtus desiderat arbore demptos,
Nec quas hortus alit, cum succis mitibus herbas.
Nec quidquam nisi te, miserere ardentis, & ipsum.

A pœnis spreti amoris. *Quod petit, ore meo præsentem crede precari.*
Vltoréſque deos, & pectora dura perosam
Idaliam, memorémque time Rhamnusidis iram.

Occasio alterius fabulæ quæ exempli loco Pomonæ recitatus. *Quóq; magis caueas (etenim mihi multa vetustas*
Scire dedit) referam tota notissima Cypro
Facta, quibus flecti facile, & mitescere possis.
Viderat à veteris generosam sanguine Teucri
Iphis. *Iphis Anaxareten, humili de stirpe creatus,*
Viderat, & totis perceperat ossibus ignes,
Luctatusq; diu, postquàm ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit,
Et modò nutricis miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes orauit alumna.
Et modò de multis alicui blanditur amicis,
Sollicita petijt propensum voce fauorem.

Antithetō. *Sapè ferenda dedit blandis sua verba tabellis.*
Interdum madidas lacrymarum ore coronas

Cōparatio. *Postibus intendit, posuitq; in limine duro*
Molle latus, tristisq; sera conuitia fecit,
Saeuior illa freto surgente, cadentibus hœdis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignū,
Et saxo, quod adhuc viuum radice tenetur.

Querela Pathetica. *Spernit, & irridet, factisq; immittibus addit*
Verba superba ferox, et spe quoq; fraudat amantē

No

Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, & ante fores, hac verba nouissima, dixit.
Vincis Anaxarete, neque erunt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei, lætos molire triumphos,

Alludit ad Romanorum consuetudinem, qua triumphantes laureati incedebant.

Et Pœana voca, nitidáque incingere lauro.
*Vincis * enim, moriórque libens, age ferrea gaude.* * ait.
Certè aliquid laudare mei cogeris, eritqúe,
Quo tibi sim gratus, meritúmque fatebere nostrum.
Non tamen antè mihi curam excessisse memento,
Quàm vitã, geminaq́ simul mihi luce carẽdum est.
Nec tibi fama mei ventura est nuntia lethi,
Ipse ego, ne dubites, adero, præsensq́ videbor
Corpore, vt exanimi crudelia lumina pascas.
Si tamen, ô, superi, mortalia facta videtis: A voto.
Este mei memores, nihil vltrà lingua precari
Sustinet, & longo facite vt narremur in æuo.
Et quæ dempsistis vitæ, date tempora famæ. Pathos.
Dixit, & ad postes, ornatos sæpè coronis, Mimesis.
Humentes oculos, & pallida brachia tollens,
Cùm foribus laquei religarat vincula summis,
Hæc tibi serta placent, crudelis, & impia, dixit, hypotyposis
Inseruitq́ caput, sed tum quoq́ versus ad illam est,
Atque onus infelix elisa fauce pependit.
Ista pedum motu trepidãtum, & multa gementum,
Visa dedisse sonum est, adapertaq́ ianua factum
Prodidit, exclamant famuli, frustraq́ leuatum,
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris. A consequentibus mortem.
Accipit illa, sinu, complexaq́ frigida nati

Membra sui, postquam miserorum verba parentum
Edidit, & matrum miserarum facta peregit,
Funera ducebat mediam lacrymosa per vrbem,
Exẽplum vindicatæ crudelitatis & superbiæ. Mimesis. *Luridáque arsuro portabat membra pharetro.*
Fortè via vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa, fuit, duraq; sonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes, quam iam deus vltor agebat.
Mota tamen: videamus, ait, miserabile funus,
Et patulis inyit tectum sublime fenestris.
Vixq; bene impositum lecto prospexerat Iphim:
Diriguêre oculi, calidusq; è corpore sanguis,
Anaxarete puella in saxum. *Inducto pallore fugit, conatáque retrò*
Ferre pedes, hæsit conata auertere vultus,
Hoc quoque non potuit, paulatimq; occupat artus,
Approbatio à testimonio. *Quod fuit in duro iampridem corpore, saxum.*
Neue ea ficta putes, domina sub imagine signum
Applicat exẽplum à voto. *Seruat adhuc Salamis, Veneris quoq; nomine tẽplũ,*
Prospicientis habet, quorum memor, ô, mea, lentos
Pone (precor) fastus & amanti iungere Nympha.
Vertũnus in varias formas. *Sic tibi, nec vernum nascentia frigus adurat*
Poma, nec excutiant rapidi florentia venti.
Comparatione amplificat. *Hæc vbi nequidquam formas deus aptus in omneis*
Edidit, in iuuenem rediitq;, & anilia demit
Instrumenta sibi, talisque apparuit illi,
Amulius Numitor redit ex lõga digressione ad reges. *Qualis vbi oppositas nitidissima solis imago*
Euicit nubes, nullaque obstante reluxit,
Vimq; parat (sed vi non est opus) inque figura
**Capta dei Nympha est, & mutua vulnera sensit.*
Proximus Ausonias iniusti miles Amuli,
Rexit opes, Numitórque senex amissa nepotum

Munere

Munere regna capit, festisq́; Parilibus vrbis Albanos.
Mœnia conduntur. Tatius, patresq́; Sabini, Tatius.
Bella gerunt, arcisqúe via Tarpeia reclusa,
*Dignam animam pœna congestis, *exuit armis.* *edidit
Inde sati Curibus, tacitorum more luporum, Collatio.
Ore premunt voces, & corpora victa sopore
Inuadunt, portásque petunt, quas obice firmo
Clauserat Iliades. Vnam tamen ipsa reclusit,
Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit, A necessitate.
Et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam,
*Dijs licet acta deûm. Iano loca * cuncta tenebant* *iuncta
Naiades, Ausoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium, nec Nymphæ iusta petentem
Sustinuêre deam, venásque & flumina fontis
Elicuêre sui, nondum tamen inuia Iani,
Ora patentis erant, nec iter præcluserat vnda. Aquæ frigidę in calidas mutantur.
Lurida supponunt fœcundo sulphura fonti,
Incendúntque cauas fumante bitumine venas.
Viribus his, alijsqúe vapor, penetrauit ad ima
Fontis, & Alpino modò quæ certare rigori,
Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipsis.
Flammifera gemini fumant aspergine postes,
Portáque nequidquam rigidis promissa Sabinis,
Fonte fuit prestructa nouo, dum Martius arma
*Induerat miles, *quæ postquam Romulus vltrò* *quem
Obtulit, & strata est tellus Romana Sabinis
Corporibus, strata estqúe suis, generiqúe cruorem
Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis:
Pace tamen sisti bellum, nec in vltima ferro

Decer-

Decertare placet, Tatiumq; accedere regno.
Occiderat Tatius, populisq; æquata duobus
Romule iura dabas, posita cum casside Mauors,
Apostrophe *Talibus affatur diuûmq; hominumq; parentem.*
Petitio. *Tempus adest genitor (quoniam fundamine magno*
A iusto. *Res Romana valet, & præside pendet ab vno)*
Pramia iam promissa mihi, dignóque nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere cœlo.
A testibus confirmat promissa. *Tu mihi consilio quondam præsente deorum*
(Nam memoro, memoriq; animo pia verba notaui)
Vnus erit, quem tu tolles ad sydera cœli,
Dixisti, rata sit verborum summa tuorum.
Annuit omnipotens, & nubibus aëra cæcis,
*Vrbem *Occuluit, tonitruq;, & fulgure terruit *orbem.*

Lege Liu. libr. 1 ab vrbe condita. Nam ad concionem illam Romuleam, & tempestatem subortam alludit Poëta.

Quæ sibi promissa sensit data signa rapinæ,
Innixusq; hasta pressos temone cruento,
Romulus in deum Quirinũ. *Impauidus conscendit equos Gradiuus, & ictu*
Verberis increpuit, pronumq; per aëra lapsus
Constitit in summo nemorosi colle palati,
Reddentémque suo, non regia iura Quiriti
Amplificat collatione. *Abstulit Iliaden: corpus mortale per auras*
*Dilapsum tenueis, vt * lata plumbea funda,*
Missa solet medio glans intabescere cœlo.
Captat beneuolentiam. *Pulchra subit facies, & puluinaribus altis,*
Dignior est, qualis trabeati forma Quirini.
Flebat, vt amissum, coniux, cum regia Iuno
A persona Hersiliæ. *Irin ad Hersiliam descendere limite curuo*
Imperat, & vacuæ sua sic mandata referre.

O & de Latio, ô, & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus, dignissima tanti
Ante fuisse viri comux, nunc esse Quirini,
Siste tuos fletus, & si tibi cura videndi Cõsolatio.
Coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirino,
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.
Paret, & in terram pictos delapsa per arcus, Petitio
Hersiliam iussis compellat vocibus Iris. Hersiliæ.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu, Pathos.
O dea (namq; mihi nec quæ sis, dicere promptum est,
Et liquet esse deam) duc, ô duc, inquit, & offer
Coniugis ora mihi, quem si modò posse videre
Fata semel dederint, cœlum accepisse videbor.
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantea
Ingreditur colles: ibi sydus ab æthere lapsum,
Decidit in terras, è cuius lumine flagrans,
Hersiliæ crinis, cum sydere cessit in auras.
Hanc manibus notis Romana conditor vrbis,
Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen, Hersiliæ in
Mutat, Orámque vocat, quæ nunc dea iuncta Qui- Oramdea.
rino est.

FINIS LIB. XIIII.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIB. XV.

Aptè continuatur cum superiore narratione, nempe Romuli deificatione, cùm mox de iure successionis noui regis agitatum sit.

Quaritur interea, quis tanta pondera molis
Sustineat? tantóque queat succedere regi? (veri
Destinat imperio clarum prænuntia

Numa Põpilius. *Fama Numam, non ille satis cognôsse Sabina*
Gentis habet ritus, animo maiora capaci
Astudio. *Concipit, & quæ sit rerum natura, requirit.*
Percunctatio. *Huius amor curæ, patria, Curibusq; relictis,*
Numæ, est que occasio nouæ fabulæ. *Fecit, vt Herculei penetraret ab hospitis vrbem.*
Graia quis Italicis autor posuisset in oris,
Mœnia quærenti, sic è senioribus vnus,
Rettulit indigenis, veteris non inscius æui.
Dines ab oceano bobus Ioue natus Iberis,
Littora felici tenuisse Lacinia cursu,
Fertur, & armento teneras errante per herbas,
Ipse domum magni, nec inhospita tecta Crotonis,
Intrâsse, & requie longum releuâsse laborem,
Atque ita discedens, auo, dixisse, nepotum
Mycilus capiti reus factus. *Hic locus vrbis erit, promissaque vera fuêrunt.*
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam,
Mycilus, illius dysq; acceptissimus æui.

Hun

Hunc super incumbens, pressum grauitate soporis, Apostrophe
Clauiger alloquitur, lapidosas Æscris vndas Mimesis.
I pete diuersi, patrias age desere sedes,
Et nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.
Postea discedunt pariter, somnusque, deusque.
Surgit Alemonides, tacitaq; recentia mente
Visa refert, pugnátque diu sententia secum. A periculo
Numen abire iubet, prohibent discedere leges;
Pœnaq; mors posita est, patriam mutare volenti:
Candidus oceano nitidum caput abdiderat sol,
Et caput extulerat densissima sydereum nox.
Visus adesse idem deus est, eademq; monere, A iudicio Mycili.
Et nisi paruerit, plura, & grauiora minari. Deprecatio Mycili.
Pertimuit, patriumq; simul transferre parabat, Aetiologia
In sedes penetrale nouas. Fit murmur in vrbe, A consuetudine iudicandi.
Spretarumq; agitur legum reus, vtq; vetacta est * lata suffragia lata per lapillos.
Caussa prior, crimenq; patet sine teste probatum,
Squallidus ad superos tendens reus ora, manusq;,
O cuius cœlum bis sex fecêre labores,
Per precor (inquit) opem, nã tu mihi criminis autor
Mos erat antiquis niueis, atrisque, lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpã.
*Tunc quoq; sic * data est sententia tristis, & omnis* Absoluitur, propter calculorũ nigrorum mutationem incãdidos.
Calculus immitem demittitur ater in vrnam,
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,
Omnibus è nigro, color est mutatus in album,
Candidáque Herculeo sententia numine facta,
Soluit Alemoniden, grates agit ille parenti
Amphitryoniade, ventisq; fauentibus æquor, Ab itinere Mycili.
Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentum

Præterit,

Præterit, & Sybarim, Salentinumq; Neathum,
Thurinosq; sinus, * Emesenq; & Iapygis arua.
Vixq; pererratis quæ spectant littora terris,
Inuenit Æserei fatalia fluminis vnda.
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus, iussaq; ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in vrbem.
Talia constabat certa primordia fama
Esse loci, positaq; Italis in finibus vrbis.
Vir fuit hic ortu Samius, sed fugerat vnà
Et Samon, & dominos, odioq; tyrannidis exul
Sponte erat, isque, licet cœli regione remotus,
Mente deos adit, & quæ natura negabat
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.
Cumq; animo, & vigili perspexerat omnia cura,
In medium discenda dabat, cœtumq; silentum,
Dictaq; mirantum magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura, docebat,
Quid deus, vnde nines, quæ fulminis esset origo,
Iuppiter, an venti discussa nube tonarent.
Quid quateret terras, quæ sydera lege mearent,
Et quodcunq; latet, primusq; animalia mensis
Arguit imponi, primus quoque talibus ora
Docta quidem soluit, sed non & credita verbis.
Parcite mortales, dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidaq; in vitibus vua.
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma,
Molliriq; queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.

Prodig

Temesenque, A loco.

Epilogus fabulæ.

Personæ descriptio. A studio.

De silentio & dogmate Pythagoræo cõsule Gellũ.

A dogmatibus,

Mi nesis. Admonitionis Pythagoricæ. Ratio.

Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus
Suggerit, atque epulas sine cade, & sanguine præbet. Ab exemplo animalium multorum.
Carne feræ fœdant ieiunia, nec tamen omnes.
Quippe equus, & pecudes, armentaq; gramine viuũt
*At quibus ingenium est immansuetumq;, ferumq;, *in
Armenia tygres, iracundiq; leones,
Cumq; lupis, vrsi, dapibus cum sanguine gaudent. Detestatur esum carnium à turpitudine.
Heu quantum scelus est, in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pingescere corpore corpus,
Alterius q; animantem animantis viuere letho,
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te nisi tristia mandere sæuo Collatiuncula.
Vulnera dente iuuat? *rituq; referre Cyclopum? *rictusq;
Nec nisi perdideris alium, placare voracis,
Et malè morati poteris ieiunia ventris?
At vetus illa ætas cui fecimus Aurea nomen, Ab exemplo prioris ætatis.
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouêre per aëra pennas,
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis,
Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.
Cuncta sine insidijs, nullamq; timentia fraudem,
Plenaq; pacis erant, postquam non vtilis autor Indignabũdus hæc.
Victibus inuidit (quisquis fuit ille deorum)
Corporeasq; dapes auidam demersit in aluum,
Fecit iter sceleri, primoq; è cæde ferarum
Incaluisse *potest maculatum sanguine ferrum. *putes.
Idq; satis fuerat, nostrumq; petentia lethum
Corpora missa neci, salua pietate, fatemur.
Sed quàm danda neci, tàm non epulanda fuêrunt.

Longius inde nefas abijt, & prima putatur
Sus prima hostia. *Hostia sus meruisse mori, quia semina pando*
Eruerit rostro, spemq; interceperit anni.
Caper. *Vite Caper morsa Bacchi mactatus ad aras*
Dicitur vltoris, nocuit sua culpa duobus.

Apostrophe pathetica. Estq; schema quod Græcis γλιηνύτης Amplificat à commodis, & ab vsibus, quos mortales ab ouibus accipiunt.

Oues *Quid meruistis oues, placidum pecus, inq; tuendos*
Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar?
Mollia quæ nobis vestras velamina lanas
Præbetis? vitaq; magis, quàm morte iuuatis?
Quid meruêre boues, animal sine fraude, dolóque,
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Boues Ruricolæ *Immemor est deûm, nec frugum munere dignus,*
Qui potuit curui dempto modò pondere aratri
Ruricolam mactare suum, qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum,
Tot dederat messes, percussit colla securi.
Exaggeratio. *Nec satis est, quod tale nefas committitur, ipsos*
Inscripsêre deos sceleri, numenq; supernum
Victimarũ cornua inaurata. *Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.*
Victima labe carens, & præstantissima forma
(Nam placuisse nocet) vittis præsignis, & auro
Sistitur ante aras, auditq; ignara precantem,
Imponiq; suæ videt inter cornua fronti,
Pathos. *Quas coluit fruges, percussaq; sanguine cultros*
Fibræ pecudum. *Inficit, in liquida præuisos forsitan vnda.*
Protinus ereptas viuenti pectore fibras
Inspiciunt, mentesq; deûm scrutantur in illis.

Vnd

Vnde fames hominis vetitorum tanta ciborum est?
Audetis vesci, genus ô mortale, quod oro
Ne facite, & monitis animos aduertite nostris. Exclamatio.
Cumq; boum dabitis casorum membra palato,
Mandere vos vestros scite, & sentite colonos. Monitio.
Et quoniam deus ora mouet, sequar ora mouentem Attentionē captat.
Rite deum, Delphosq; meos, ipsumq; recludam
*AEthera, & *angusta reserabo oracula mentis* *augustæ.
Magna, nec ingenys inuestigata priorum.
Quaq; diu latuêre, canam, iuuat ire per alta
Astra, iuuat terris, & inerti sede relicta,
Nube vehi, validiq; humeris insistere Athlantis,
Palantesq; homines passim, ac rationis egentes
Despectare procul, trepidosq;, obitumq; timentes,
*Sic exhortari, *sortemq; euoluere fati.* *seriemq; μετεμψύχοσιν persuadet Pythagoras.
O genus attonitum gelida formidine mortis,
Quid Stiga, quid tenebras, & nomina vana timetis,
Materiem vatum, falsiq; pericula mundi?
Corpora siue rogus flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis, Propositio
Morte carent anima, semperq; priore relicta Ratio.
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ, Palingenesia Pythagoræ.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam Confirmatio ab exẽplo illius.
Hæsit in aduersō grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum, leua gestamina nostra,
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.
Omnia mutantur, nihil interit, erat, & illinc
Hûc venit, hinc illûc, & quos libet occupat artus Approbatio à signis
Spiritus, eque feris humana in corpora transit,

Inq3 feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vt tq3 nouis faculis signatur cera figuris,
Dogma. *Nec manet vt fuerat, nec formam seruat eandem*
A simili amplificat *Sed tamen ipsa eadem est, animam sic semper eandem*
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergô ne pietas sit victa cupidine ventris,
Epitrope. quæ ad superiora pertinet. *Parcite (vaticinor) cognatas cade nefanda*
Exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror aquore, plenaq3 ventis
Vela dedi, NIHIL est toto quod perstet in orbe,
Dogma de rerum mutationibus *voluũtur. *Cuncta fluunt, omnisq3 vagans formatur imago,*
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus, ac flumen, neq3 enim consistere flumen,
Cõparatio. *Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda,*
Vrgeturq3 eadem, veniens vrgétque priorem,
Adaptatio. *Tempora sic fugiunt pariter, paritérque sequuntur,*
Et noua sunt semper. Nam quod fuit ante relictũ est
Approbat rursus à signis idq; per inductionem. *Fitq3 quod haud fuerat, momentaq3 cuncta nouãtur.*
Cernis & emensas in lucem tendere noctes.
Et iubar hoc nitidum nigræ succedere nocti.
Nec color est idem cælo, quum lassa quiete
Pallantias *Cuncta iacent media, quumq3 albo Lucifer exit*
Clarus equo, rursusq3 alius, quum præuia lucis
Aurora. *Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.*
Ipse dei clypeus, terra quum tollitur ima,
Sol. *Manè rubet, terráque rubet, quum conditur ima.*
Candidus in summo est, melior natura quod illic
Aetheris est, terraq3 procul contagia fugit.
Luna. *Nec par aut eadem nocturna forma Dianæ*
Esse potest vsquam, sempérque hodierna, sequente

Si

Si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem.
Quid? Non in species secedere quatuor annum

A quatuor ætatibus, quas venustè comparat quatuor anni temporibus.

Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ?
Nam tener, & lactens, puerique simillimus æuo
*Vere nouo est, tunc herba *nitens, & roboris expers* *arcens Ver.
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tum florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus vlla est.
Transit in Aestatem post Ver robustior annus, Aestas.
Fitq; valens iuuenis, neque enim robustior ætas
Vlla nec vberior, nec quæ magis ardeat, vlla est.
Excipit Autumnus posito feruore iuuenta, Autūnus.
Maturus, mitisq;, inter iuuenemq;, senemq;
Temperie medius, sparsus quoque tempora canis. Hiems.
*Inde senilis hiems tremulo venit horrida *passu,* *visu
Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos. Ab humanorū corporum variatione.
Nostra quoq; ipsorum semper, requieq; sine vlla
Corpora vertuntur, nec quod fuimusue, sumusue,
Cras erimus, fuit illa dies, qua semina tantum,
Spesq; hominum, primæ matrisq; habitauimus aluo.
Artifices natura manus admouit, & angi
Corpora visceribus distenta condita matris
Noluit, æquè domo vacuas emisit in auras.
Editus in lucem iacuit sine viribus infans,
Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarum, Ad sphingis ænigma alludere videtur.
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutisque aliquo conamine neruis,
Inde valens, veloxque fuit, spatiumq; iuuenta,

Transit, & emeritis medij quoque temporis annis,
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ.
Subruit hæc æui, demolliturq́; prioris

Aptè vtitur exemplo Milonis, vtpote qui fuerit Crotoniata.

Crotoniates.

Robora flétque Milon senior, cùm spectat inanes
*Illos, qui fuerant solidarum*morte ferarum*
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.

*more.

Collatio.

Flet quoque vt in speculo rugas conspexit aniles
Tyndaris, & secum, cur sit bis rapta, requirit.

Gnome philosophica.

Tempus edax rerum, tuqúe iuuidiosa vetustas,
Omnia destruitis, vitiatáque dentibus æui,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Helenę forma ætate deterior.

Hæc quoq; non perstant, quæ nos elementa vocamus,
Quasqúe vices peragant, animos adhibete, docebo.

Ab elementorum mutatione.

Quatuor æternus genitalia corpora mundus
Continet, ex illis duo sunt onerosa, suoqúe
Pondere in inferius, tellus, atque vnda feruntur,
Et totidem grauitate carent, nullóque premente

Collatio.

Alta petunt, aër, atque aëre purior ignis.
Quæ, quanquam spatio distent, tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt, resolutáque tellus
In liquidas rarescit aquas, tenuatur in auras,

*abit

*Aëraq; humor*habet, dempto quoq; pondere, rursus*
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retrò redeunt, idémque retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aëra transit,

Complexio huius partis.

Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur vnda,
Nec species sua cuiq; manet, rerumq́; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.

Ne

Nec perit in*tanto quidquam (mihi credite) mundo *toto
Sed variat, faciemq; nouat, nasciq́ue vocatur, Nasci.
Incipere esse aliud, quàm quod fuit antè, moriq́ue, Mori.
Desinere illud idem, quum sint hûc forsitan illa,
Hæc translata illûs, summa tamen omnia constant. Reparatur
Nil equidem durare diu sub imagine eadem propositio
Crediderim; sic ad ferrum venistis ab auro
Sæcula, sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus, A suo testi-
Esse fretum, vidi factas ex æquore terras, monio.
Et procul à pelago conchæ iacuêre marina,
Et vetus inuenta est in montibus ancora summis, Flumina
Quodq́ue fuit campus, vallem decursus aquarum incontinẽ-
Fecit, & eluuie mons est deductus in æquor, tem.
Eq́ue padulosa siccis humus aret arenis,
Quæq́ue sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura nouos emisit, & illic
Clausit & antiquis tàm multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut exiccata residunt.
Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu, Lycus.
Existit procul hinc, alioq; renascitur*ore, *orbe.
Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris, Erasinus
Et Mysum capitisq; sui, ripæq; prioris *Emissum
Pœnituisse ferunt, alia nunc ire Caycum.
Nec non Sicanias voluens Amasenus arenas Amasenus
Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.
Antè bibebatur, nunc quas contingere nolis,
Vidit Anigrus aquas, postquam (nisi vatibus omnis Anigrus.
Scripienda fides) illic lauêre bimembres,

Vulnera clauigeri, quæ fecerat Herculis arcus.
Hypanis. *Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,*
Antissa. *Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?*
Pharos. *Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosq́,*
Tyros. *Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.*
Leucas. *Leucada continuam veteres habuêre coloni,*
Zancle. *Nunc freta circumeunt. Zancle quoq; iuncta fuisse*
Regiones quædam à loco genuino abruptæ. *Dicitur Italiæ, donec confinia pontus*
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.
Helice. *Si queris Helicen, & Burin Achaidas vrbes,*
Buris. *Inuenies sub aquis, & adhuc ostendere nauta*
Cõfirmat à signis. *Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.*
Topographia. *Est prope Pytheam tumulus Træzena sine vllis*
Arduus arboribus, quondam planissima campi
A causa terræ motus *Area nunc tumulus. Nam (res horrenda relatu)*
Vis fera ventorum, cæsis inclusa cauernis,
Expirare aliqua cupiens, luctataq́ frustrà
Liberiore frui cælo, cùm carcere rima
A similibus amplificat. *Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,*
Extentam tumefecit humum ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut directa bicornis
Terga capri. Tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longoq́ induruit æuo.
Hammonis lacus. *Plurima cùm subeant audita, aut cognita nobis*
Pauca super referam, quid? non & lympha figuras
Athamantis fons. *Datq́, capitq́ nouas? medio tua corniger Hamon*
Vnda die gelida est, ortuq́, obituq́ calescit.
Cyconum flumen. *Admotis Athamantis aquis accendere lignum*
Narratur, minimos cùm luna recessit in orbes,
Flumen habent Cycones, quod pontum saxea reddit

Visco-

Viscora, quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris vestris conterminus oris, Crathis Sybaris.
Electro similes faciunt, auroq; capillos.
Quodq; magis mirũ est, sunt qui non corpora tantũ,
Verum animos etiam valeant mutare liquores,
Cui non audita est obscœna Salmacis vnda? Salmacis fons.
Aethiopesq; lacus? quos si quis faucibus hausit, Lacus Aethiopiæ.
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit, Clitorius.
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis:
Seu vis est in aqua, calido contraria vino,
Siue (quod indigenæ memorant) Amythaone natus
Prœtidas attonitas, postquã per carmen, & herbas,
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Misit aquas, odiumq; meri permansit in vndis.

Videtur hæc Ouidius de Epigrammate, quod in lapide fonti inscriptum est sumpsisse, quod ita refertur apud Vitruuium, libr. 8 architecturæ.

Αγροτὰ σὺν ποίμναις τὸ μεσαμβρινὸν ἦν σεβαρύνη
δίψος ἀν' ἐσχατίας κλείτορος ἐρχόμενον,
τῆς μὴν ἀπὸ κρήνης ἄρησαι πόμα, καὶ παρὰ κύμ-
ὐδριάσι ςῆσον πᾶν τὸ σὸν ἀιπόλιον. (φαις
ἀλλὰ εὐ μὴ τ' ἐπιλουτρά βαλὴς χρόα μὴ σε καὶ αὔρε
πημὴνη θερμῆς ἐντὸς ἴοντα μέθις.
φεῦγε δ' ἐμὴν μισάμπελον ἔνθα μελάμπους
λουσάμενος λύσσας προίτιδας ἀργαλεης.
πάντα κάθαρμον ἔκοψεν ἀποκρυφον εὖ τὰν ἀπ'
οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν ἀρκαδίης. (ἄργους

Hæc

Hoc equidem epigramma, longè venustissimum interpretari conabar.

Si pecus ex medio torret fitis improba sole,
Clitoris vnda tibi, pastor amice, subest.
Hinc haurire licet, stabulumque opponere fonti.
Sis memor, & Nymphas cętera posce deas:
At tua ne madido purges caue, corpora rore,
Ne vapor Ignigenæ dona beata neget.
Odi ego Bacche tuas vites, sed causa Melampus,
Arcens hęc rapida Prœtidas à furia,
Purgamenque mali, liquidas immisit in vndas,
Dum linquens Argos iret in Arcadiam.

Lynceſtius fluuius.

Hinc fuit effectu, dispar Lynceſtius amnis,
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Pheneus lacus.

Est locus Arcadiæ, Pheneum dixêre priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte vocant potæ, sine noxa luce bibuntur.
Sic alias, aliasq; lacus, & flumina vires
Concipiunt: tempusq; fuit, quo nauit in vndis,

Delus.

Nunc sedet Ortygie, timuit cencursibus Arge

Symplegades.

Vndarum, sparsas Symplegadas elisarum,
Quæ nunc immota perstant, ventisq; resistunt.

Aetnæ incendia.

Nec qua fulfureis ardet fornacibus Aetna,
Ignea semper erit. Neq; enim fuit ignea semper.

Terra animal.

Nam siue est animal tellus, & viuit, habetq;
Spiramenta, locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias, quotieſq; mouetur,
Has finire potest, illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaq; cum saxis, & habentem semina flammæ

Materiam

Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem.
Antra relinquentur sedatis frigida ventis,
Siue bituminea rapiunt incendia vires,
*Luteáue exiguis ardescunt sulfura * fumis.* *flammis.
*Nempe * vbi terra cibos, alimentaq; pinguia flamma* *vt A mutatione hominum in aues.
Non dabit, absumptis per longum viribus aeuum,
Naturaq; suum nutrimen deerit edaci,
Non feret illa famem, desertaq; deseret ignes.
Esse viros fama est, in Hyperborea Pallene,
** Queis soleant leuibus velari corpora plumis,* *Qui
Tùm Tritoniacam nouies subiére paludem.
Haud equidem credo, sparsa quoq; membra veneno,
Exercere artes Scythides memorantur easdem.
Si qua fides rebus tamen est addenda probatis, *Apostrophe
Nónne vides, quacunq; mora, fluidoq; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
Iquoq;, delectos mactatos obrue tauros,
(Cognita res vsu) de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum *Apex ex vitulo putrefacto.*
Rura colunt, operiq; fauent, in spemq; laborant.
Pressus humo bellator, equus, crabonis origo est. Crabrones ex equo.
Concaua littoreo si demas brachia cancro,
Cetera supponas terræ, de parte sepulta Scorpius ex cancro.
Scorpius exibit, caudaq; minabitur vnca.
Quaq; solent canis frondes intexere filis, Tineæ in papiliones
Agrestes tineæ (res obseruata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.
Semina limus habet virides generantia ranas, Limus in ranas.
Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat, vtq; eadem sint longis saltibus apta,

Posterior

Posterior superat partes mensura priores,
Vrsæ catulus. Nec catulus partu quem reddidit Vrsa recenti,
Sed malè viua caro est, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantam capit, ipsa reducit.
Nonne vides, quos cera tegit sexangula fœtus,
Melliferarum apium, sine membris corpora nasci?
Apes sine pedibus. Et serosq; pedes, serasq; assumere pennas?
Iunonis volucrem, qua cauda sydera portat,
Armigerumq; Iouis, Cytheriadasq; columbas:
Aues ex oui medio. Et genus omne auium, medijs è partibus oui,
Ni sciret fieri, quis nasci posce putaret?
Anguis ex spina hominis. Sunt qui, cùm clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.
Hac tamen ex alijs generis primordia ducunt:
Vna est, qua reparet, seq; ipsa reseminet ales,
Phœnix ex seipsa. Assyrij Phœnica vocant, nec fruge, nec herbis,
Sed thuris lacrymis, & succo viuit amomi.
Hæc vbi quinq; sua compleuit sæcula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulaq; cacumine palmæ,
Vnguibus, & duro nidum sibi construit ore:
Quo simul ad casias, & nardi lenis aristas,
Quassaq; cum fulua substrauit cinnama myrrha:
Se super imponit, finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem, qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio, paruum Phœnica renasci.
Cùm dedit huic ætas vires, oneriq; ferendo est,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ:
Fertq; pius cunasq; suas, patriumq; sepulcrum,
Pergq; leueis auras Hyperionis vrbe potitus,
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Si tamen eſt aliquid, mirę nouitatis in iſtis,
Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Paſſa marem eſt, nunc eſſe marẽ miremur Hyenam? Hyena.
Id quoq; quod ventis animal nutritur, & aura, Cameleõ.
Protinus aſſimilat, tetigit quoſcunq; colores.
Victa racemifero lyncas dedit India Baccho,
Et quibus (vt memorant) quidquid veſica remiſit, Vrinalyncis in lapides.
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.
Sic & coralium, quo primùm contigit auras Coralium Pathos. ab impoſsibili.
Tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub vndis.
Deſinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis.
In ſpecies tranſlata nouas ſic omnia verti
*Cernimus, atq; alias aſſumere * pondera gentes.* *robora Congeries rerum, adeoque regnorũ mutationes.
Conſidere has ſic magna fuit cenſuq;, viriſq;,
Perq; decem potuit tantum dare ſanguinis annos:
Nunc humilis veteres tantummodò Troia ruinas,
Ipro diuitys, tumulos oſtendit auorum.
Sparta fuit ſparte, magnæ viguêre Mycenę.
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Sola ſolum Sparte eſt, altę cecidêre Mycenę.
Oedipodionię quid ſunt, niſi nomina Thebę?
Quid Pandionię reſtant, niſi nomen Athenę? Parechaſis continens vaticiniũ Pythagoręde Roma. Imperio.
Nunc quoq; Dardaniã fama eſt cõſurgere Romam,
Appennigenę quę proxima Tybridis vndis,
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hęc igitur formam creſcendo mutat, & olim
Immenſi caput orbis erit: ſic dicere vates,
Fatidicasq; ferunt ſortes, quantumq; recordor, * Faticinaſque

Prosopopœia orationis Heleni, ſeu potius oraculi ad Aeneam.

Dixerat

Dixerat Aenea, cùm res Troiana labaret,
Priamides Helenus, flenti, dubioq; salutis.
Nate dea, si nota satis præsagia nostra
Mentis habes, non tota cadit te sospite Troia.
Flamma tibi, ferrumq; dabunt iter, ibis, & vnà
Pergama rapta feres, donec Troiaq;, tibiq;,
Externum patrio, contingat. Amicius armum.
A magnitudine & dignitate Rómæ vrbis.
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.
Hanc alij proceres, per sæcula longa potentem,
Sed dominam rerum, de sanguine natus Iuli
Efficiet, quo quum tellus erit vsa, fruentur
Aetherea sedes, calumq; erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisse penatigero Aenea,
Mente memor refero, cognataq; mœnia lator
Crescere, & vtiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.
Ne tamen oblitis, ad metam tendere longè
Expatiemur equis, celum, & quodcunq; sub illo est,
Immutat formas, telluisq;, & quidquid in illa est.
Nos quoq; pars mundi (quoniam non corpora solùm,
Verum etiam volucres animæ sumus, inq;) ferinas
Redit ad institutũ. Animantũ mutationes.
Possumus ire domos, pecudumq; in corpora condi.
Corpora qua possunt animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta esse, & honesta sinamus,
Neue Thyestais cumulemus viscera mensis.
Dehortatio ne animaliũ carne vescamur.
Quam malè consuescit, quàm se parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit, & immotas præbet mugitibus aures.
Aut qui vagitus simuleis puerilibus hœdum

Edentem

Edentem iugulare potest, aut alite vesci,
Cui dedit ipse cibos. Quantum est quod desit in istis
Ad plenum facinus? * Quis trā situs inde paratur? * quām
Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis,
Horriferum contra Borean, ouis arma ministret,
Vbera dent saturæ manibus pressanda capellæ.
Retia, cum pedicis, laqueosq3, artesq3 dolosas
Tollite, nec volucres viscata fallite virga,
Nec formidateis ceruos includite pennis,
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite, si qua nocēt, verū hæc quoq3 perdite tantùm.
Ora vacent epulis, alimentaq3 * congrua carpant.
Talibus, atque alijs, instructo pectore dictis,
In patriam remeâsse ferunt, ultroq3 petitum
Accepisse Numam, populi Latialis habenas,
Coniuge qui felix Nympha, ducibusq3 Camœnis,
Sacrificos docuit ritus, gentemq3 ferocì
Assuetam bello, pacis traduxit ad artes.
Qui postquàm senior regnumq3, auumq3 peregit,
Extinctum Latiaq3 nurus, populusq3, patresq3,
Defleuêre Numam. Nam coniux urbe relicta,
Tallis Aricina densis latet abdita syluis,
Lucraq3 Orestea gemitu, quæstuq3 Diane
Impedit. Ah quoties Nympha, nemorisq3, lacusq3,
Si faceret, monuêre: & consolantia verba
Dixêrunt! quoties flente Theseius heros!
Este modum, dixit, Nec enim fortuna querenda,
Sola tua est, simileis aliorum respice casus,
Melius ista feres, utinamq3 exempla dolentem,
Non mea te possent releuare, sed & mea possunt,

Perisiasis.

Correctio.

* mitia

Redit ad Numam. Numa deorum cultum instituit.

A dolore coniugis. Cōsolatio.

Mimesis. Estq; occasio nouæ fabulæ.

Fandis

A sua persona.
Fando aliquem Hippolytũ, vestras si contigit aures
Credulitate patris, scelerata & fraude nouerca,
Occubuisse neci, mirabere, vixq; probabo.

Attentio. Phædra Hippolyti nouerca.
Sed tamen ille ego sum, me Pasiphaëia quondam,
Tentatum frustrà patrium temerare cubile,
Quod voluit, finxit voluisse, & crimine verso
Iudicioq; metu, magis offensáue repulsæ
Arguit, immeritumq; pater proiecit ab vrbe,
Hostiliq; caput prece detestatur euntis.
Pytheam profugo curru Trœzena petebam,
Iamq; Corinthiaci carpebam littora Ponti,
Cum mare surrexit, cumulusq; immanis aquarum,
In montis speciem curuari, & crescere visus,

Collatio.
Et dare mugitus, summoq; cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur vndis,
Pectoribusq; tenus molleis erectus in auras,
Naribus, & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitum, mihi mens interrita mansit,
Exiliis contenta suis, cùm colla feroces
Ad freta conuertunt, arrectisq; auribus horrent
Quadrupes, monstriq; metu turbantur, & altis
Præcipitant currus scopulis, ego ducere vana

Iuctor, hypotiposis
*Frena manu, spumis albentibus oblita, * lustro,*
Et retrò lentas tendo resupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies superâsset equorum,
Nisi rota, perpetuum qua circumuertitur axem,
Stipitis occursu fracta, & disiecta fuisset.
Excutior curru, lorisq; tenentibus artus,

Hippolyti mors.
Viscera viua trahi, neruosq; in stirpe teneri,
Membra rapi partim, partim reprensa relinqui,

Os

Ossa grauem dare fracta sonum, fessamq; videres
Exhalare animam, nullasq; in corpore partes,
Noscere quas posses, vnumq; erat omnia vulnus.
**Num potes, aut audes cladi componere nostræ* *Non. Pathos.
Nympha tuam? vidi quoq; luce carentia regna
Et lacerum foui Phlegethontide corpus in vnda,
Nec nisi Apollineæ valido medicamine prolis Æscula-pius redu-cit Hippo-lytum ab Inferis.
Reddita vita foret, quam postquam fortibus herbis,
Atque ope Paonia, Dite indignante, recepi,
Tum mihi, ne præsens augerem muneris huius
Inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes,
Vtq; forem tutus, possemq; impune videri,
Abdidit ætatem, nec cognoscenda reliquit ἱππολυτος ὅτι ἀπὸ τῶν ἵππων λυόμενος.
Ora mihi, Cretémque diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon, Delo, Cretáque relictis
Hîc posuit, noménque simul quod possit equorum
Admonuisse, iubet deponere, quisq; fuisti
Hippolytus, dixit Nunc idem Virbius esto. Hippolyt' in vrbium
Hoc nemus inde colo, de diisq; minoribus vnus
Numine sub domina lateo, atq; assentior illi,
Non tamen Ægeria luctus aliena leuare Aegeria in foc tem.
Damna valent, montisque iacens radicibus imis,
Liquitur in lacrymas, donec pietate dolentis
Mota soror Phœbi gelidum de corpore fontem Compara-tione am-plificat vt aliam fa-bulã subij-ciat.
Fecit, & æternas artus tenuauit in vndas.
At Nymphas tetigit noua res & Amazone natus
Haud aliter stupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator
*Fatalem glebam *notis aspexit in armis,* *medijs
Sponte sua primùm, nulloque agitante moueri,
*Sumere *mox hominis, terraq; amittere formam* *nunc

Alia comparatio & nouafabula.

Oráq; venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixêre Tagen, qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.
Vtq; Palatinis hærentem collibus olim,

Alia cõparatio quo nouam fabulam inſinuet.

Cùm ſubitò vidit frondeſcere Romulus haſtam,
Qua radice noua, non ferro ſtabat adacto,
Et iam non telum, ſed lenti viminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus vmbras,

Lancea Romuli in arborem.

Aut ſua fluminea quum vidit Cippus in vnda

Cippus cornutus.

Cornua, vidit enim, falſamq; in imagine credens
Eſſe fidem, digitis ad fontem ſæpè relatis
Quæ vidit, tetigit, nec iam ſua lumina damnans
Reſtitit, vt victor domito veniebat ab hoſte,

A voto.

Ad calúmq; oculos, & eodem cornua tollens.
Quidquid, ait, ſuperi monſtro protenditur iſto,
Seu latum eſt patriæ, latum populóque Quirini,
Siue minax mihi ſit, viridiq; è ceſpite factas
Placat adoratis herboſas ignibus aras,

Metonymia.

Vináque dat pateris, mactatarumq; bibentum

Amplificat ab auſpitio.

Quid ſibi ſignificent trepidantia conſulit exta,
Quæ ſimul aſpexit Tyrrhenæ gentis aruſpex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,

Gratulatio

(Non manifeſta tamen) cùm vero ſuſtulit acre
A pecudis fibris, ad Cippi cornua lumen,

A fatorum voluntate.

Rex (ait) ô, ſalue, tibi enim, tibi Cippe, tuisq;
Hic locus, & Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modò rumpe moras, portáſque intrare patentes
Adpropera, ſic fata iubent, namq; vrbe receptus

Deteſtatio.

Rex eris, & ſceptro tutus potiêre perenni.

Collatio.

Rettulit ille pedem, toruámque à mœnibus vrbis

Auer-

*Auertens faciem, procul, ô, procul *omina, dixit,* *omnia.
Talia dij pellant, multóque ego iustius exul Peristasis.
Exul agam, quàm me videant Capitolia regem.
Dixit, & extemplò populumq́, grauémq; Senatum,
*Conuocat, antè tamen *capitis noua cornua fronde* *placali cornua lauro.
Velat, & aggeribus factis à milite forti
Insistit, priscóque deos de more precatus,

Siquidem pritci illi oratores, antequam de causſa dicerent, deos, deasq́; vt bonum, felixq́; sit, precabantur.

Est, ait, hîc vnus, quem vos nisi pellitis vrbe,
Rex erit, is qui sit, signo, non nomine dicam.
Cornua fronte gerit, quem vobis indicat augur,
Si Romam intrârit, famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas,
Sed nos obstitimus, quamuis coniunctior illo
Nemo mihi est, vos vrbe virum prohibete Quirites.
Vel si dignus erit, grauibus vincite cathenis, Amplificat comparatione.
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus, Mimesis.
Murmura pinetis fiunt, aut qualia fluctus *tremẽtis,
Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos,
*Tale sonat populus, sed per confusa *frementis*
Verba tamen vulgi vox eminet vna, quis ille est?
Et spectant frontes, predictaq́; cornua quarunt.
Rursus ad hos Cippus, quem poscitis, inquit, habetis. hipotyposis.
Et dempta capiti, populo prohibente, corona,
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisêre oculos omnes, gemitumq́; dedêre,
Atque illud meritis clarum (quis credere possit?
Inuiti vidêre caput, nec honore carere Pathos.

A gratitudine populi Romani.
Vlterius passi, festam imposuêre coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedêre,
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Apostrophe
Complecti posses, ad finem lucis ab ortu,
*Cornuáque * auratis miram referentia formam*
Postibus insculpunt, longum mansura per aeuum.
Inuocatio.
Pandite nunc Musæ præsentia numina vatum,
Aetiologia
Propositio
(Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)
* arcesserit
pestilentia
Vnde Coroniden circumflua Tibridis alti
*Insula Romulea sacris * adiecerit vrbis.*
Narratio.
Dira lues quondam Latias vitiauerat auras,
Hypallage
Pallidáque exangui squallebant corpora morbo.
Funeribus fessi, postquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum,

Peristasis. Lege epigramma Claudiani de duabus aquilis à Ioue emissis.

Auxilium cæleste petunt, mediámque tenentis
Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi,
Vtq; salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit, tantaque vrbis mala finiat, orant.
Et locus, & laurus, & quas habet ipse pharetras,
Ab oraculo dato.
Intremuêre simul, cortináque reddidit imo
Hanc adyto vocem, pauefactaq; corpora mouit.
Ambigue respondet, cùm & plures natos habuerint.
Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses,
Et pete nunc propiore loco, nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus est, sed Apolline nato.
Ite bonis auibus, prolémque accersite nostram.
Iussa dei prudens postquam accepêre Senatus,
Quam colat, explorant, iuuenis Phœbeius vrbem,

Qui-

Quique petat ventis Epidauria littora, mittunt,
Quæ simul incurua missi tetigêre carina,
Consilium, Graiosque patres adiêre, darentque
Orauêre deum, qui præsens funera gentis
Finiat Ausonię, certant *adijcere sortes.
Dissidet, & variat sententia, parsque negandum
Non putat auxilium, multi retinere, suamq;
Non emittere opem, nec numina tradere suadent.
Dum dubitant, seram pepulêre crepuscula lucem,
Umbráque telluris tenebras induxerat orbi,
Cùm deus in somnis opifer consistere visus
Ante tuum Romane thorum, sed qualis in ade
Esse solet, baculúmque tenens agreste sinistra,
Cæsariem longa dextra deducere barba,
Et placido tales emittere pectore voces.
Pone metum, veniam, simulacráq; nostra relinquam,
Hunc modò serpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perspice, & vsq; nota, visum vt cognoscere possis,
Vertar in hunc, sed maior ero, tantúsque videbor,
Quantum verti cælestia corpora *debent.
Extemplò cum voce deus, cum voce, deóque
Omnis abit, somnique fugam lux alma secuta est.
Postera sydereos aurora fugauerat ignes,
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Inueniunt operosa dei, quaque ipse morari
Vide velit, signis cælestibus indicet, orant.
Vix bene desierant, cùm cristis aureus altis
In serpente deus prænuntia sibilia mouit,
Aduentúque suo signumq;, aráque, foresque,
Marmoreumq; solum, fastigiáque aurea mouit.

Legatiõe Rom.
*addicere
A tempore
Apostrophe
Ab habitu insignia.
Æsculapij.
Eidopœia.
Colatio.
*possunt
Æsculapi Romam accersitur.
Peristasis.

Pectoribusq́ tenus media sublimis in ade
Constitit, atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pauet, cognouit numina, castus,
Euinctus vitta crines albente sacerdos.
**Et deus est, deus est, animis, linguisq́ fauete,*
Quisquis adest, dixit, sis, ô, pulcerrime visus
Vtiliter, populosq́ iuues, tua sacra colentes.
Quisquis adest visum veneratur numen, & omnes
Verba sacerdotis referunt geminata, piumq́
Æneadæ præstant & voce, & mente fauorem.
Annuit hic, motisq́ deus rata pignora cristis,
Et repetita dedit vibrata sibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur, oraque retro
Flectit, & antiquas abiturus respicit aras,
Assuetásque domos, habitataq́ templa salutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitque sinus, mediamq́ per vrbem
Tendit, & incuruo munitos aggere portus.
Restitit hîc, agménqne suum, turbaqúe sequentis
Officium, placido visus demittere vultu,
Corpus in Ausonia posuit rate, numinis illa
Sensit onus, pressaqúe dei grauitate carina,
Æneadæ gaudent, cæsóq́ in littore tauro,
Torta coronatæ soluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem, deus eminet altè,
Impositáque premens puppim ceruice recuruam,
Cæruleas despectat aquas, modicísque per æquor
Ionium Zephyris, sexta Pallantidos ortu,
Italiam tenuit, præterq́ Lacinia templa,
Nobilitata dea, Scylleaq́ littora fertur.

*En Anadiphosis vehementiæ plena.

Peristasis.

Linqui

Linquit Iapygiam, leuibúsque Amphryſia remis
Saxa fugit, dextra prærupta Ceraunia parte,
Romechiumq́ legit, Caulonaq́, Nariciamq́,

Vide num Rumetum legendum ſit. Sic enim Rhegium vbs à veteribus Latinorum dicta fuit, vt in fragmentis Feſti extat.

Euincitq́ fretum, Siculiq́ angusta Pelori,
Hippotadaq́ domos regit, Themeſéſque metalla
**Leucoſiamq́ petit, tepidiqúe roſaria Peſti.* *Leucoriumq́; *generoſos.
Inde legit Capreas, promontoriumq́ Minerua,
*Et Surrentinos *generoſo palmite colles,*
Herculeamque vrbem, Stabasq́, & inotia natam
Parthenopen, & ab hac Cumea templa Sybilla.
Hinc calidi fontes, lentiſciferumq́ tenetur
Linternum, multámque trahens ſub gurgite arenam
Vulturnus, niueisq́ frequens Sinueſſa colubris, Periſtaſis.
Minturnaq́ graues, & quam tumulauit alummus,
Antiphataq́ domus, Thrachasq́ obſeſſa palude, Caeitæ.
*Et tellus Circea, & ſpiſſi littoris *Antium.* *Ancon.

Lege Racemationes Ioannis Bap. Egnatij. cap. 18.

Hûc vbi veliferam nauta aduertêre carinam,
(Aſper enim iam pontus erat) deus explicat orbes. Aetiologia
Perq́ ſinus crebros, & magna volumina labens,
Templa parentis init, flauum tangentia littus.
Æquore placato patrias Epidaurius arat
Linquit, & hoſpitio iuncti ſibi numinis vſus
Littoream tractu ſquamæ crepitantis arenam
Sulcat, & innixus moderamine nauis, in alta
Puppe caput poſuit, donec caſtrumq́, ſacrasq́,
Lauini ſedes, Tyberinaq́ ad oſtia venit.

Hûc omnes populi passim, matrumq́, patrûmque,
Obuia turba ruit, quaq́, ignes Troica seruat
Vesta tuos, latóque deum clamore salutant.
Quáque per aduersas nauis cita ducitur vndas,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab vtraque sonant, & odorant aëra fumis,
Iactáque coniectos incalfacit hostia cultros.

Aesculapius Romam venit.

Iámq, caput rerum Romanam intrauerat vrbem,
Erigitur serpens, summóque accliuia malo,
Colla mouet, sedésque sibi circumspicit aptas,
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,

Topographia.

Insula nomen habet, laterumq, à parte duorum,
Porrigit aquales media tellure lacertos.
Hûc sete Latia pinu Phœbeius anguis
Contulit, & finem, specie caelestè resumpta,
Luctibus imposuit, venitq, salutifer vrbi.

Extenuatio per quã aptè delabitur ad encomiũ Cęsaris Iulij & Augusti.

Hûc tamen accessit delubris aduena nostris.
Cæsar in vrbe sua deus est, quem Marte, togàque
Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
Resq, domi gestæ, properatáque gloria rerum,
In sydus vertère nouum, stellámque comantem,
Quàm sua progenies. Nec enim de Cæsaris actis,
Vllum maius opus, quàm quod pater extitit huius.

Blanditur Augusto.

Scilicet aquoreos plus est domuisse Britannos,
Perq, papyriferi septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates, Numidasq, rebelles,
Cyniphiumq, Iubam, Mithridateisq, tumentem
Nominibus pontum, populo adiecisse Quirini,
Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos,
Quàm tantum genuisse virum, quo præside rerum

Huma-

Humano generi ſuperi fauiſtis abunde.
*Ne foret hic igitur mortali ſemine * natus,* *cretis,
Ille deus faciendus erat, quod vt aurea vidit
Aenea genitrix (vidit quoque triſte parari
Pontifici lethum, & coniurata arma moueri)
Palluit, & cunctis, vt cuiqúe erat obuia, diuis, Oratio Veneris pro Iulo.
Aſpice, dicebat, quanta mihi mole parentur
Inſidiæ, quantáque caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo,
Sola ne ſemper ero, iniuſtis exercita curis? Ironia.
Quam modò Titida Calydonia vulneret haſta: A ſua perſona, idq; ab indigno.
Nunc male defenſa confundant mœnia Troiæ,
Quæ videam natum, longis erroribus actum,
Iactariqúe freto, ſedéſque intrare ſilentum
Bellaqúe cum Turno gerere, aut, ſi vera fatemur,
Cum Iunone magis. Quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminiſſe priorum
Non ſinit, in me acui ſceleratos cernitis enſes,
Quos prohibete, precor, facinusqúe repelliſte, néue Petitio.
Cæde ſacerdotis flammas extinguite Veſtæ.
Talia nequidquam toto Venus anxia cœlo,
Verba iacit, ſuperóſque mouet, qui rũpere, quãquam Metapho-
Ferrea non poſſunt, veterum decreta ſororum, ra.
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt, inter nigras crepitantia nubes, A prodigijs mortis Cæſaris
Terribiléſque tubas, auditáque cornua cœlo
Præmoniſſe nefas, ſolis quoque triſtis imago,
Lurida ſollicitis promebat lumina terris.
Sæpè faces viſæ, mediis ardere ſub aſtris.
Sæpè inter nymbos gutta cecidere cruenta.

Cærulus, & vultum ferrugine lucifer atra
Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus.
Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo.
Mille locis lacrymauit ebur, cantúsque feruntur
Auditi, sanctis & verba minantia lucis.
Victima nulla litat, magnósque instare tumultus
Fibra monet, cæsumq; caput reperitur in extis.
Inq; foro, circumq; domos, & templa deorum
Nocturnos vlulasse canes, vmbrasq; silentum
Errauisse ferunt, motamq; tremoribus vrbem.
Pathos. *Non tamen insidias, venturaq; vincere fata,*
A loco. *Præmonitus potuêre deum, strictiq; feruntur,*
Cæsar in curia à Cassio & Bruto interficitur. *In templum glady. Nec enim locus vllus in vrbe*
Ad facinus, diramq; placet, nisi curia, cædem.
Tum verò Cytherea manu percussit vtraq;
Pectus, & ætherea molitur condere nube,
Cõsolatio Iouis. *Qua prius infesto Paris est ereptus Atridæ,*
Et Diomedeos Æneas fugerat enses.
A necessitate fatorũ *Talibus hanc genitor, sola insuperabile fatum,*
Parcę deorum cancellarij & scribæ. *Nata mouere paras? intres licet ipsa sororum*
Tecta trium, cernes illic molimine vasto
Ex ære, & solido rerum tabularia ferro,
Quę neque contussum cœli, neque fulminis iram,
Fatorum series in adamante. *Nec metuunt vllas, tuta, atque æterna ruinas.*
*Inueniens illic, *incisa adamante perenni*
Fata tui generis. Legi ipse, animóque notaui,
*Et referam, ne sis etiam * nunc ignara futuri.*
*inclusa
*non gnara,

Fatorum decreta, Poëta Iouem recitare fingit, quo maior gloria, amplitudóque Augusto accrescat.

Hic sua complexit, pro quo Cytherea laboras,

Tempora

Tempora, perfectis quos terra debuit annis. Anguſtus.
Vt deus accedat cœlo, templisq; colatur,
Tu facies, natusq; ſuus, qui nominis hæres Laus à bel li ſtudijs fœliciter adminiſtratis.
Impoſitum feret vnus onus, caſiq; parentis,
Nos in bella ſuos fortiſſimus vltor habebit.
Illius auſpicijs, obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutina, Pharſalia ſentiet illum, * made fierit
*Ematijq; iterum * madeſcent cæde Philippi,*
Et magnum Siculis nomen ſuperabitur vndis,
Romanisq; ducis coniux Ægyptia teda, Cleopatra.
Non bene ſiſa, cadet: fruſtraq; erit illa minata
Seruitura, ſuo capitolia noſtra Canopo.
Quid tibi Barbaricas gentes, ab vtroq; iacentes Prꝛteritio.
Oceano numerem? quodcunq; habitabile tellus
Suſtinet, huius erit. Pontus quoq; ſeruiet illi,
Pace data terris, animum ad ciuilia vertet A pacis ſtudijs.
*Iura ſuum, legesq; feret * iuſtiſſimus autor,* * mitiſſimus
Exemploq; ſuo mores geret, inq; futuri
Temporis ætatem, venturorumq; nepotum
*Proſpiciens, prolem ſancta de * virgine natam* * coniuge Tyberius.
Ferre ſimul, nomenq; ſuum, curasq; iubebit.
Nec niſi cum ſenior, ſimiles æquauerit annos,
Aethereas ſedes, cognataq; ſydera tanget. Iulij Cæſaris anima in ſtellam.
Hanc animam interea, caſo de corpore raptam,
Fac iubar, vt ſemper capitolia noſtra, forumq;
Diuus ab excelſa, proſpectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat, media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus, nulli cernenda, ſuiq;
Cæſaris erupit membris, nec in aëra ſolus
Paſſa recentem animam, cœleſtibus intulit aſtris.

Dumq;

*vmen * sinu

*Dumq́ tulit * numen capere, atque igneſcere ſenſit,*
*Emiſitq́ * ſimul, ſimul euolat altius illa,*
Flammiferumq́ trahens, ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natiq́ videns, benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora, & vinci gaudet ab illo.

Collationes.

Hic ſua præferri (quanquam vetat acta) paternis,
Libera fama tamen, nullisq́ obnoxia iuſſis,
Inuitum præfert, vnaq́ in parte repugnat.
Sic magnis cedit tutulis Agamemnonis Atreus,
Ægea ſic Theſeus, ſic Pelea vincit Achilles.
Denique, vt exemplis ipſos aquantibus vtar,
Sic & Saturnus minor eſt Ioue. Iuppiter arces
Temperat Aethereas, & mundi regna triformis.

A voto ſuo finē imponit operi.

Terra ſub Auguſto eſt, pater eſt, & rector vterque.
Dy precor, Aenea comites, quibus enſis, & ignis
Ceſſerunt, diq́ indigetes, genitórque Quirine
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Veſtaq́ Cæſareos inter ſacrata penates,
Et cum Cæſarea tu Phœbe domeſtice Veſta,
Quiq́ tenes altus Tarpeiæ Iuppiter arces,
Quoſq́ alios vati fas appellare, piumq́ eſt,
Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior æuo,
Qua caput Auguſtum, quem temperat orbe relicto,
Accedat cælo, faueatq́ precantibus abſens.

PERORATIO.

Commēdatio operis vice epilogi.

Iamq́ opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Cum volet illa dies, qua nil niſi corporis huius,
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui.

Parte

Parte tamen meliore mei, ſuper alta perennis
Aſtra ferar, noménque erit indelebile noſtrum.
Quáque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, pérque omnia ſæcula fama,
Si quid habent veri vatum præſagia, viuam.

IOAN. BAPTISTAE EGNATij racemationum cap 18. in Metamorphoſeon vltimi carmen illud:

Et ſpiſſi littoris Ancon.

NOn minoris (puto) laudis, felicitatis certè & euentus paris, erit is Ouidianus tandem expoſitus Ancon, pro quo, non veriti ſunt quidã, vel Antrum ſupponere, vel Antium addere, vel (ſi dijs placet) pro Ancone maritimo interpretari oppido, vt ſi quid ferre æquiore poſſis ſtomacho, facilius id eorum feras, qui Antrũ vel Antiũ, quamuis ſparium parum ſuppoſuerint. Tametſi dãnandi omnes, qui cum verba non percipiant, ſtatim immutandum curent. Caterum cur nos Ancon legamus, quidúe ſit Ancon, vt explicemus, hæ rationes à nobis potiſſimum ſunt: Primum igitur omnium, mouent me codices omnes, tàm manu ſcripti, quàm æreis typis ducti. Deinde verò, quòd verbum ſit optimum, & à multis autoribus, tum Græcis, tum Latinis vſurpatum. Poſtremò, quod quid ſit Ancon (quod illi ignorare ſe fuſſi ſunt) nos non neſcimus. Ancon igitur à Græcis, à Latinis cubitus dicitur. Sed & loca ipſa, quæ ita in mare excurrant, vt cubiti vicem præ ſe ferre videantur, Anconas

à Græcis

à Græcis, & Latinis, quasi cubiti dicti Sed ne diuti in re confessa immorer, respondeant hi mihi, an sciant vnde Ancon, illa Dorica, celebri munita portu, ciuitas dicta. Nẽpe (puto) dicent, quod vice cubiti in subiectum excurrat mare. Hoc & Eustachius tertia (ni fallor) Rapsodia (neque enim mihi nunc libri copia) vbi omnes hominis partes ad inanimata transferri docet, comprobat. Quin & Geographi testimonium quis non admittat, hac in Italiæ parte fuisse prodentis, cubitos duos, id est, Anconas. Cuius hæc sunt verba Geographiæ primo. Ceterum cubitus, id est, Ancon Grecè, longus quidem & angustus, ac deductis à caprearum locis sese extendens altero, ex montis latere Syrenũ sacellum habens, ex altero autem, ad Possidoniatem sinum, paruæ tres adiacent insulæ, desertæ & petrosæ, quas Syrenussas vocant. Ex quibus verbis, tametsi non sit iste Ouidianus Ancon, quod locorum ratio non patitur, tamen id satis mihi fuerit ostendisse, pluribus terrarum locis huiuscemodi reperiri Ancones, quos sæpè Poëta, rarò Geographi, nisi nobiliores nominãt. Sed quo piaculo Valerij Flacci nostri carmen omiserim? qui Anconis in Euxino mari cuiusdam meminerit in 4. hoc versiculo. Quid memorẽ quas Iris aquas, quas torqueat Ancõ? Quo in loco nequeo mihi satis temperare, quin inscitiã cuiusdam non castigem, qui reponendum Ancon admonuit, cui si quidquam aut sensus inesset cõmunis, aut mediocriter Græca (quæ tamen plenis hausisse se labris iactat imprudẽter) delibasset, nunquam ad tantũ inscitiæ foret prouectus, vt Apollonij saltem non percepisse

pisset carmen. Apollonius quoque Rhodius secundo huius Anconis meminit, cuius quoque carmen apposuissem, ni vererer, ne Impressores, qui non satis aut Græca callent, aut Græcas literas non habent, necessitate ita imperante, cuncta deprauarent, quo factum est, vt quo rarius licuit, Græca insererem, quæ verò inserui, Latina potius facerem.

FINIS.

IN P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIB. XV.

Henrici Glareani annotationes haud vulgares.

IN METAMOR. LIB. I.

In noua fert animus mutatas dicere formas.

SI vllus vnquam Poëtarum, dignum factis suis Encomium habuit, atque inde etiam nomen, cerè hic Poëta meritò ingeniosus dicetur, quod ipse de se fateri non dubitauit: Ingenio perij Naso Poëta meo. At hunc quidam exponentes, nimis ingeniosi, & ipsi videri volunt, vt qui hoc loco Ouidium Græcè orsum affirmant ἐμ νέα φέρει ἄνεμος. Mira verò subtilitas, quæ requirat sudantem aliquẽ philosophũ Magis ad rem erat, quod alij admonuerunt, Hypallagen hic esse, cum dicit, Formas mutatas in noua corpora, pro corpora in nouas formas: atque adeò allusionem esse ad nomen ipsius μεταμόρφωσις.

Quem

à Græcis, & Latinis, quasi cubiti dicti Sed ne diuti in re confessa immorer, respondeant hi mihi, an sciant vnde Ancon, illa Dorica, celebri munita portu, ciuitas dicta. Nẽpe (puto) dicent, quod vice cubiti in subiectum excurrat mare. Hoc & Eustachius tertia (ni fallor) Rapsodia (neque enim mihi nunc libri copia) vbi omnes hominis partes ad inanimata transferri docet, comprobat. Quin & Geographi testimonium quis non admittat, hac in Italiæ parte fuisse prodentis, cubitos duos, id est, Anconas. Cuius hæc sunt verba Geographiæ primo. Ceterum cubitus, id est, Ancon Grecè, longus quidem & angustus, ac deductis à caprearum locis sese extendens altero, ex montis latere Syrenũ sacellum habens, ex altero autem, ad Possidoniatem sinum, paruæ tres adiacent insulæ, desertæ & petrosæ, quas Syrenussas vocant. Ex quibus verbis, tametsi non sit iste Ouidianus Ancon, quod locorum ratio non patitur, tamen id satis mihi fuerit ostendisse, pluribus terrarum locis huiuscemodi reperiri Ancones, quos sæpè Poëta, rarò Geographi, nisi nobiliores nominãt. Sed quo piaculo Valerij Flacci nostri carmen omiserim? qui Anconis in Euxino mari cuiusdam meminerit in 4. hoc versiculo. Quid memorẽ quas Iris aquas, quas torqueat Ancõ? Quo in loco nequeo mihi satis temperare, quin inscitiã cuiusdam non castigem, qui reponendum Ancon admonuit, cui si quidquam aut sensus inesset cõmunis, aut mediocriter Græca (quæ tamen plenis hausisse se labris iactat imprudẽter) delibasset, nunquam ad tantũ inscitiæ foret prouectus, vt Apollonij saltem non percepisset

pisset carmen. Apollonius quoque Rhodius secundo huius Anconis meminit, cuius quoque carmen apposuissem, ni vererer, ne Impressores, qui non satis aut Graeca callent, aut Graecas literas non habent, necessitate ita imperante, cuncta deprauarent, quo factum est, vt quo rarius licuit, Graeca insererem, quae verò inserui, Latina potius facerem.

FINIS.

IN P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIB. XV.

Henrici Glareani annotationes haud vulgares.

IN METAMOR. LIB. I.

In noua fert animus mutatas dicere formas.

SI vllus vnquam Poëtarum, dignum factis suis Encomium habuit, atque inde etiam nomen, certè hic Poëta meritò ingeniosus dicetur, quod ipse de se fateri non dubitauit: Ingenio perij Naso Poëta meo. At hunc quidam exponentes, nimis ingeniosi, & ipsi videri volunt, vt qui hoc loco Ouidium Graecè orsum affirmant ἐμ νέα Φέρει ἄνεμος. Mira verò subtilitas, quae requirat sudantem aliquẽ philosophũ Magis ad rem erat, quod alij admonuerunt, Hypallagen hic esse, cum dicit, Formas mutatas in noua corpora, pro corpora in nouas formas: atque adeò allusionem esse ad nomen ipsum μεταμόρφωσιμ.

Quem

à Græcis, & Latinis, quasi cubiti dicti Sed ne diuti⁹ in re confessa immorer, respondeant hi mihi, an sciant vnde Ancon, illa Dorica, celebri munita portu, ciuitas dicta. Nempe (puto) dicent, quod vice cubiti in subiectum excurrat mare. Hoc & Eustachius tertia (ni fallor) Rapsodia (neque enim mihi nunc libri copia) vbi omnes hominis partes ad inanimata transferri docet, comprobat. Quin & Geographi testimonium quis non admittat, hac in Italia parte fuisse prodentis, cubitos duos, id est, Anconas. Cuius hæc sunt verba Geographiæ primo. Ceterum cubitus, id est, Ancon Græcè, longus quidem & angustus, ac deductis à caprearum locis sese extendens altero, ex montis latere Syrenũ sacellum habens, ex altero autem, ad Possidoniatem sinum, paruæ tres adiacent insulæ, desertæ & petrosæ, quas Syrenussas vocant. Ex quibus verbis, tametsi non sit iste Ouidianus Ancon, quod locorum ratio non patitur, tamen id satis mihi fuerit ostendisse, pluribus terrarum locis huiusce modi reperiri Ancones, quos sæpè Poëta, rarò Geographi, nisi nobiliores nominãt. Sed quo piaculo Valeriy Flacci nostri carmen omiserim? qui Anconis in Euxino mari cuiusdam meminerit in 4. hoc versiculo. Quid memorẽ quas Iris aquas, quas torqueat Ancõ? Quo in loco nequeo mihi satis temperare, quin insciti& cuiusdam non castigem, qui reponendum Ancon admonuit, cui si quidquam aut sensus ineesset cõmunis, aut mediocriter Græca (quæ tamen plenis hausisse se labris iactat imprudẽter) delibasset, nunquam ad tantũ insciti& foret prouectus, vt Apollonij saltem non percepisse

pisset carmen. Apollonius quoque Rhodius secundo huius Anconis meminit, cuius quoque carmen apposuissem, ni vererer, ne Impressores, qui non satis aut Græca callent, aut Græcas literas non habent, necessitate ita imperante, cuncta depranarent, quo factum est, vt quo rarius licuit, Græca insererem, quæ verò inserui, Latina potius facerem.

FINIS.

IN P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIB. XV.

Henrici Glareani annotationes haud vulgares.

IN METAMOR. LIB. I.

In noua fert animus mutatas dicere formas.

SI vllus vnquam Poëtarum, dignum factis suis Encomium habuit, atque inde etiam nomen, certè hic Poëta meritò ingeniosus dicetur, quod ipse de se fateri non dubitauit: Ingenio perij Naso Poëta meo. At hunc quidam exponentes, nimis ingeniosi, & ipsi videri volunt, vt qui hoc loco Ouidium Græcè orsum affirmant ἐμ νέα φέρει ἄνεμος. Mira verò subtilitas, quæ requirat sudantem aliquẽ philosophũ Magis ad rem erat, quod alij admonuerunt, Hypallagen hic esse, cum dicit, Formas mutatas in noua corpora, pro corpora in nouas formas: atque adeò allusionem esse ad nomen ipsum μεταμόρφωσιν.

Quem

Quem dixêre chaos. Relatiuum positum inter nomina diuersorum generum, frequenter apud Oratores, cum sequente conformatur. Cicero: Studium, qua Philosophia dicitur. Salustius, Est locus in carcere, quod Tullianum dicitur. Poëta autem videtur aurem potiùs secutus. Sonat enim nescio quomodo festiuiùs, quem dixêre Chaos, quàm si legerimus, Quod dixêre Chaos. Talis est Virgilij, Hæc finis Priami: &, quem das finem Rex magne laborum. Vt apud Aul. Gellium libr. 13. cap. 19. oppidò eleganter exponit Probus Valerius.

Quáque erat & tellus, illîc & pontus, & aër.

Porphyrio Flacci enarrator libr. 3. car. Ode. 4. hunc locum ita legit, Illîc & Pontus, & aër: Exponitque vt, pro vbi, sicut Horatium constat dixisse: Vtcunque mecum vos eritis, pro, vbicunque. Sed mihi non placet eius expositio. Illud &, quod præcedit tellus, magis turbat lectorem, cùm coniunctio copulatiua que, præcesserit. Verum hæc nimis anxia videri queunt.

Hanc deus, & melior litem natura diremit.

Copulam &, expositiuam puto, atque positam, pro id est. Veteres enim deum naturam vocabant. Vnde Seneca: Nihil aliud, inquit, est natura, quàm deus, & diuina quadam ratio toti mundo, & partibus eius inserta.

Et liquidum spisso secreuit ab æthere cælum.

Arist. 1. de Cælo, Cælum assęuerat æthera. dicit ἀπὸ τοῦ ἀιεὶ θέειν quod perpetuo currat. Anaxagoram autem non rectè dicere, ἀπὸ τοῦ ἄιτειν, quod

quod est ardere. Quanquam 1. lib. Μετεωρῶν idem dicat Anaxagoram athera pro igne accepisse. Ceterum Ouidius cælum aliquando pro orbibus cælestibus accipit, aliquando pro toto illo, quod supra aquã, ac terrã est. Ita athera quóq; aliquãdo pro igne, aliquando pro cælo. Sicut enim veteres locutos videbat, ita variè Ipse, vt suus Poëtis mos est, loquitur.

Vtq; duæ dextra cælum, totidémque sinistra.

Diuisio hæc est totius cælestis superficiei, ac simili prorsus ratione terræ. Zona igitur non est linea, sed superficies, lineis tamen siue peripheriis circulorum discreta. Qui verò Zonas diuidunt, circuli sunt quatuor, duo tropici, ac extremi duo Arcticus, & Antarcticus. Æquinoctialis autem circulus nihil ad zonarum diuisionem facit, per mediam autem vadit torridã. Inuenta deniq; est hæc zonarum distinctio ad regionum qualitatem discernendam. Nam quæ inter tropicos iacet zona, quod sol eos circulos non egrediatur, torrida vocatur, extremæ duæ, frigidæ, quòd à sole longissimè absint. Deniq; duæ reliquæ tẽperatæ, altera nostra, altera Antipodum, ad quam hodie ex Lusitania frequens est nauigatio, etiam si veteres omnes ad eã peruenirì non posse, propter torridam interpositam, tradiderint. Porrò quemadmodum in cælo æquator est, aliiq; circuli, ita etiam in terra intelligendi. Est enim terra, quæ subiecta est æquinoctiali, est item quæ subiecta tropicis, denique quæ extremis circulis, ita pro sua portione de zonis cogitandum, quod nemo exequisitiùs, nemo breuioribus verbis, nemo doctiùs hoc nostro poëta descripsit.

Eurus ad auroram Nabataáq; regna recessit.

Poëta quatuor dũtaxat principales ventos nominat, Homerus Odiss. E.

ἄλλοτε μέντε νότος βορέην προβάλεσκε φέρεσθαι.
ἄλλοτε δ' αὖτ' εὖρόν τε ζεφύρῳ ἔιξασκε διώκειν.

Manilius similiter distycho sanè quàm eleganter eosdem comprehendit:

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusq; cadentẽ

Noster hic Paëta magis explicato sermone, atq; adeò (vt omnia solet) splendidioribus figuris eosdem depinxit.

Et densi frutices, & vincta cortice virgæ.

Vincta legendũ putat D. Erasmus, præceptor noster, cui multum hæ nostræ debent annotationes. Est autem etiámnum mos ex corticibus tiliarum, nonnullarumq; aliarum arborum, vt parentur funes, quos virisimile est, & tum primùm inuentos. Crates igitur intelligit, aut quid simile, è quibus etiam hodie multis in locis parant rustici domos.

Tertia post illam successit Ahenea proles.

Aratus in Phœnomenis, vbi de virgine, tres duntaxat ponit ætates. Nam illam æneam siue æream, intellexit ferream, χαλκείην *vocitans.* χαλκὸς *enim olim pro ferro, quòd arma ex ære essent, accipiebatur Quare Poëta noster hoc in loco de ærea ætate non multa verba fecit, destitutus Arato, quem quod ad mores ætatum attinet, sequi voluit. Hesiodus autem quatuor ponit hominum genera, aureum, argenteum, æneum, ac ferreum. Sed hoc vltimum variat, vt in*

Geor-

Georgicis patet apud eundem. Caterum Raphaelis Regia placuit, si legatur, successerat Aenea proles, mihi magis placet, vt fiat resolutio diphthongi vt legatur, successit Ahenea proles, quanquam vtrumq; legi potest, quod & ille fatetur.

In dominum dignos euertit tecta penates.

Appositionem esse notius est, quàm vt explicari sit opus. Dignos autem absolutè dixit, & quanquam euerti sit praeteritum perfectum, intelligitur tamen penates dignos fuisse, qui euerterentur, propter domini impietatem. Ergo, euerti, inquit Iuppiter, in dominum tecta, penates dignos euerti, etiamsi hoc nimis fortassis argutulum.

Seperat Aonio Actais Phocis ab aruis.

In his verbis nisi hyppallagen esse intelligamus, non video, vt intelligi queant. Neq; enim Phocis regio, in qua & Parnassus, & Delphi, Aonios, hoc est Boeotios, ab Attica separat, sed contrà Boeotia Phocidem ab Attica separat, vt omnes norunt, qui Geographica tenent. Est igitur ita intelligendum, Phocis separat Aonios ad aruis Actaeis, hoc est Aonij separant Phocida ab Actaeis aruis. Verũ in his nõ oportet omninò anxium esse, quemadmodum qui miretur, quomodo hoc, quòd nono deinde sequitur versu. Quae tunc oracla tenebat, pro responsa dabat, dictum sit. Neque enim Poëta, praesertim Heroici, ad eam, quã Rhetores, proprietatem astringi possunt.

Tortilis in latum, qua turbine crescit ab imo.

Porphyrius in ijs, quae in Homerũ extant quaestiũcubus, satis luculenter probat Homerum, quoties ob-

ſcurum, quiddam adducit, continuò ſubnectere eius dicti declarationem, vt cum bouem ἀδμήτην appellaſſet, ſubiungit ὃ ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. Ita hoc loco concham ſonantem deſcribens noſter Poëta, quid tortile in latum ſignificet per verba ſequentia ſanè, quàm eleganter deſcripſit. Eſt enim concha vt coclea, quæ ab imo ita creſcit, vt & torqueatur in gyrum propemodum, paulatimque fiat latior.

Contigit vt quædam ſit non manifeſta videri.

Vt quædam, quaſi concedentis videtur, ac perinde dictum, vt poteſt videri quædam hominis forma, ſic videri poteſt non manifeſta. Comparatio eſt in vt, & ſic quædam præterea pro aliqua.

Per ipſum Naſcendi ſpatium.

Raph. Regius hæc verba ad ſequentia retulit, quaſi Poëta dicat, quædam imperfecta per ipſum naſcendi ſpatium. Alij hæc ſuperioribus coniungunt ad hunc ſenſum. Et in his quædam modò nata per ipſum naſcendi ſpatium, hoc eſt, in ipſo ortu, atq; illis nos quoq; ſubſcribimus.

Vel nimis admonuit, vel iam ſub luce reliquit.

Non ſatis luculenter hunc locum efferunt cõmentarij, neque ego planè intelligo. Conſuetudo aliqua exprimitur vulgo nota, ſed nobis non admodum.

Lenisq; Amphryſus & Æas. Aous eſt, vt autor eſt Plinius lib. 3. cap. 23. meminit & Liuius lib. 2 de bello Macedonico.

Littera pro verbis quam pes in puluere duxit,

Idem Raph. cùm rectè hæc primùm explicaſſet ſubiunxit hæc verba. Bouis enim pes i et o literas exprimere

mere videtur. Sed id non placet. Quin potiùs existimamus in Io mansisse rationem, vt in Vlyssis socijs, tũ alij Poëta, tum Homerus commemorat, quare etiam Vacca Io per pedes duas formare literas potuit. Proximo item carmine idem Raph. si codices non erant, Peregit exponit, pro efficit præsens, sed effecit legendum, Me miserum, idem, quod continuò sequitur, O, ait, subintelligitur, quòd frequenter in exclamationibus omittitur leuioribus, quasi hæc sit leuis exclamatio, vbi pater inuenit filiam in vaccam transmutatã.

Languida permulcens medicata lumina virga.

Caducei est periphrasis, idem ait. Sed dictũ est boe vt illud. 6. Æneidos: Medicatam frugibus escam. Vide ibidem Seruium.

IN METAM. LIB. II.

Nitor in aduersum, nec me qui cętera vincit, Imp. Verbum vincit bis repetendum. Cęterum manifestè hic exprimit motum Planetarum, qui est ab nonã sphæra, ab occidente in orientem super lineam ecliptícam, ac Zodiaci polos, contra primi mobilis motum, siue est ab oriente in occidentem super æquatorem, ac mundi polos. Quod autem subiungitur. Nec me qui cætera vincit impetus, diligenter à Raphaële expositum est, ac multis modis. Inter quos vltimus mihi potissimùm probatur. Neq; enim primi cæli motus solem ita vel rapit, vel fert, vt nõ perpetuò æquabili motu sub ecliptica maneat linea. Accedit ad hoc quod sol neq; epicyclum habet, ideóq; neq; directus, nec retrogradus, nec stationarius, vt cæteri planetæ, dici potest.

Et celer Ismenos cum Phocaico Erimantho.

Erimanthus Arcadiæ mons, ex quo fluuius eiusdē nominis in Alpheum exoneratur, autoribus Strabone lib. 8. ac Plinio lib. 4. cap. 6. Phocis autem extra Peloponesum regio est, quapropter id epitheti locum hic non habet. Puto itaque legendum esse Psophaico Erimantho. Psophis enim iisdem autoribus Arcadiæ vrbs est, apud quam nascitur Erimanthus, à qua Psophaicus, vt à Phocis Phocaicus.

Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes.

Distinguendum post Babylonius, non ante, vt intelligamus Euphratem dici, à Poëta Babyloniam. Quippe qui ipsam vrbem mediam secat, non Orontem qui Syriæ fluuius est, cui Antiochia adiacet, vbi primùm nostræ rēgionis viri Christiani appellati, longè ab Euphrate fluuio.

Inde fluunt lacrymæ, stillatáq; sole rigescunt.

De electro loquitur, quod Latinè succinum. De quo syluam opinonū videt Plin. lib. vlt. cap. 2. Veritatem autem rei vide cap. 3. eiusdem, oppidò elegāter explicatam. De metallo nihil hoc in loco Poëta.

Numina, neu velit tenebras inducere rebus.

Hoc carmen in omnibus, quotquot nos vidimus exēplaribus corruptè legitur, velit enim prima longatur quæ correpta est apud omneis, nec facilè dixerim quo pacto restituendum. Neue pro neu quadraret, quod ad quantitatis rationem attinet, sed ad significationem non admodum. Fortassis legendum ne vellet.

Et erant sub montibus illis. Hac repetitione & in verbis Batti, & Mercurij responsione, βατολογια. signifi-

significatur, quæ in prouerbium abijt, vt eleganter explicauit. D. Eraſ. in Chiliadibus ſuis, & in. V I. Matthæi capite.

Et ſumma papauera carpit. Alluſio eſt ad inuidiæ naturam, quæ ſumma petere ſolet.

Surgere conanti partes quaſcunq; ſedendo.

Raph. ſupplendam putat præpoſitionem in. V t in quaſcunq; flectitur intelligamus. Sed videat lector ſi non quacunque legi poſſit.

Quaq; tuam matrem tellus à parte ſiniſtra.

Periphraſis (inquit Raphael) eſt Phœnicia, quæ à parte ſiniſtra ſeptentrionem verſus ſubijcitur Pleiadibus, quarũ vna eſt Maia Mercury mater. Hæc illa ingens hic difficultas eſt, & quàm neſcio quis ſatis luculenter cordato lectori explicet. Primo quidem in verbo ſiniſtra, quòd planè relatiuum eſt, nec ad quid referatur ſatis ſciri poteſt. Deinde tota Phœnice extra zodiacũ eſt, vt Pleiades eã non contingant, quippe quæ Tauro adſcribuntur, ſi fortaſſis de eo aſpectu quis intelligere velit. Sed fuit apud veteres. 12. ſignorum ad terrã habitabilis partes, non ſecundum ſubiectionem (vt ita dicam) perpendicularem comparatio, qua ſola torrida zona reſpondet, ſed ſecundum omnes trium partium terræ habitabilis regiones, vt videri eſt apud M. Manilium lib. 4. ca. 3. Caterum ea conſideratio, quo fundamento nitatur, ingenuè fateor me non intelligere, & perinde mihi arridere, atque Iulij Firmici mille illa millium præceptorum, è quibus eſt & illa (verbi gratia) lib. 8. cap. 3. vbi ita ait. In arietis parte decima oritur nauis, ſi quis ergo

oriente hac parte natus fuerit, hoc est, si in eius ortu partē eripuerit, erit gubernator, nauclerus, vel naicularius. Hac ille. Quod si cui ea stellarum forma videbitur Pectem, hic continuò simili ratione finget in eo horoscopo natum textorem futurum. Quemadmodum quas duas faciunt vrsas, antiquitas, et nostra item atas, plaustra vocat. Qui in his signis natos venatores propter vrsas dicat futuros, expectabit ab aduersarijs, qui aurigā fortè contendat. Quod si quis fortè nasutior, excepta hac vrsarum exemplā contendat, quod ea nunquam occidant, atque proinde, neque eriantur, accipiat angustiora astra vt Oriens Persea. &c. Nam in idem redit argumentum. Verum nō est huius loci, quod de eo autore, ac de ea item disciplina sentiam pronuntiare, præsertim cùm eam tàm sanctam videri velit, vt Mauortium Lollianum iureiurando Orphei, Platonisq; exilio conuenerit, ni hac veneranda (vt illius verbis loquar) communia profanis, vel imperitis auribus intimentur. Nam ille diu expectabit donec hac conditione eius sacris initiari cupiam. Non est mihi dubium, quin Ouidius veteres in hoc secutus sit, quod Manilium loco allegato docuisse ostendimus. Sed lectori suum sit iudicium. Longum etiam fuerit quid atas nostra de hac (vt cū vulgo dicam) respondētia præcipiat, enarrare, quæ quod negotium nihil adiuuent, consultò omittimus.

IN METAM. LIB. III.

Tegimen, direpta leoni Pellis erat.

Nec admonendum quidem hoc erat, nisi in codice etiam Aldino, depranatum reperissemus. Legendum enim

enim est leoni in dandi casu, non in gignendi leonis, vt rectè hoc Raphaëlis exhibuit codex.

Et obstantes proturbat pectore syluas.

Omnia quotquot nos vidimus exemplaria, perturbat legunt. Sed proturbat, legendum est.

Sanguineam tepido plangebant pectore terram.

Apud hunc Poëtam, Plangere, pro percutere frequenti est, vt apud Lucilium, Plangunt littora fluctus.

Huc ede genus de coniuge tanta.

Mirum est apud autores, cum Latinos, tum Graecos huius vxoris nomen, tàm variè legi. Alij Hermionẽ appellatam volunt, vt Menelai filiam, de qua Odyss. lib. 4. Alij Harmoniam, quos Raphaël irridet. Ego planè etiam, hoc apud veteres variatum puto, ideoq; ab Ouid. omissum nomen. Nusquam enim nominat.

Qui simul intrauit rorantia fontibus antra.

Qui simul intrauit, id est, postquam ingressus est, exponit Raphaël. Efficatius erat, si simul exposuisset, statim vt, quemadmodum apud Horat. sapissime, & item Liuium. Quod semel admonuisse satis puto, etiã si non semel Raphaël ita exponat.

Qui color infectis aduersi solis ab ictu.

Periphrasis est iridis, vt puto, quanquam simpliciter intelligi potest. Caterum, quod tertio deinde sequitur carmine (Is fuit in vultu visa sine veste Dianæ) quidam in vultu exponunt, pro in corpore, quod vultus semper sit sine veste, corpus cum veste. Sed mihi videtur ita dictum, vt intelligamus, vultum Dianæ rubore perfusum, quod visa nuda esset, id enim maximè virgineo conuenit pudori. Quod & sequen-

tia

tia carmina comprobant, quæ diligenter ab Raphaele sunt expositæ.

An latuit syluis, pudor hoc, timor expedit illud.

Abusus est (inquit Raphaël) Poëta, horum prænominum elegantia. Hoc namq; ad propinquius, illud ad longinquius solet referri. Hæc ille, Aldinus codex hoc rectius legit, Timor hoc, pudor impedit illud. Quare Poëta elegantiam obseruauit, etiam si aliquando apud autores ea confundatur.

Tardius exierant, sed per compendia montis.

De famulis hoc intelligo. Nã paulo antè dixerat, Heu famulos fugit ille suos, tametsi superius ait, Intermittuntq; laborem. Id enim propositum erat, sed casus aliud attulit. Illud autem, Cætera turba coit, intelligo de canibus a famulis allatis. Nam qui præcurrebant, retinebant dominum.

Ad nomen caput ille refert.

Vt verba in parenthesi posita sunt, alioqui sensus non procedet. Quæ enim sequitur coniunctio, & duo verba connectit, obmant, & queruntur.

At puto est contenta, &c. Vide ratiocinantis astum. Nam ita dicit, vt statim confutet negatiuè. Non enim contenta est furto, sed concipit. Nam id ad malitiam deerat, manifestaque crimina pleno Fert vtero, & mater (quod vix mihi contigit vnc) De Ioue vult fieri. Illud vnc etiam memoratur, nisi quis pro semel posito putet. Raphaël de Vulcano intelligit. Ego etiam de Hebe intelligi posse existimo.

Nec tamen esse Iouem satis est, det pignus.

Hoc ita dicit: Fac, vt non satis sit, quod dicit se Iouem

uem esse. Multi enim sic vos decipiunt. Sed omninò cura, vt det amoris donum, Ioue dignum, continuoq; docet, quale signum postulet. Quantusque, & qualis ab alta, &c. Et nota diligenter, obseruatam quantitatem, ac qualitatem, cùm dicit, quantusq;, & qualis.

Donisq; iugalibus arsit. Dona iugalia vocat, quæ cum coniugis essent, ipsa sibi petijt, vt periret ad vota Iunonis coniugis. Raphael exponit quæ, pro coniunctione, & coitu petierat.

Corpus adhuc Echo, non vox erat. Duas Echus Metamorphoseis cõmemerat, alteram vocis tantùm, quam Iuno fecit, alteram etiam corporis, quę contigit ei ob Narcissi despectum. Mansit tamen post alteram quoque Metamorphosin vocis vsus, quàm Iuno primum fecerat. Hac ideò annotare placuit, quod in his mirè quosdam hallucinatos vidimus.

Spectat humi positus, geminum, seu lumina sydus.

Raph. ad ordinem ait. Spectat lumina, seu geminum sydus, quod vtiq; intelligibilius est, sed videtur coactum. Poterat etiam esse Hypallage, huic Poëtæ supra modum familiaris, sed idem casus quibusdam impedimento videtur.

Quid facia roger? an ne rogẽ? quid deinde negabo.

Finis huius carminis oppidò obscurus est, quidam etiam post deinde, interrogationis punctum ponunt, sed non multum iuuant sensum.

Dumque dolet, summo vestem deduxit ab ore.

Raphael putat pro summo ore, legi posse, summa ora. Quod ora cuiusq; rei non solùm terrarũ extremitas vocetur, sed & os non solùm de facie dicitur, quinetiam

etiã de tota, qua cernitur, specie. Iudicet lector, quod legendum existimet.

Nec vigor, & vires, & qua modò visa, placebant.

Idem hoc in loco, hypozeugma esse ait, intelligit q3 aduerbium non. Verum hic locus exemplum esse poterat, negationem in priora quoq3 nonnunquam referri. Id fortassis plus lectorem torserit, quo pacto Echo iam in lapidem mutata, Narcissum videre potuerit. Nam quod cum eo loquuta, id minùs mirum, quando vox manserat. Sed in fabulis rationem dare, fortassis nimium curiosum videri poterit.

Cognita res vatis, meritam per Acheides vrbes.

Achaidas legendum, non Acheides: & patronymicum pro possessiuo, & pro Graco manifestè positum, vt sapè in his fieri solet.

Sacra dei, quondam Tyrrhena gente sequutum.

Raphaël exponit Thusca, ego malim Lycia, vel Lyda exponere. Sequitur enim, Patria Mœonia est, id est, Lydia, quod idem Tuscia exponit. Tyrrhenorum enim nomen etiam in Asia fuisse puto ἀπὸ τῶν τυρσῶν, id est, à densis adibus, vt Dionysius Halicar. libr. 1. exponit, atque inde ab Homero, hymno 5. vnde Ouid. aliqua ex parte, hanc accepisse fabulam videtur, τυρσηνοὺς vocatos ipse. Dionysius negat Tyrrhenos à Lydis colonos esse, quanquam hoc nihil ad hunc locum attinet. Nominum tamen confusio mansit, quippe de Lycaba posteà dicet, qui Tusca pulsus ab vrbe, exilium dira pœnam pro cade luebat. Nisi quis hoc de exule, in aliena regione etiam meritò dictum existimet.

Fortè

Fortè potens Delon Chia telluris ad oras

Non parua difficultas est. Neque enim certum est, vnde primum Acates moverit, sed neque Homerus, neque Ouidius meminit. Quando autem Lydij erant, ex Lydia Delum petentes, Chium venire poterãt. Ceterum, quod postea ait: Dextera Naxos erat, de loci positu dextro, nimirum intelligitur, siquidem à Chio nauigabant. Ideoq; quidam non omnino temerè dubitant, sit ne legendum Cea telluris. Sic enim Delum petentibus Naxos erat dextera. At non facilè quidquam mutârim. Hoc obiter notandum, quàm Herodotus lib. 8 Ceon, & item Strabo lib. 2. eam à Ptolemæo Ciam, à Latinis Ceam, vt Plin. lib. 4. cap. 12. asserit, dici Tetrapolim quondam dictam à quatuor vrbibus, quæ posteà duæ fuêre. Quæ verò inter Ciam & Siphnum, non Chion, vt perperam quidam Ptolemæi habent codices, sed Cion esse insulam Homeri sepulcro inclytam.

Sit sopor, áque mero redeant in pectore sensus.

Pleriq́ue libri, pro áque, legunt atque. Sed Raphaeli placuit átque legi, quod probo.

Corde metum Diamq́; tene.

Idem Raphael, Chiamq́ue tene legit. At alij Diamq́ue legunt. Ceterum, Plin. libr. 4. cap. 12. ait, Naxon olim etiam Diam dictam. Idem Seruius, in 3. Æneid. asserit. Ptolemæus autem, Diam prope Cretam ponit, à latere Septentrionali, aliam, à Naxo, ad quam Theseus venisse videtur, postquam occiso in Labyrintho Minotauro, cũ Ariadne è Creta aufugisset, vt in 8. posteà.

Protinus

Protinus Aegides rapta Minoide Diam, Vela dedit. Meminit & eius insulæ, vt videtur Homer. Odys. E. δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ διονύσου μαρλυρίῃσι.

Trunca, sed ostendens deiectis vulnere membris.

Vulnera omnes habent libri, sed ego in ablatiuo singulari vulnere malim.

IN METAM. LIB. IIII.

Additur his Nysæus, indetonsusqúe Thioneus.

Nysæus dissyllabum legendum quidam præcipiũt. Alij Nysæus trisyllabum esse putant, præceptionem sequentes Seruianam. Quæ innuit denominatiua in æus esse à nominibus fœmininis secundæ declinationis, vt ἀπὸ τῆς τιμῆς *Timæus, ita Musa Musæus, & à Nisa Nysæus, Quare illi carmen ita legunt: additur his Nysæusq́ indetonsusq́ Thyonæus.*

Mercurio puerum diua Cythereide natum.

Quidam codices habebant coniunctionem, &, post puerum, vt sit ordo, Naiades enutriuêre sub Idæis antris, puerum natum Mercurio, & diua Cythereide. Alij volunt ordinem, absque ea coniunctione. Naiades enutriuêre sub Idæis antris, Mercurio puerum natum diua Cythereide, vt Mercurio sit dandi casus, atque id placet.

Sæpè Cytheriaco diducit pectine crines.

Admonet hic Raphaël Cytoriacos, pro Cytheriaco meliùs legi, vt sit à Cytoro monte aut oppido, Synopensium emporio, vt Strabo asserit libro. 12. vbi maxima buxi copia, quod & mihi placet. Nam libro sexto Poëta rursus vtitur.

Nec tamen antè adijt.

Adijt

Adiit, trisyllabum legendum. Caterum producitur, vel cæsura, vel quia syncopatum, vt postea de Perseo: Arduus in nubes abiit, & in aquore summo Umbra viri visa est.

Hic tibi, siue aliqua est.

Raphaël hîc legit. Nam exponit hoc loco. Alij hæc legunt, res non magni momenti.

Sublimémque rapit, pendens caput illa.

Tertio lib. genere masc. protulit. Caruleus serpens, hîc fœminino. Siquidem pẽdens de serpente intelligitur, vt sequens indicat carmen.

Inque hederæ speciem pendens, frondescere vestis.

Videndum lectori, de qua veste loquitur, vtrum Mineidum, an ipsius tela, vt sequentia duo carmina ostendere videntur.

Narrat vbique dei, déque tot sororibus expers.

De tótque sororibus expers, legendum, quantumuis reclamant exemplaria. Carmen enim alioqui non constabit.

Ehohe Bacche sonat.

Εὐοῖ videtur Græca vox esse, nec ita diuidenda, qua dactylum faciat, cùm apud hunc Poëtam libr. 6. manifestè spondæum constituat, vbi de Progne ait. Exultatq́, Euoéque sonat, portásq, refringit. Quemadmodum & apud Horat. libr. 2. carminum. Euoe recenti mens trepidat metu.

Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.

Tẽtatos, nisi pro extẽtos intelligamus, siue in mare siue in verbera, non equidem intelligo quid sibi velit.

Genúsque. Non putat esse deum.

Quia

Quia præcessit. Contraque deum ferat arma: quæ verba haud obscurè de Baccho intelliguntur, videntur & hæc de eodem dici, vt sit sensus. Acrisius non putat Bacchum esse genus deûm, hoc est, de genere, aut numero deorum. At illud Enim, quod sequitur, pro Etiam positum videtur, vt sit fabula ad fabulam connexio. Nec enim videtur coniunctionis rationalis vim habere, nisi quis dicat, quæ præcedunt verba ita intelligi. Acrisium non putare esse genus deûm, hoc est, nullos deos. Sic enim infertur. Neque enim Iouis esse putabat Persea, sed prior sensus magis mihi probatur. Hoc loco etiam Abantiades Abantis filius Acrisius dicitur, cùm paulo post Perseus Abantiades dicatur, sed non Abantis filius, vt Acrisius dictus est. Verum Abantis pronepos, etiam si Raphael nepotem exponat Abantis, cum sit Acrisij ex filia nepos, vnde & libro sequenti Acrisioniades dicitur Perseus.

Constitit, Hesperio regis Athlantis in orbe.

Ita pleriqúe habent codices: sed Raphael videtur legisse regnis pro regis, quod placet, ne sit Trochæus in loco quarto.

IN METAM. LIB. V.

Eumq́, non tibi, sed certa prælatum intellige morti.

Hoc ita dicitur, quasi mors quoque in vxorem petisset Andromedam. Quanquam intelligi potest, prælatum, ob certam mortẽ Andromedæ imminentẽ.

Isset, & indignum, scelerato profuit ara.

Et copula (inquit Raphael) affectui seruit, hoc rectè ille, sed addendum ab eo etiam nouam incipere

orationem,

orationem, nec iungendam cum præcedenti oratione. Verbum enim profuit non quadrat ad nisi & iſſet, quare adiecta eſt affectus particula indignum. Nec etiam temerè confudiſſet modos Poëta compoſitionis feliciſſima.

Augebat, bis adhuc octonis integer annis.

Ratio ab octo quoſdam inuitat, vt malint octonis ſcribere. Hor. lib. 1. ſerm. Ibant octonis referentes Idibus æra. Quidam propter aliorum eiuſdem ordinis nominum terminationem Octenis ſecunda vocali media ſyllaba ſcribunt. Quidam vtrumque probant. Deſcribit autem Atyn. 16 annorũ, quem paulo poſt Lycabas puerum vocat. Et nota bis moneſyllabum hic corripi, vt cis, à quibuſdam tamen produci, quos non ſequar.

Perculit, infractis confundit & oſſibus ora.

Nota coniunctionem propter carminis neceſſitatẽ in tertium tranſlatum locum, nam rectũ erat, Perculit & infractis oſſibus confudit ora, ſi carmen pateretur.

Reptaq́, de dextro robuſta repagula poſte.

Repagula (inquit Raphael) aſſeres dicuntur, qui clauſis oſtijs opponuntur. Obices credo vult dicere, qui ex vectibus, aut ſublicis ſæpè fiunt. Dextro autem poſte ait. Quia bini ſunt in portis poſtes, ſed obex ad dextrum.

Sternitur & Menaleus Perſeia caſtra ſecutus.

Melaneus legendum, quod nomen etiam canis eſt lib. 3. vbi de canibus Actæonis. Et hic proprium, & lib. 12. in pugna Centaurorum cum Lapithis, ſed in hoc contrarium accidit, quod in Sthenelo, in Latinis

enim codicibus frequenter legūs Sthelenus. Bactreus Alcyoneus. Ita Raphaelis habebat codex per e, sed Bactrius per i, melius congruebat, si à Bactris deduc ei existimauit, vrbe Indiæ contermina. Planudes legit Barceus dissyllabum, vt à Barce sit Cyrenes vrbe, à qua magis secundum Serui paulo ante traditam regulam aptum est Barceus, quod & Stephano visum est. Idem Planudes pro Alcioneus legisse videtur Halcioneus. At in his nihil asseueramus. Nam in Siryam venire non minùs Bactrij poterant, quàm Indi, cùm tamen Atyn Indum nominet. Nec minus Barcæi, quàm Cinyphei, cum anteà dixerit Cinypheus Pelates. Bacteus porrò, quod quidam legunt, ineptum est.

Occidit & Celedon Myndesius. Κελάδων Græcè est, per primam vocalem in secunda syllaba. Myndesius autem cum y scribendum, à Myndus, vt puto, Cariæ vrbe. Raphael à Mindeso Syriæ vrbe ait deriuatiuum.

Præter vtrumq; latus, præterq;, & lumen, & aureis. Licentia Poëtica haud dubiè dixit, præterque & lumen, cum de Polyphemo potiùs hoc congrueret, quanquam præterq;, & lumina, & aureis legi posset.

Chaonius Molpæus dextra Nabataus Ethemon. Extrema duo nomina aspirationem habent, duo media nequaquam, sed μολπεὺς καὶ Ναβαταῖος Græcè scribuntur.

Verum vbi virtutem turba succumbere vidit, Vide num turba legendum, sed succumbo tibi fortassis melius, quàm te.

Seryphon

Seryphon Deserit à dextra Scyro Gyaroq; relictis. Seryphon insulam vocat, quam Ptolemæus Syphnon. Cæterum Raphaël Scyro legit, quod in alijs codicibus erat Cypro. At ego Cythno legendum arbitror. Nam aduolanti ex Serypho in Bœotiam Cythnos & Gyaros, quam Plin. lib. 4. cap. 12. ab Andro abesse dicit. 62000, passuum ad dextram erunt, nisi quis carmen ita legere malit. Deserit à dextra Cythno Scyroq; relictis.

Paonis Anippe mater fuit.

Enippi traduxit. Max. Planudes. Nam quod posteà decimo carmine à fine huius voluminis Anipodes dicuntur, error est librariorum. Paonides enim eo in loco legendum est. Et syllabarum ratio satis demonstrat, illic non posse legi Anipedes, siquidem hic Anippe legatur.

In numina ponti. Victa domas, ipsumq; regit qui numina terræ. Raphaël ait cum mari terram Neptuno concessam in memorabili illa rerum diuisione trium fratrũ, Iouis, Neptuni, ac plutonis. At Homerus lib. Iliad. 15. ait terram, ac Olympum communia tribus mansisse. Sed puto alium quempiam autorem hoc in loco secutum Ouidium.

Nec qui magis audiat arcum. Illæ sagittæ (idem inquit) arcũ audire & obtemperare dicũtur, quæ facile ad arcu emittuntur. Mihi verò illæ, quæ tangunt hoc, quod vult arcus, qui eas pellit.

Nomine Perguſa. Nomen hoc non temerè reperias apud autores præter vnum Claudianum, apud quem tamen abbreuiatum est. Pergum enim vocare

ait Siculos. Certè Plinius, Ptolemæus, ac Strabo, quantum ego memini, nullam etiam faciunt mentionem. Ab hoc autem Poëta ita clarè describitur, vt autoribus alijs non sit opus.

Et vt summa vestem laniârat ab ora.

Raphael exponit, ab summa ora, id est, supremo limbo, quod equidem non intelligo, nisi per limbum intelligat cingulum, cui innectere limbum puellæ solent, vt facto sinu imponant floreis.

Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho.

Bacchiadæ Epenthesi vnius litteræ pro Bacchidæ. Quanquam etiam Bacchiadæ apud Strabonem, videtur autem de Archia Syracusanorum conditione loqui, de quo Strabo li. 6. Cùm enim paulo ante Pergusam lacum non longè ab Ætna, locum in quo rapta esset Proserpina descripsisset Poëta, hîc nunc locũ describit, vbi rupta tellure Pluto ad inferos descendit, cumq; haud procul Syracusis fuisse fatetur, nempe vbi Cyane ac Arethusa fontes Raphaël de Drepano loqui Poëtam contẽdit. At Drepanum in maxima occidentali insulæ parte est, cùm Syracusæ, & hæc commemorata loca, in orientali latere sint. Mouit Raphaëlem sequens carmen. Inter inæqualeis posuêrunt mœnia portus, quod tamen de Syracusis intelligi potest.

Dulce dedit testa quod coxerat, ante polenta.

Dulce, liquidum intelligitur, & polenta in auferendi casu exponit Raphaël. Nam quod quidam hinc voluêre probare, polentam esse generis neutri, decepti sunt syntaxi non intellecta, aut licentia Poëtica, vt in

6. Baptistæ Mantuani, Christianissimi Pöëtæ eclo-
ga. Atque Polenta loquit, pro polentam. Lata dea
frons est. Quia in Iouis ad Cererem oratione ita le-
gitur. Illa quidem tristis, neque adhuc inertia vul-
tu, et præcedentia hoc in loco carmina de dea duorum
regnorum, hoc est, de Prõserpina clarè sonant, hac
etiam de eadem intelligam, etiam si de Cerere quoque
intelligi possunt. Non antẽ anteà exigit Ceres, quàm
nata secura recepta.

Sponte sua natas ripis decliuibus vmbras.

Natas epitheton ad vmbras genere retulit, cum
ad salicta intelligatur, vt sit sensus. Salicta, atq; po-
pulus dabant vmbras, ipsa nata sua sponte in ripis de-
cliuibu. Nã vmbras nasci in ripis intelligitur aliquo
pacto, sed frigidè addetur sponte sua. Verum hac for-
tassis argutula meritò videntur, ideoq; omittenda,
quanquam apud Seruium eximiæ eruditionis virum
nonnulla eiusmodi reperias.

Vsq; sub Orchomenon, Siphidaq; Cyllenenq;.

Hunc locum rectè emendauit Raphaël, sed libro
secundo de Erimantho fluuio ad eundem erat modũ,
haud parua menda Phocaico pro Psophaico, vt ibidẽ
admonuimus.

Spargere humo, partim post tẽpora longa reculta.

Illud reculta pro arata exponendum puto, quan-
quam post tempora longa, qua ratione dicatur, non
definio.

Rident Pœonides spernuntq; minantia verba.

Hoc anteà admonuimus, ex Max. Planude. Ne-
glexit autem hoc Raph. Caterum non à Pœona re-

gione. *Pieri filia id nominis habent, sed ad auo materno formato patronymico, cum Enippe anteà Pœonis diceretur à Poëta.*

IN METAM. LIB. VI.

Phocaico bibulas tingebat murice lanas.

Phocaico hoc in loco haud dubiè à Phocœa Æolidos vrbe, quanquam autores à Phocide Græcia regione nonnunquam vsurpant. Paulò post, Lydas tamen illa per vrbeis, legendum, non Lydias, vt vulgò habent exemplaria. Prima enim de Lydia longa est.

Illic & Tyrium quæ purpura sensit ahenum
Texitur, & tenues parui discriminis vmbræ.

Vide quid per purpuram intelligatur. Nam ego de filis intelligo, & tenues vmbræ de coloribus, quod in Iride videmus, de qua verissimè dixit. Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit. Vix enim colorum limites in ea discernuntur.

Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.

Fœtum pro arbore posuisse videtur. Nam oliuæ fructus Bacca sunt, nisi quis per id, quod præcedit, quod sequitur intelligi malit.

Memnosynen pastor, varius Deioda serpens.

In alijs libris Deolida, & coniunctio quæ post varius falsò legebantur, quem locum Raphaël rectè emendauit. Ad præcedentem in hoc ipso carmine fabulam, tanquam sit nota, transit. Rursus deinde tertio carmine de Æolia virgine fatetur se nihil legisse. Rursus duodecimo carmine. De Erygone fabulam transilit. Ego ingenui animi esse puto, quoties quid

ignores,

ignores, audire liberè fateri, timidi, aut & abiecti simulare nihil non scire. Quis enim est qui omnia legit? Aut quis est, qui omnium, quę legerit, meminit? Itaq; sat mihi sit hoc in loco lectorem admonuisse, Ouidium multas leniter attigisse fabulas, vel quòd omnibus essent notæ, vel qui obscuræ, nec certis traditæ autoribus, qualem & hanc de Memnosyne, ac item eam de Erygone fuisse puto. Et lib. 7. de Phineo Peripha, ac Polyphemonis nepte.

Gignis Aloidas, aries Bisaltida fallis.

Quidam codices post Gignis copulam, & non rectè interseruerant, & Bisalpida pro Bisaltida, Græcè est ἀλωεὶδης & βισαλτὶς.

Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat.

Radium textorium intelligit. Nam negotium inter textrices agitur. Cytoriaco, non Cytheriaco legendum esse Raphaël nunc bis admonuit, vt anteà diximus.

Lexq; eadem pœna, &c. Eadem lex, scilicet vt pendeãt. Loquitur autem de araneis omnibus futuris

Posteà discedens succis Hecateidos herbæ.

Hermolaus Barbarus in coment. in Dioscor. putat Ouidium hoc in loco de cicuta loqui. Hecateis autem dici videtur ab Hecate, Medeæ matre.

Et antiquas exercet aranea telas.

Hîc pro animalculo ponitur, libro autem quarto in Martis, ac Veneris fabula pro aranearum tela. Araneus verò pro animalculo semper, vt puto sumitur.

Et me, quod in ipsam recidat, orbem. Dixit.

Ita omnes habent libri, sed carmen claudicare videtur, quare quidam decidat legendum arbitrantur, nisi quis reincidat malit, sed prius magis placet.

Carbasa deducit, ne qua leuis effluat aura.

Diducit legendum, vt intelligamus illum festinare ad portum, ad quem vela diducit ne qua leuis effluat aura, vt eo celeriùs portum apprehendat tempestati elapsus.

Ille vt erat pronus per crura admissa.

Crura admissa, exponit Raph. Propinqua, iuncta, astricta, haud dubiè Sipyli equitis non equi intelligens crura. Sed malim de equi cruribus hoc intelligere, vt admissa crura, in cursum permissa, & equum, cui laxatum frenum, accipiamus.

Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus.

Euolat dictum videtur, quasi diceret aduolat in auxilium cadentium fratrum.

Mollia nodosus facit internodia poples.

Vide vtrum poplitem pro genu acceperit, an nodosus pro neruosus accipere velis, sanè crus ab vtroque incipit, sed equitanti genu citius laseris, quàm poplitem.

Coráq; ferum satia dixit. Dixit non temerè repetitur, cum praecesserit proximè, ait. Ne lector putaret iam loqui poëtam. Sic Virgilius. Dixit, & os impressa thoro, moriemur inulti? Sed moriamur, ait. Ita D. Eras. praecep. noster.

Duplicatáque vulnere caeca est. Vide vt illud duplicata accipi credas. Raphaël pro incuruata est, exposuit, quod nescio an vnquam legerim, quanquam

casus

casus hic ita habet. Et illud ibat, pro exibat positum videtur.

Impatiensq; vie genitor deducere lectos.

Lanius hic fuisse videtur, qui filium pro bobus è Graecia in Lyciam miserit. Et pro longinquitate dixit, Impatiens vie genitor.

Orchomenosq; ferax. Strabo de Orchomeno in Baeotia multa libro nono, de qua Poëtam loqui puto. Arcadia non ita nobilis fuit. Neque enim de solis Peloponnesi vrbibus loquitur, quod de Calydone patet. Et Pittheia, per i & tth dupplici legendum, vt ex Graecis liquet, ὁ πιτθεύς, *Vnde* πιτθήϊος *deducitur.*

Vsque adeò latet vtilitas. ἐπιφώνημα *est, At ego tamen quid sibi propriè velit, vix me explico.*

Pireáque littora tangit.

πειραιὸς *portus est, Athenensium notissimus. Vnde* πειραϊκὸς *forma esset deriuatiua. Sed Stephanus admonet* πειραιὸς, *& portum sonare, & aliquem illius portus. Raphael ait, Piraea, à Ptolomeo Attica promontorium dici, quod apud Ptolemaeũ non reperias. Admonuit & huius loci nos D. Erasmus.*

Nec mea virginitas, nec coniugalia iura.

Coniugalia hexasyllabum est non pentasyllabum, vt ferè codices errant.

Stamina barbarica suspendit candida tela.

Si tela est opus ipsum, quos ex stamine & herma paulatim conficitur, hic certè abusus videtur nomine, & vel pro iugo, vel transuersa pertica in altum suspensa accipiendum, quomodo texunt, qui pretiosa

conficiunt texta.

Nec vultum vertit.

Non est dubium quin matris seuitia hic exprimatur. Sed si suum vultum dicamus, videtur vertit pro auertit positum, quod ipsum tamen carmen suscipiebat. Et dilaniat, vide an Progne, an Philomela.

Altera tecta subit.

Progne, quæ in lusciniam fuit transfigurata, inquit Raphaël. Poterat autem librariorum error videri, si non anteà etiam id dixisset; Progne enim in hyrundinem, non in lusciniam, at Philomela in lusciniam mutata fertur. Decimotertio deinde carmine, Æolides legit Raphaël, quod in alijs legitur Eionides. Quod in septimo libro rursus asserit, vbi de Cephalo.

IN METAM. LIB. VII.

Aesonidem mutasse velim.

Si nolim legeretur, vt Raphëlem legisse suspicor, nulla esset difficultas. Quia autem carmen poscit velim, videtur hoc dubitatiuè legendum, hoc sensu: sequar cultus, arteisq; virorum, & Aesoniden, quem putas ne velim cum rebus, quas orbis possidet, permutare: quasi diceret, minimè.

Custodemq; rudem somno sophistis.

Idem Raphaël, pro somno, legendum putat somni, quando adiectiuum rudis genitiuum postulat, aut certè rubrum pro rudem restituendũ, quippe Max. Planudes φοινικοῶν φύλακα *traduxerit. Ad quorum prius dico, somno ablatiuum mihi videri, atque adeò regi à verbo sophistis. Ad alteram, Planudæ*

aliquando

aliquando credendum, aliquando minimè, quippe qui non omninò emendatum exemplar habuisse putetur.

Despicit, & cretis regionibus applicat ang.

Cretis, id est, secretis, & remotis exponit Raphaël aut certè visis, & aspectis. Sed sic à cerno esset, & visis congruebat etiam carmini. Quidā cretis, pro cretais exponendum putauêre: Nam laudatur Thessalica creta. Ergo lectoris iudicio relinquo. Tertium deinde carmen Iambum habet loco tertio, sed cæsura excusari potest.

Nec properent artus, anima priuare senili.

Sensus est, vt dij sinerent Aesonem adhuc aliquandiu viuum, vt posset ei iuuentutem reducere. Nam mortuum resuscitare se posse desperat. Et vide carmine inde quinto, cuius casus putes esse illud exanimi, & vtrum à nominatiuo exanimus, an exanimis. Ab altero enim exanimi, venit gemitiuus, ab altero datiuus.

Squamea Cyniphei tenuis membrana chelydri.

Vix hoc in loco effugiemus, quin concedere cogamur, duo epitheta vni tributa substantiuo, nisi tenuis sit determinatiuum Ciniphei Chelydri, vt sit sensus: non cuiuslibet Cinyphei Chelydri, sed tenuis. Nam squamea tenuis membrana vix quadrat.

Et olim

Ante quater denos, nunc se reminiscitur annos.

Raphaël hac ita exponit. Se ante quadraginta annos natū fuisse recordatur, per quod significat Aesonem ex decrepito sene, in virum quadraginta annos natum fuisse conuersum. At ego puto Poëtam dicere,

re: Aeson reminiscitur se nunc eum esse, qui erat olim ante annos quadraginta, vt intelligamus de Aesonis senio demptos quadraginta annos. Si igitur Aeson erat septuaginta annos natus, relinquebatur post innouationem annorum triginta, atq; id verisimilius. Porrò sequẽte carmine, subijt, quod syncopen passum est, vltimam producit, quod apud hunc Poëtam non est infrequens, & nos etiam anteà admonuimus.

Lasciuitq; fuga, lactantiaq; vbera quærit.

Lacto, id est, lac prabeo, & matris est, Lacteo, id est, lac sugo, & est fœtus libr. sext. de Apolline & Diana infantibus: Vberaq; ebiberant auidi lactantia nati. Quo in loco plerique codices Lactentia perperam habent. In ea quoque significatione hic ponitur, si modò hæc differentia perpetuò seruata est. Et nota hoc in loco V bera de oue, quæ pradicto lib. sext. loco de Latona, & Æneidos item libr. 6. & ab vbere raptos, abstulit atra dies, de infantibus loquens, vt non omninò aberrauerit, qui Lucæ 11. traduxit, Et vbera, quæ suxisti, pro mammis.

Adiacet his Pleuron.

Nisi hoc de volatu Medeæ intelligamus, quo longissimè videre poterat, non video quo pacto hoc intelligi queat. Neque enim Pleuron est ad Hyries lacum, qui in Bœotia est, sed in Ætolia. Mihi nomen Pleuron suspectum. Nimium enim distat, cum septimo deinde carmine de Cephiso, amne propiore, dicat: Cephison procul hinc defientem fata nepotis respicit, Certum est hunc volatum, vt volatum liberum descripsisse Poëtam. Nam quomodo alioqui intelligetur

tur quod eodem loco legitur. Dextera Cyllene est. Talia exponenda erant commentatoribus, sed vt noua transiliuntur.

Illud Echineæ memorant è dentibus ortum.

Scio canis communis esse generis. At pro Cerbero vix credo ita inuenire. Fortassis autem Echidneæ canis, id est, hydræ serpentis nocentissimæ, intelligendum. In hoc sanè mihi annotatur, vt alys sit iudicium.

Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Raphaël pro nigra, suspicatur legendum rubra, quia his auibus pedes, ac rostra, rubent. Quod ego admodum miror, qualem ipse monedulam existimauerit. Nam furax illa auis, nota etiam garrulitate nigros habet pedes.

Oenopiam Minos petit, Æacideia regna.

Hunc verò locum rectè emendauit, Est enim legendum, Oenomen, vt ipse admonet.

Hæc dubia vires, quas hæc habet insula vestras.

Duci. Subintelligendum verbum sunt. Sed mirum, cur non dubias vireis legatur potiùs. Et quod tertio deinde dicitur versu, ambiguè dictum, superat mihi miles, & hosti, intelligitur tamen. De quarto item versu idem iudicamus, Gratia dijs, felix, &c.

Hanc vtinam vobis possem memorare.

Accelerabat Aeacus, vt hæc innuunt verba, ne longa ambage morer vos. Nihil enim alioqui impedimenti narratur. Sequente autem carmine syllepsis est. Vult itaq; dicere, quos ille nôrit, minimam perditarum fuisse rerum portionem, quibus verbis, non

eos eleuat, sed ingens damnum innuere conatur.

Passim positóque pudore.

Nota comunctionem copulatiuam, inter aduerbium, ac ablatiuum regimine solutum. *Et vide* num septimo deinde versu, consistere capiatur, pro exilire.

Aut dantur in altos Indotata rogos.

Illud Indotata, quid propriè hic significat, lectori coniiciendum relinquo. Raphaël videtur exposuisse sine vllo sepultura honore. *Illud item* déque rogis pugnant, vtrum pugnant pro rogis, qui struxerant, an qui non? Sed de vtrisque loqui videtur. *Quod autem tertio deinde sequitur carmine. Natorumq́*, tollendum initio alterum quod, cùm mater priorem natura producat. *Rursus quinto deinde versu*, rectè emendauit versum Raphaël, *Esse sub amplexus Aegina Asopidos olim.* Asopis enim primam longat.

Fortè fuit iuxta patulis rarissima ramis.

Vide qua ratione vocet quercum rarissimam. Vtrùm vt rarus opponatur denso, an potiùs quod in ea insula nulla eiusmodi erat de semine Dodonæo.

Et catera nota pudore
Qua tulerit mercede sile.

Ordo, & sensus est (inquit idem) Et silet ac reticet, Cephalus ob pudorem, catera quæ nota erant, qua mercede illud iaculum ab vxore acceperit. Neque enim refert Cephalus, se ob pulchritudinem suam ab vxore accepisse. Hæc ille: Sed mihi non satisfecit, nec ego tamen me explico. *Illud* enim nota, & *illud mercede*, cùm posteà omnia narret, me-

rito

rito lectorem morantur. Sed in omnibus nimis solicitum esse, vitio datur. Ideóque ab aliorum libros descendimus.

IN METAM. LIB. VIII.

Verba ferunt, idémque tuus ingrate carinas:

Idem etiam si synæresi dissyllabum factum est, tamen duplici ij scribendum erat. Minus enim sic incautos fallet. Porrò sexto deinde versu, vide ad quid referendum aduerbium frustrà, sed ad oblite referretur opinor. Sequitur enim: *Insequar inuitum, ego frustrà oblite*, quasi diceret, *frustrà impie.*

Et limina flexu,
Ducit in errorem variarum, ambage viarum.

Hic vide, vt duo ablatiui, *flexu* ac *ambage*, simul ponantur absque copula.

Tertia sors annis domuit repetita nouenis.

Annis nouenis exponit Raphaël, id est, post nouem annos. Sed ego puto nouenis annis exponendum, vigesimo septimo anno, propter distributiuum nouenis: quanquam apud Poetas ea distributiua, pro cardinalibus, vt vocant, ponuntur.

Vt cliuo creuisse putes, sic rustica quondam.

Putes, potentialis modus. Sed illud cliuo commentatori explicandum erat, vt Poeta ipse exposuit per rusticam fistulam. *Qualem me videre vellem.*

Cœptus ab agricolis, superos peruenit ad omnes.

Cererem, Bacchum, & Mineruã agricolas vocat Poeta. Fatè, inquit Raphael, quod ea inuenerint quibus agricultura opera datur. At ego exponerem, ab

agricolis,

agricolis, id est, à rusticis hominibus, usque ad summos deos, quasi diceret, nulli neglecti sunt.

Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores.

Sed, pro & mihi positum videtur. Nam dicere vult Epiri Apros non esse maiores, & Siculos etiam minores, vbi tamen magni esse soleant.

Et cum Pirithoo felix concordia Theseus.

Raphael hîc ait: Notandum Pirithoum apud Graecos, trisyllabum esse nomen, ac secũdam syllabam produci, quae à Latinis corripitur, quadrisyllabum esse putantibus. Fateor ingenuè me non intelligere quae loquitur. Nam Pirithous tàm apud Graecos, quàm Latinos, tetrasyllabum est. Homer. Iliad. A. οἷον πειρίθοον τελρύωνα τάτε ποίμενα λαῶν. *Horat. libr. 4. Carm.*

Nec lethea valet Theseus abrumpere charo
Vincula Peirithoo.

Cúmque Pheretiada.

Pheretiades nomen bis apud Homerum me meminì legere prima syllaba producta. Iliad. B.
ἵπποι μὲν μεγ' ἄριστα σὺν Φηρητιάδαο. *Et Iliad. Ψ.*
αἱ Φηρητιάδαο ποδώκεες ἔνθεον ἵπποι.

Quanquam in priore exemplo quidam Φειρητιάδαο *legunt, &* Φηρης *in nominatiuo, non* Φέρης. *Quare videat lector, num coniunctio, hoc in loco poni debeat.*

Niritiusque Lelex. Quidam Naritios legunt, sec Graecè est νηρίτιος. *Fortassis Dorei imitati, qui ex* η *faciunt* α

ꝛ faciunt α. Sequente autem versu, etiam nunc, pro etiam tunc, positum videtur. Rursus sequente versu, explicandum fuerat commentatori, qui fuerint, quos Hippocoon antiquis miserit Amyclis. Ampyciden etiã hoc loco non exponit, sed posteà Mopsum Apollinis sacerdotem, quem sagacem vocasse videtur Poëta, quòd clarissimus fuerit vates. Hoc quoque lectori considerandum, qua ratione de Athalanta loquens, rasilem dixerit fibulam. Ni sit pro cingulo, vt vult Raphaël & hoc Virgilij carmen.

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Idem ostendit, fibula enim vocabulum valde latè patet, vt ex Vitruuio patet, & alijs claris autoribus.

Viminaq́, & longa parua sub arundine canna.

Cannas, & arundinem dixisse videtur ad eum modum, quo Cicero in Catone de occatione ait, culmum, ac vaginam de frumento.

Emicat, ex oculis spirat quoque pectore flammas.

Vide vtrum eo modo dicat, Emicat flammas, vt spirat flammas, an potiùs flamma supplendum censeas. Sed videtur exemplum esse, quando verba diuersos casus poscentia, aut ipsa inter se diuersa iunguntur, vt neutrum, ac actiuũ. Id, cùm rarò fiat, reprehensione caret, alioqui non admittitur, vt rectè docuit Laurentius Valla lib. 3. Atq, ea fuit caussa, cur quidam pro emicat legeret lux micat, vt annotauit Raphaël.

Orithyia magni rostro femur hausit adunco.

Orithię quidam legunt, sed errant. Nã tertia syllaba hîc breuis est, qua in fœminina diphthongo longa

est, nempe in Poreæ vxore, vt ad finem lib. 6. habetur.

Pœnarumq; deæ triplices furialibus inquit.

Mirabile orationis initium, sed cõiunctio que, ad duo verba, astitit, ac inquit referenda est, vt sit sensus. Vt dira manu tenebat fatale lignum, infelix astitit ante sepulchrales aras. Et inquit, O Eumenides triplices Deæ pœnarum &c.

Mortis mihi displicet autor. Ambiguè dictum. Nescias enim vtrũ sibi displiceat, quæ autor sit mortis filij, an Meleager, qui fuerat autor mortis Thestidarum, id est, fratrum Altheæ.

Clausit iter, fecitq; moras Achelous eunti.

Sed hoc superat omnem industriam, nec à me explicari potest, sitne hoc poëtæ negligentia factum, an studiosè ludere voluerit, quod Acheloum ait in mora fuisse Theseo, cùm ex Calydone Athenas proficisceretur, quando Achelous ad occasum sit Calydoni, & Theseo iter Athenas esset ad ortum. Porrò quinto deinde versu, aiunt verbum ad vndas referendum, non ad Acheloum.

Illa Trœzenius heros Parte Lelex.

Lelex Trœzenius vocatur, quod pater ipsius Pitheus Trœzeni regnauerit, alioqui à poëta etiam ipse Lelex Neritius paulò superius dictus est.

Debuit illius misereri, & ignoscere no.

Si hoc carmen benè habet, fit positio breuis propter mutam & liquidam g & n, in vocali breui, quod exemplum rarum est. Horatius. Donatura cygni, si libeat sonum. Et sequente versu, quondam pro nuper positum videtur.

Truncat

Truncat holus foliis. Minutatim incidit, exponit Raph. holera cum foliis. Quanquam etiam intelligi potest, priora deponit folia, aut inutiles radices, sed hoc minutum, & vix annotatione dignum. At in hoc nobis obiter quadam notãtur, vt doceam qua attentione autores legendi sint, & quod adhibendum iudicium. Quibusdam satis est trãsiliisse, & lectorem naso suspendisse, perinde atque nusquam hæsitandum, vbi facilitas est, nugantur, vbi difficultas, ibi fit saltus indecorus. Non nomino quenquam. Satis enim quidã voti sunt. At si ita faciendum, nihil facilius fuerit, quàm in autores commetarium scribere.

Interea medias fallunt sermonibus horas,

Id quoq; dubium de quibus intelligendum. De diis omninò magis dictum apparet, sed mos tamen est, vt qui hospites suscipiunt, nondum apparato cibo, hospites dulci alloquio retineant, sed iudicet lector.

Vis tamen illa mali postquam consumpserit omnẽ

Materiam. Materiam accepisse videtur pro patrimonio. Illud autẽ noua pabula pro nouissimis, vltimisq; cibis rectè exposuisse Raph. videtur, tametsi nescio, an vsquam ita legerim.

IN METAM. LIB. IX.

Admissumq; trahens sequitur. Perquàm eleganter exprimit poëta naturam taurorum ruentium in prelium, simulq; scientiam Herculis in eo capiunsdo. Illud autem admissum exponendum in cursum missum, quod etiam libro sexto de Sipylo, Niobes filio, admonuimus.

Dat munus raptæ velut iritamen amoris.

Raptam vocat, quam certando acquisierat Hercules, & iritamen ad iram prouocationem quidam interpretantur, ideoq; simplici scribendum r litera.

Victor ab Oechalia Caneo sacra parabat.

Huius Oechaliæ meminit Strabo. libr. 10. non ita longè ab initio. Caneum autem Ptolemæus ad septentrionem in Eubœa ponit promontorium. Caterum cùm in Oeta monte Hercules vitam finierit, necesse est Caneo Ioui non in Eubœa sacrum factum, sed extra insulam, etiam si nomen fortassis inde habet. Oetam sanè montem Plinius lib. 4. cap. 7. à Doridis tergo esse perhibet. Non meminit Ptolemæus, sed Strabo lib. 9.

Qua quoniam aduenit, properandum.

Iolen timet venturam Tiryntha, vbi vt opinor habitabat. Quare praueniẽdũ putat. Inter dubitationis autẽ parteis, qua nunc ad fugam, nunc ad manendum instigant, tandem cùm Meleagri sororem esse ait, omninò facinus magnum parandum, et testandũ, quid coniugij læsi iniuria, fœmineusq; dolor possit, idq; iugulata pellice concludit. Sed vt parò indicandi modo legitur, ita etiam testor legendum existimo, non tester, quanquam Raphaël ita legerit.

Visaq; deieci, dominumq; ipsosq; peremi. Ipsos haud dubiè equos refert, quos tamen historici quidam ad Euristhea adductos scribunt, ac ab eo Iunoni sacratos, eorumq; progeniem ad Alexandri vsque tempora durasse. Sed apparet Ouidium alios secutum autores.

Nunc quoq; in Euboico scopulus breuis emicat altè.

Hoc

Hoc quoq; dubitationem meritò lectori mouere poteſt, quomodo breuis ſcopulus altè emicet, præſertim cùm tertio deinde verſu nautæ eum calcare vereantur. Commentatori hoc enarrandum erat, nos quia lectionem non impedit, ſtudioſis, vt quædam alia, in his annotationibus perquirenda relinquimus.

Et oculis remouete manus ſine munere veſtro.

Morientibus à dilectiſſimis oculi claudebantur. Hoc igitur pietatis officium exhibere volentibus, hæc dicere videtur. Nam corticem hoc facere in ipſorum conſpectu ait.

Vano ſuperi ſermone fremebant. Fremebant, dij aduerſus Themidos vaticinium, vt Themis paulo ante contra Hebem. Hebe nulli alij deinde iuuentutem ſe daturam dixit. Themis autem futuros ait Callirhoës filios ex infamibus ſubitò viros. Dij contra Themin nulli hoc concedendum. Tandem Iuppiter autoritate ſua hæc diſcuſſit.

Nec quo prius ordine regnat. Hoc vix intelligitur. Ego puto eum dicere velle, Minoa non tanta ſubditorum obedientia regnare, quemadmodum dum iuuenis, ac validus eſſet.

Nullumq; ſub illo. Igne facit votum.

Nondum amor tàm magnus erat, inquit, vt Byblis propterea votum ſuſpiceret, quod vehementer amantes facere conſueuerant, vt potirentur amato.

Ergò ego, quæ fueram non reiectura petentem,

Ipſa petam. Quidam hæc verba interrogatiuè legunt, quod mihi non probatur. Nam tota hac oratione lucta mentis, ac ſenſus eſt. Verba igitur ſenſus

hæc ſunt, quæ certè tertio ſuperius carmine incœperãt Ad hæc, quæ deinde ſequuntur, poteris ne loqui? Poteris ne fateri? verba ſunt mentis.

Mediis in partibus ignem.

Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Codices ferè, mediis in partibus ignem, habebant. Perottus in ſuo cornu hircum legit, ad illud Homeri referens. πρόσθε λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. *Quod mihi perplacet, tãetſi apud autores hoc variatum eſt. Idem Perottus. Quoq; Chimæra iugo, pro iugum legit, quod mihi diſpicet. Præcedente autem verſu Cyram, non prima, ſed ſecunda ſyllaba y pſilõ habet, quod in pleriſq; codicibus neglectum vidimus. Deniq; illud. Deficiunt ſylvæ, ſub inferendum ad præcedentia videtur, vt ſit ſenſus, ibi deficere ſylvas. Quo loco Chimæræ mons mediis in partibus habebat hircum, atque ibi Byblida concidiſſe.*

Ne ſpem ſibi ponat in arcto. Vide reciprocationem, ad ipſam ne Telethuſam, an ad Lyctum referendum putemus. Ego ad Lyctum referri puto. Sequẽte autem verſu. Iamq; ferendum. Vexerat illa grauem maturo põdere ventrẽ. Vide vt vexerat exponendũ.

Nunc quoq; votorum pars nulla eſt vna meorum.

Quidã libri vlla habebant pro nulla, ſed Raphaël nulla per non exponit. Sanè perquàm obſcurus eſt ſenſus. Neſcias enim velitne dicere vna pars meorum votorũ, nempe de potienda Ianthe, non eſt, an potiùs, Meorum votorum non eſt vna pars, quaſi diceret, omnia mihi contraria eueniunt atque aduerſa, quod tamen animi impatientia dictum videri poteſt.

Quod

Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa.

Sed nec hic planè me explico. Quod non ego punior ipsam. Vtrum quod ego ipsa non puniar, videlicet, quod hoc maritum cælauerim, an ipsa propter ipsam. Et hæc quidem si fortassis quibusdam felicioris ingenij hominibus leuiuscula videbuntur, nec digna annotatione, nobis stupidioribus, & qui vbique facilè heremus, veniam dabunt, quando Aulus Gellius, & paulò ante nostram ætatem Laurentius Valla de lingua latina meritissimi, quædam haud dissimilia tractarunt, nos ad alia properamus.

IN METAM. LIB. X.

Quod si fata negant, veniam pro coniuge.

Raphaël veniam, id est, beneficium exponit. Quid autem si veniam sit verbum? hoc sensu, si fata negant mihi vsum coniugis, ego pro coniuge veniam, neque vnquam redibo viuorum regionem, gaudete letho duorum, quanquam etiam alterum probo, quod Raphaël ait, vt veniam sit nomen.

Siue fidem dederat. Cui fidem dederit dubitatur, sed Eurydice verisimile est promisisse, nullam se aliam amaturum.

Qui cytharam neruis, & neruis temperat arcum.

Apollo cythara, & arcu pingebatur, est igitur sensus, qui neruos in vtroq; habet.

Inq; ferarum.

Concilio, medius turba volucrumq; sedebat.

Mirè coniunxit duos ablatiuos concilio & turba. Neq; verò coniunctio que sequens permittit, vt concilio cum ferarum, & turba cum volucrum coniectamus,

ctamus, nisi licentia hoc Poëtica factum quis putet.

Purpureus color hic, argenteus esset in illis.

Quanquam illud hic pro huic, sive hoc positum videtur, non est seruata differentia pronominum hic & ille, nempe flore hyacinthi, nisi quis propter duos pluraliter prolatum contendat hyacinthum, et Aiacem, cùm flos præcedat proximo versu singularis nomen numeri.

Editus, & ille est, qui si sine prole fuissent.

Legendum, Editus atq; ille est, propter carmen. Cæterum si Cinyras Pygmalionis fuit filius, ac Paphi frater, videtur in Cypro natus, vbi & Pygmalion quem Cinyram Cypriorum regem quidam faciunt, vt Raph. Quomodo igitur Panchaica tellus Myrrham protulit? Nisi intelligamus patrem Cinyram fratri Papho Cypri imperio cessisse in Panchaiã, vbi Myrrham genuerit, quod est verisimile. Nam vbi à patre filia nequitia rescita est, posteà ex Panchaia, et Arabum regione, inquit Poeta, venit Myrrha in Sabæos. Quasi Sabæi non sint Arabes. Verum in his fabulis exactam Geographiæ, ac temporũ rationẽ exigere nimis curiosi fuerit hominis. Etiam si διηκριβωκεναι περι ἑκάστου αὐτῶν οὐκ ἄχρηστον ἔστιν, vt ait Arist.

Si tamen hoc scelus est. Tota hac oratione, mentis, ac sensus, spugna est. Hic igitur sensus verba sunt, quibus negatur esse scelus filiam cum patre concumbere, & vide vt acceperit pietatis nomen sequente versu.

Retinet malus ardor amantem. Vt præsens spe.

Nisi hæc connectantur, non video quis sit sensus, tametsi

metsi plerique libri colo separant puncto.

Nec solam spondere fidem.

Nisi subiunxisset, opemq; me sine ferre tibi, videri poterat ἀναντιπόδοτον, id est, oratio altero defecta membro. Parce, ait, instanti discede, aut des. dixit. Admonuimus libr. 6. non temerè repetitum verbum dixit, etiamsi præcesserit, ait. Vbi Niobe Latona conuitiatur.

Nil opus est Athalanta tibi.

Non puto eandem esse hanc, & eam, quæ in venatione Calydonij apri adfuit. Tametsi commentatores vtramq; Scœnei regis filiam dicunt. Quidam superiorum aiunt Scœnei, hanc verò, Cœnei. Certè nec quantitas eadem in his duobus nominibus. Ipse enim in octauo ait, Venit Atalante Schœnei pulcherrima virgo: Vbi secunda de Atalante longa est, quæ hîc breuis, quanquam & ex ancipitibus videri potest. Porrô nec locus huius fabulæ indicatur à Venere, sed videntur in Bœotia contigisse hæc. Siquidem illic ab Echione, Cadmi socio, sacellum ædificatum in Cybeles honorem, in quo Hippomenes cum Athalanta concubuerit, dicitur. Sed hæc non sunt tanti.

Inuidiamq; timet.

Ne inuidia sibi sit impedimento, exponit Raph. Adiungendum opinor erat, abs quo illa timenda, quòd certè lectori coniectandum relinquo.

Mirator magis est & cursus, &c.

Non solùm plus gratiæ habet, sed & necessitatis est, vt absque coniunctione &, hic locus legatur. Talaria, alata calceamenta, commentatores exponunt.

Seruius,

Seruius in 4. Aeneid. pennas extulisse videtur. Quæ vt huic loco congruant, non video, maximè propter verbum ablata.

Viderit, intereat, quoniam tot cade procorum.

Quidam emendârunt, Viderit interea quoniam tot cade procorum, admonitus non est, quod duo hæc verba ineoncinnè iuncta videbantur. Sed impatientia amantis, & gloriam, & Hippomenen, hæc confudit. Nam nunc gloria fauet, tertio de hinc carmine inueni. Intereat igitur legendum.

Est ager indigenæ Damascum nomine dicunt.

De hoc agro, apud autores non memini me quidquã legere. Quidam Damascenum per n legunt, quasi detracto. c. Damascenum, quod hoc loco carmen non patitur, dictum videri velint, & in Cypro quidem ad eo qui est in Syria, quod ego nescio.

Fecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.

Iuueniliter Raphaël exponit fortiter, quod mihi non probatur. Nam vt à cursu auerteret puellam, satis erat, quod ab obliquo iaciebat pomum. Sed videtur mihi, iaciendi modus expressus, per hoc, quod iuueniliter.

Illîc concubitus intempestiua cupido.

Cupido hic manifestè, genere fœminino ponitur, quod Horatius perpetuo masculino. Cæterum, sequẽs carmen: Occupat Hippomenen à numine concita nostro. superflue habet coniunctionem, contra & sensum, & carminis legem.

Cypron olorinis, nondum peruenerat alis.

Nec de hac fabula certum est, vbi venatus Adonis

nis fuerit. Puer quidem Adonis in Panchaia natus, iam vir factus, poterat aliò concessisse. Ex hoc autem carmine, saltem liquet in Cypro non esse facta, quæ hic narrantur. Verum in fabula frustrà hæc, vt antè admonuimus.

IN METAM. LIB. XI.

Quæ postquam rapuêre feræ, cornuq; minac. Diuulsêre. Diuulsêre, exponit Raphaël, dilacerauêre: Ego malim ab aratro auulsêre, exponere.

Quippe pedum digitos, in quantum est quaq; sec. Traxit. Oppidò obscurus sensus. Vtrũ autem Traxit, de Baccho similiter intelligendum, vt liganit, an de singulis Bacchi fœminis? Sed illud inquantum est quaque secuta, non minùs me solicitum habet, nec planè à me intelligitur.

Vade ait à magnis vicinum Sardibus amnem.

Herod. libr. 5. ait, Pactolum amnem medium forum Sardium interfluere. Strabo autem libr. 13. inquit, Tmolum montem Sardium vrbi imminere, ac ex eo fluere, ac Pactolum in Hermum. Quapropter si Bacchus ad Tmolum Pactolum erat, vt paulo ante poëta tractatus est, Sardinibus haud dubiè erat. Mirum igitur non immeritò videri potest, quem nam fluuium hic innuere videatur poëta. Sed ego Pactolum intelligo, propter auri ramenta. At illud vicinum, cum Herodoto non conuenit, qui perfluere Pactolum ait vrbem Sardeis. Quidam Caystrum existimârunt Sardibus vicinum, vt habet Ptolemæi pictura: sed codex errat, puto.

Sustinet à laua, tenuit manus altera plectrum.

Ex

Ex hoc loco manifestè percipitur, quid sit lyra, quid plectrum. Lyra omnis hodie, vel trichordos est, vel tetrachordos, vel hexachordos. Ipsæ fides æquis interstitijs filo signatis, tanguntur à sinistræ manus digitis. Porrò corde plectro.i. arcu, quem dextra tenet manus, percutiuntur, aut verruntur potiùs. Ea itaque in terstitia faciunt, vt tota disdiapason consonantia etiam trichordo haberi queat. At de hac re aliâs dicemus.

Prodidit agricolam.

Videndum etiam atque etiam, quomodo accipiat verbum prodidit hoc in loco. Lucus enim prodidit regem Mydam agricolis, non ipsos agricolas. Raphael, per agricolam intellexit, regis famulum tonsorem, quod apud agrum effoderat, quod nescio sit ne sequendum.

Adijcis huic animo monumenta potentia.

Idem Raphael illud huic animo ad Ceycem retulit, quasi diceret, nostro per se benigno, ac liberali. Sed difficultatem facit, quod subiungitur: Nec tempora perde precando, ita vt locum suspicer non omnino purum, vt huius Poetæ, & diligentia ingenium requirit.

Incommendataq; tellus Omnis, & omne fretum.

Quod nobis commendatum est, curæ nobis est. Tellus igitur, ac fretum incommendata sunt ventis, quod eis minimè sint curæ, quippe à quibus perturbentur, ac vastentur.

Iamq; labant cunei, spoliataq; tegmine cera.

Idem Cera diligenter exposuit, picis, qua naues integuntur. Vellem ita cunei exposuisset.

Nau-

Naufragio interijt, vidi, agnouiq́ꝫ, manusq́ꝫ.

Et disced. Latinitas postulat, vt post, agnouiq́ꝫ distinguatur. Et manusq́ꝫ distinguamus cum puncto. Et discedentem cupiens retinere.

Et quarit vestigia, si qua supersint.

Hæc sunt Poëtæ verba de Halcyone, mira mehercle phantasia, quasi quæ vestigia adhuc monstrare velit, statimq́ꝫ non inuentis, exclamat. Hoc erat, per apostrophen plenas querelarum.

Mane erat, egreditur tectis ad littus.

De quo littore loquatur, incertum. Neque enim Trachin prope mare erat. Sed nunc desinam, toties hoc conatu illusus, de his quærere in fabulis.

Proximus, aut idem, si fors tulit.

Raphaël exponit, aliquis proximus, aut fortè idem senior. Sed omninò illud. si fors tulit, lectorem remoratur, quod positum pro fortassis existimat D. Eras. Roterod. Nec est dubium, quin illud Homeri exprimere voluerit, quod toties in Iliade est, atq́ꝫ in Odyssea, ὧδε δὲ τις εἴπεσκεν.

Fertur Alyxothoë gracili conata bicorni.

Item Bicorne, instrumentum esse ait rusticum, quod si verum est, ego planè huius loci sensum non percipio, nisi quod parturientes solent, si nemo nitentibus adsit, ad aliquid fulciri.

Aspicit Hesperiam patria Cebrenida ripa.

Eperien legit Raphaël. Cæterum, Cebrenida per secundam vocalem e legendum est, non Cebrinida. Multa de Cebrenijs, Strabo libro 13. disserit.

IN METAM. LIB. XI.

Pro-

Proteſilaē cædis. In plerisque codicibus, atque adeò in Raphaëlis, quem nos habebamus, Proteſilaus Iſihpylius dicitur, cùm Homerus in catalogo, & hic noſter Poëta in Epiſtolis Iphicli dicant filium. Verum hæc notare non videntur huius inſtituti.

Opuſq́ mea bis ſenſit Telephus haſta.

Amphibolon videtur eſſe in verbo Opus, cùm & vulnus, & auxilium ſignificet. Operæpretium autem videtur, quæ Plin. lib. 14. cap. 15. refert adſcribere. Eſt & rubigo ipſa, inquit, in remedijs, & ſic Telephum proditur ſanâſſe Achilles, ſine id area, ſiue ferrea cuſpide fecit, ita certè depingitur eam decutiens gladio. Meminit etiam obiter. lib. 25. cap. 5.

Spectatorem operum multorum reddere.

Anantapodoton eſt oratio, vt ſuprà diximus, altero defecta membro. Nam deeſt, Certè me potuit ſenectus, ſpectatorem multorum operum reddere.

Elige quid voueas, eadem quoque fama ferebat.

Amphibolon. Vtrum eadem neutro dixerit genere, an fœminino, & ſupplementum videtur verſus.

Sæuiſſime Centaurorum Euryte.

Homerus Odyſ. Φ. vocat Eurytiona, ſed vt antè admonuimus, & nomina ſæpè variant, & non eoſdem ſecutus autores poëta videtur.

Hunc pede conuulſo menſæ Pelleus acerna.

Dubium quid referat hunc, vtrum Amycum, qui Celadonta percuſſerat, an Celadonta nondum prorſus confectum, quippe qui ſubiungat, geminato vulnere miſſum ad Tartareas vmbras, geminato inquam, cùm

cùm ab Amyco, tum à Pelate influcto. Si certum esset, Centaurus ne, an Lapitha fuerit Pelates, facilè solueretur nodus.

Quæ fuerant pinu votiui cornua cerui.

Votiui, id est, voto oblati. Suspensa autem ad pinum intelligenda. Porrò sequente versu, Aldinus codex omisit sua, & Gryneus trisyllabum facit, cùm poëta nono paulo anteà carmine, Gryneus fecerit dissyllabum, & Græcè γρυνεὺς est, non γρυνεῦ, hoc saltem loco, Quare legendum Gryneus sua lumina ramo. Rursus tertio inde versu, concreta, misi pro confusa dicatur, non video quis sensus esse queat.

Vulnus Caneæ tulisti. Caneus, Lapitha nomen, de quo hæc est fabula, dissyllabum est. At Caneus trisyllabum Centauri nomen, hoc versu, de quo poeta iocatur, quemadmodum C. Cæsarem, iocatum in Pomponium militem, Quintilianus refert. Cum enim Pomponius vulnus ore exceptum ostentaret, ne vnquam fugiens, inquit Cæsar, respexeris.

Sopitus venis, & inexperrectus Aphidas.

Coniunctio &, hoc in loco omitti non debet. Cæterum, Aphidas, Planudes vertit, cùm alibi Aphipnas legatur, quod ad illud inexperrectus, respondere videtur. Sed neq; de hoc certum est, sitne Centaurus, an Lapitha. Carchesium autem, quod sequenti versu ponitur, Raphael, vas vinarium exponit. Seruius in 4. Georgicon ad illud Vergily: Et mater cape Maeonij Carchesia Bacchi, Oceano libemus, ait. Carchesia inquit, sunt genera poculorum. At quantum ex Macrobij descriptione libr. 5. constat, non longè videtur

adesse

adesse ab eo, quod vulgo cantharum vocant.

Plenoque è gutture fluxit. Inque toros.

Raphael legit, Plenoq; è gurgite: Et exponit, ventre, quem propter magnitudinem gurgitem vocat. Hæc ille. Sed è gutture legendum est. Illud magis lectori considerandum, num satis rectè ab eodem expositum sit. Inq; toros, id est, in lectum, & vrsæ pellem, quod ego tamen non reprehendo.

Solidóque reuellere dumo.

Dumo, Perottus exponit nemore, quod placeat tametsi dumosum, apud Virgilium in Tityro, dumis plenum, exponit Seruius, & Festus, frondosus. Porrò in hac pugna Centaurorum, Lapitharumq;, propria nomina multa corrupta, multa incerta. Nedymnum quidem Nedimnum, Lycotam Lycesthem ineptè. Ripea, quidam Riphea, Phlegræum, Phlægreum ineptè. Hylen ἑιλεῖν Planudes vertit. Verum hæc librariorum culpa fiunt, & correctorum incogitantia, aut veriùs insciti.

Ex humeris medios coma dependebat in artus.

Qui in homine humeri, in reliquis animantibus armi, aiunt, Plinium tradidisse. Non igitur est frustranea hæc Cẽtauri descriptio, monstrosa quidẽ illa, sed non absq; gratia, Poetæ maximo quæsita ingenio.

Phæocones, hominemq;, simul protectus, equumq;.

Raphael exponit, qui coma, & se & hominẽ protexerat. Alij simpliciter accipiũt, id est, qui se, & hominem, & equũ protexerat, quod videtur verisimilius.

Veluti concretum vimine querno.

Hæc descriptio nisi adiuuetur multis modis, & partim

partim expositione, partim figuris declaretur, preterhuius Poëta consuetudinem insignem secum adferè obscuritatem, vt mirer Raphaelem non dignatum aliqua ampliore declaratione.

Qui clypeo gladioq; Macedoniaq; Sarissa.

Tot syllabarum breuium concursu Poëta necessariò breuem syllabā produxit in Macedonia. Sarissa autem longior hasta erat, quàm Romanorum pilum, vt plane videtur apud Liuium de bello Macedonico.

Obliquat, longaq; amplectitur ilia dextra.

Nisi longa pro extenta exponamus, non equidem intelligo, cùm sensus alioqui nō sit obscurus. Videtur enim casim nunc verberasse, qui punctim anteà.

Laërtaq; fuit. Laërta, id est, Vlyssi, exponit Raphaël, sed fortassis codex errat. Nam Laërte videtur ablatiui esse casus, vt Telamone, quanquam Laërta etiam dici potest, vt Anchysa apud Maronem in auferendi casu, quare absq; diphthongo legendum.

IN METAM. LIB. XIII.

Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax.

Vt Aiax clypei dominus dicatur, non equidem intelligo, & enarratori id explicandum erat. Caterum ipse septemplicis enarrat, septem boum coriis tecti, cùm hic certus numerus pro incerto ponatur. Quippe priore libro non ita longè ab initio vbi Cygnus in Achillem mittit telum, ita ait Poëta. *Quod & as, & proxima rumpit Terga nouena boum,* decimo tamen orbe moratum est. Quare non est necessaria huiusmodi expositio de clypeo septemplici, & de domino, optarim aliquid lectu dignum traditum.

Sed demit honorem Æmulus Aiaci. Sicut neque hoc oppidò difficile explicat. Puto autem per contemptum dici, vt alia, Vlyssem videlicet hominum nihili, Aiaci dedecori esse, qui cum contendat.

Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.

Lemnos (idem ait) insula est vna ex Cycladibus. Id ita verum est, vt quod priore libro non ita longè à fine ait. Messenem vrbem prope Arcadiam esse, et Elidem Acadiæ iuxta Olympiam. Verum hæc librariorum vitio accidisse reor. Nam Raphaël hîc Geographica non ignorauit.

Sed neq; materno quod sum generosior ortu.

Sed & hoc quoq; explicandum erat commentatori, vt puto. Certè quantum memini apud autores dubiũ est de legitima Telamonis vxore. Nam Hesione, ex qua natus est Teucer, Telamonis concubina fuisse dicitur

Nec Telamoniades etiam nunc hiscere. Vide nũ posuerit nunc pro tunc, vt sæpè fit. Cæterum de Aiacis in principes rebellione eo in libro haud scio an meminerit. Homer. sed de prioribus annis hoc κατὰ σκωτήν *intelligi potest, opinor.*

Ceranon, Iphitidemq;, Ælastoraq́; Chromiumq́;.

Prima hæc duo carmina sunt ex Iliados quinto, quarum alterum Virgilius lib. 9. Æneid. ad finem habet. Tertium est ex Iliad. 2. vbi tamen Chersidamante, non Pheridamante legitur. Quare ex his locis hæc nomina restituenda sunt.

Qua potuit ferro læthalem condidit ensem.

Raphaël exponit, quatenus patuit, & cessit ferro, quod ego planè fateor me non intelligere, sed puto de

armato

armato Aiace hoc dictum, qui quæsierit locum depositis ab ea parte armis, qua munitissimi esse solebant, vt ferrum conderet.

Pugnantem pro se, proauitaq; rena tuentem.
Illud se, & Hectorem, & Astyanacta referre potest.
Proauita autem generaliter dixit pro maiorũ regno, & tuentem propriè à tuor, vnde & tutor.

Immergit manus, fœdataq; sanguine sonti.
Raphael sontis legisse videtur. Nam exponit sanguine sontis, id est, sanguine nocentis, ac scelerati Polymnestoris, sed sonti etiam legi potest.

Sacra, & sacra altera partem. Ita sanè legit Raphael, & priora sacra Vesta ignem intelligere videtur. Alij sacer masc. legunt, & neutrũ plurale subiungunt. Sacer Æneas, & sacra altera, nempe patrem humeris. Ego lectori dijudicandum relinquo.

Ecce facit medijs natas ab Echione Thebis,
Facit cum pondere, quasi qui adhuc faciat. Quidam etiam ab Orione legunt pro ab Echione, sed magis placet Raphaelis lectio.

Et iam Dulichios portus, Ithacamq;, Samumq;.
Quidã Samenq; legendum putãt. Sed Strabo. li. 10. satis indicat Samum & pro insula Cephalenia, quæ Tetrapolis est, accipi, & pro vrbe. Hoc autem loco ingenuè agit Raphael, qui has fabulas, alteram de iudice in saxum conuerso, alteram de Molossi filio se ignorare fatetur. Ego eas obscuras censeo, itaque à poeta obiter attactas, vt ita dicam.

Quam dum pectendos præbet Galathea capillos,
Mollis Nympha vitam expressit. Præbet autem ius

intelligo, qui ei famulabantur.

Puniceus de mole cruor manabat. Hoc in loco manifestè puniceum intelligit rubrum colorem, nempè sanguinis. Subiungit enim sequente versu. Temporis exiguum rubor euanescere cœpit. Aristoteles in meteoris, vbi de Iride, infimum eius colorem alurgon vocat, supremum phœniceum, cùm tamen passim interpretes alurgon puniceum vertant.

Tum moles tacta dehiscit.

Omnes tacta legunt. At ego iacta malim. Intelligo enim saxum à Polyphemo iactum. Sequente autem versu pro properata quidam legunt procera.

IN METAM. LIB. XIIII.

Inde manu magna Thyrrhena per aquora vectus.

Illud manu magna ambiguitatem habet, & exponendum à commentatore erat. Vtrum pro magna potentia, an pro magno famulatu accipi debeat, sed dispiceat hoc lector, res est parui momenti.

Dignus eras, vltro poteras certeq; rogari.

Sensus est, dignus eras, & certè poteras vltrò rogari. Quidam distingunt post vltrò, quod mihi non probatur. Est autem coniunctio que dure in tertium trasla ta locum. Porrò decimo nono inde carmine, Rhegion ingreditur, de Circe intelligendum est, non de Scylla, quod in Raphaëlis commentario librariorum culpa depraua tum puto.

Sulphure fumantes Acheloidumq; relinquit.

Aut diastole est in Achaloidum, aut adi adiectũ est e, quod apud Gracos frequentissimum est. Nã supra lib. 5. corripitur. Vbii Acheloides vndę Pluma

pedeq;

pedesq; auium. In 3. autem posteà carmine Inarimen vno verbo dictum, quod Gracis est, et apud Homerũ. Ilsad. B. ἔιν ἀρίμοις, multi admonuêrũt ante nos primum apud Virg. innouatum, posteà secutos Ouidiũ, Lucanum, Statium, ac ceteros, quare nũc omittimus.

Laua de parte canori. *Æolide tumulum.*

Hoc vix intelligitur. Nã omnia hæc ad dextram Æneas habuit, cum ab Sicilia in Latiũ nauigat, sed aut in sinistra parte intelligemus. Misenũ dũ Neapolim tenebat Æneas. Tãtum enim prominet Misenum promontorum, aut aliam quandam insulam Ouidium intelligere voluisse credemus, quam ad sinistram reliquerit Æneas, in qua Misenum sepultum voluerit. At nihil asseueramus.

Didicit quoque iura locorum.

Alluisse eum credo ad loca apud inferos, quos circulos vocant. 6. Aeneid. lib. Caterum illud, Iura explicandum erat latiùs commentatori.

Hæc mihi, ni potior domus est.

Obscurum hoc videtur, sed intellectu leuatur. Nã imprecatur sibi in Polyphemi antrum reditum, si nõ dixerit verum, nempe Aeneæ domum ipsi potiorem, quam sit vel propria, vel Vlyssis nauis, vt rectè exposuit Raphaël. Ergô potior, scilicet, quàm mea.

Vester quoq; dãmor Vlyssis Panè rati nocuit.

Ex Odyss. 1. hoc sumptum est, vbi Vlysses inuitis sociis Polyphemo inclamat, cùm iactus scopuli naui eius prope malè cessisset.

Quod vidi bina meorum. Ter, quater affligi. Post ter distinguendũ videtur, vt sit sensus, vidi ter

bina corpora meorũ. Sex enim douorauit, binos identidem arripiens Polyphemus, quanquam dura est cõpositio, quemadmodum et sequenti item carmine. Dũ super ipse iacens. Deniq; hoc quoq; annotatione non indignũ, quòd viscus omnes exponunt carnẽ, cũ poëta hoc in loco connectat, visceraq;, & carnes. Sed quantũ mihi videtur illud Homericũ Odyss. 1. exprimere voluit ἕλκατὰ τε, σάρκας τε, καὶ ὀστία μυελόεντα.

Orauiq; fugam gestu. Quo pacto orauit fugã, qui cum eis discedere cupiebat? Sed intelligendum. Oraui vt me acciperent, ac inde fugerẽt, quod & factum est.

Bisq; nouem socios Circæa ad mœnia misit.

Homerus Odys. x. ait. 22. cum Eurylocho missos, sed vel non admodum curauit Ouidius eum numerũ, vel alios secutus est autores. At res est nullius momenti.

Redeunt humeri, & subiecta lacertis brachia.

Vel ex hoc loco satis claret post humeros statim esse lacertos, deinde brachia proximè ad manus. Cuius contrarium nostra ætate tradidêre quidam Grammatici, & in his nominatim Calepinus.

Quinquennem poteras Graia quater edere pugna. Dura est hæc compositio, præter huius poëtæ morem. Raph. tamen rectè exposuisse videtur. Nec poteras edere quater quinquennem spectasse tot annos Graia pugna. Lector tamen de eo sensu cogitet. Ego enim hæreo. Ingemuitq; solum, vicinaq; palluit arbor.

Explicandum etiam hoc loco commentatori opinor erat, cur post maiora poëta minora subiungeret, deinde quæ illa vicina fuerit arbor. Quæ in hoc mihi notantur vt ingenia excitem. Nam ego planè hæsito.

Maiores

Maiores brachia pennas

Accipiunt, cubitiq; leuem remantur in alas.

Hic locus videtur contrarius esse huic de quo paulo ante admonuimus, brachium esse manui proximius quàm lacertũ, sanè cubitũ hic pro lacerto accipitur. opinor. Sed licentia poëtica hæc cõfusa videntur. Nã lib. 1. de Daphne videtur ordine lecto, quanquam retrogrado, dixisse, laudat digitos q; manus, brachiaq; & medios media plus parte lacertos. Quãquam in eo loco Raph. Mulierum Romanarum habitum à poëta describi putat. At id ego non existimo, quin virginis venatricis mores expressos existemarim potius.

Intonuit dicente dea.

Intonuit impersonaliter accipitur, pro tonitru factum est. Grammatici vocãt verba exempta actionis. Operæprecium autem est videre in hac nauium metamorphosi mirabile poëtæ ingenium, qui tàm multas inuenerit similitudines, vbi nulla ꝓpemodũ videtur.

Inde sub Ascanij ditione binominis Alba.

Etsi Ascanij filius maior Iulus dictus est, tamen ipse quoq; Ascanius Iulus nominabatur, vt clarè patet apud Maronem, binominis autem melius ad genitiuum Ascanij, quàm alba nominatiuum referetur. Mirum autem duos Albanorũ reges hoc in loco omissos à poëta. Aeneam Syluium, quartum, ac sextum. Albam, cum tamẽ in quarto Fastorum non omittit, In soluta oratione poterat id mirum videri, sed in carmine, nisi quod in Fastis duo carmina omissa, hic aliquot omnino suspicor, & Commentator hæc quasi nihil adsit difficultatis, leuiter transiit. Nos in

Dionysium, ac Liuium annotationibus editis hæc multis disseruimus, quare hic obiter ea attigimus.

Nec coniux timidi, aut audacis Vlyssei.

Mirè hæc connexa videntur, timidi in pugna, audacis in struendis insidijs exponit Raphaël. Sed hoc modo per ac melius connecterentur. Vide vtrum sit correctio prioris dicti, quasi diceret, si timidus non est appellandus, appelletur audax.

Ista pedum motu trepidantum & multa timentũ. Post motu distinguẽdum, vt sit sensus. Ianua ista motu pedum videlicet Iphios suspensi, ac morientis, visa est dedisse sonum trepidantum, ac multa timentum.

Veneris quoq; nomine templũ Prospicientis habet. Strabo lib. 14. ait. Post Carpasiam Cypri vrbem esse montem, ac promontoriũ, mõtis summũ Olympũ dici. Vbi Veneris Atra templum sit, quod nec adire, nec videre mulieribus concessum. Ptolemæus videtur Amphrodisiũ vocare. Raph. ait, Venerẽ prospicientẽ dictam, quod virginũ superbiã amatores contemmentiũ prospiceret, ac prouideret, quod mihi non probatur.

Nondum tamen inuia Iani Ora patentis erant.

Mirũ quẽ autorem secutus sit hic Ouidius. Nihil enim apud alios de hoc inuenio. Cũmentator, vt solet, tanquam res bene nota sit, leuiter transit, ac tacet.

IN METAM. LIB. XV.

Mycilus illius dijs acceptissimus æui.

Hunc Myscelum vocant Græci autores, & nominatim Strabo lib. 6. & 8. dictus sic ob crurum exilitatem, quæ habebat murinis similia, vt ait D. Erasmus in Adagio, donum quodcũq; dat aliquit probato. Ge-

minatur

minatur ll metri gratia. Mycilus quid sit, ego nescio.

Vt peracta est caussa prior, crimenq; patet.

Causam priorem intelligo, accusationis, & crimen migrationis, alioqui cur prior dicatur, haud equidem scio. Commentatori autem hoc explicandũ erat.

Thurinosq; sinus, Themesenq; & Iapygis arua.

Cum hic Myscelo navigatio, ex Gracia Crotonem versus describatur, necesse est, non hanc esse Themesin, quæ ad instrum est mare Brutiorum vrbs, postea Tempsa dicta, autoribus Plinio, Strabone, atq; Ptolemæo, imo hoc nostro etiam Poeta, hoc adeò libro, posteà de Æsculapia, Hippotadæq; domus regis, Temesesq; metalla. Ego suspicor, aliud positum fuisse à Poeta nomen, sed nihil asseuero.

Inficit in liquida, preuisos forsitan vnda.

Preuisos, intelligo in ictu ipso, aut cùm iacerent in vnda, quasi boues sciuerint ad suam paratos necem. Commentator talia neglexit, ac alia exponit, longè tamen minoris momenti, minus remorantia lectorem.

Nuper Abanteis, templo Iunonis in Argis.

In Argis regnauit Abas, vnde Argiui Abantei dicuntur, hæc Raphael verisimiliter. Nam Acrisius Abantiades dicitur libr. 4. Et Perseus in fabula Andromedæ, alter filius, alter nepos Abantis. Nam quod quidam ad Abas referunt, oppidum in Phocide, cuius multi eximij meminêre autores, non video vt quadret, cum omnes id Apollinis oraculo clarum dicant, hic autem Iunonis. In Agris autem neutiquam legam.

Si crescit minor est, mater si contrahit orbem.

Si contrahit orbem, Raphael exponit, *Si circulum efficit, & rotunda est, quod displicet. Sed exponendum est, Si contrahit orbem, id est, si decrescit.*

Labitur occidua, pariter decline senecta.

Idem exponit labitur decline, id est, assiduè, tanquam fluuius per loca declinia curreit. Hactenus. Decline putauit aduerbium, sed vnde tum regeretur genitiuus occidua senecta? ergo vel ipsum decline occidua labitur, vel homo per decline occidua senecta labitur, exponendum.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum.

Athamantis legendum censet Raphael. Quod si est, vicinam regionem poeta accipit pro regione, hoc est, Athamantem pro Thessalide, de qua Dodone.

Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixêre priores.

Plinius libro 4. Annem in Arcadia (inquit) Ladonè Paludibus Pheneus, & Erymanthus, è monte eiusdem nominis in Alphæum defluens. Hæc verba vt culpauerit, aut tractauerit Raphael, hercle non intelligo.

Ponderibus nidi ramus leuat arboris altæ.

Leuat, alleuat, ac leuem reddit, exponit idem, quod placet hoc sensu. Cùm rami ante à nido grauarentur. Recens natus Phœnix asportando nidum, alleuat.

Mente memor refero, conataq; mœnia lator.

An cognata, quia olim Euphorbum se fuisse gloriebatur, an quia ipse etiam Asiaticus, quod non admodum arridet.

Fando

Fando aliquem Hippolytum, vestras si contigit aureis.

Eleganter de fama, loquens, vestras inquit pluraliter. Deinde addens miraculum, singulariter mirabere, inquit, tanquam notitia ad omneis, miraculum verò maximè ad Ægeriam.

Cum colla feroces Ad freta conuertunt.

Colla, id est, capita, quanquam si capita conuertunt, etiam colla conuertunt, ad qua capita consistunt. Est autem secundum naturam, descriptus equorum horror.

Excutior curru, lorisq; tenentibus artus.

Eodem modo etiam hoc loco videtur artus, pro pedibus vsurpasse, quanquam & ad aliud quoduis membrum, sensus esse potest. Potissimum autem, si de pedibus intelligamus.

Et dempta capiti, populo prohibente, corona.

Mirum quomodo, aut quid prohibuerit. Coronam enim de fronde intelligo, qua cornua tegebantur, quam vt demeret, cur prohiberet quisquam? Et populus ei non imposuerat, qui postea coronant eum versu sexto, Festa corona, qua cur ita dicatur, adhuc quæro. Hæc, & huiusmodi, qua remorãtur lectorem, Commentatori explicanda erant.

Vnda Coromidem circumstua Tybridis alti.

Non est dubium, Coromiden, patronymicum esse à Coroneus: siue ille pater fuerit eius, quam Apollo vitiauit, siue eius quam Neptunus. Nam in hoc Grammatici variant. Æsculapius enim filius eius fuit, quam Lariſſeam vocat libr. 2. Cuius quis fuerit

pater

pater ignoro, sed existimo etiam Coronea, vt alterius quàm in Phocaica tellure genitam dicit eodem libro ex Coroneo: nisi quis nominum vicinitate confusa, à Poëta putet adiectiua.

Quod petis hinc propiore loco, Romane petisses.

Hinc certè locus mihi inexplicabilis videtur. Nam è Roma nauigatio, per Corinthiacum sinum Delphos longè breuior est, quàm ad Epidaurum Peloponesi vrbem ad latus orientis. Nec enim alia est Epidaurus, Æsculapio sacra.

Certant addicere sortes.

Raphaël exponit, Suis dictis Apollinis responsa consentire, & sibi Aesculapium adiudicare contendunt. Quidam adijcere legunt, non minus congruente sensu, si carmen pateretur. Si locus corruptus non est, certè obscurè dictum meritò videri potest.

Ionium Zephyris, sexta Pallantidos ortu.

Zephyrum pro quouis vento posuit, vt suus Poëtis mos est. Nam ab Epidauro in Italiam nauigantibus, Zephyrus contrarius erat.

Linquit Iapygiam, leuibusq; Amphisia remis.

Ab hoc carmine, describitur littus [illegible] Cherronesi, quæ est à Scyllaceo [illegible] Hipponiate, de quo libr. 6. Strabo copiose. [illegible] trium carminum quædam sunt, quæ nusquam alibi temerè reperias, vt Romechium, quædam, [illegible] corrupta videri queant, vt Celenia, & Amphisia, [illegible] longè [illegible] tractu, vt Caulon, & N[illegible] videntur adulterina tria pri[illegible] ratio, benè constat.

Signa

Signa tamen luctus, dant haud incerta futuri.

Significat signa hæc, ante cædem facta, quæ sint futuræ cædis, ex qua luctus.

Illius auspicijs, obsessa mœnia pacem.

Paucis verbis magnam historiam attingit, aut perstringit veriùs. Tertio porrò deinde carmine, madefient legendum, non madescent, propter carmen.

Nec nisi cùm senior, similes æquauerit annos.

Hæc, multis annis ante Augusti obitum, scripta videntur, & ante Ouidij exilium. Augusti enim anni quibus vixit, superant Iulij vitæ, annos viginti. At cum hæc scriberet Ouidius, Augustus nondum tot habuit annos, quot C. Cæsar Iulius, cùm in Senatu occideretur.

Cùm volet illa dies, quæ nil nisi corporis huius.

Volet ambiguum à prima ne coniugatione, an à tertia. Sed videtur à tertia potiùs, vt sit concedentis. Veniat mors quandocunque volet, & finiat mihi spatium æui incerti, hoc est, huius miseræ vitæ, parte tamen meliore mei, super alta perennis Astra ferar. Quæ tamen [illegible] de ingenij famâ intelligi possunt, videtur tamen [illegible] secutus, animæ immortalitatē [illegible] opinionis, duces ante se habuit, eiusdem tamen ferè ætatis, viros duos eximios, Ciceronē ac M[illegible], vt pudeat quosdā inuenire [illegible] (fide nostra) certa, dubitatio[illegible] quæ apud plurimos Ethnicos, [illegible] facerat fidem, indubitatā fuit. [illegible] non est huius loci.

[illegible]

765

18950.8